Series II. — « ANALECTA OSBM » — Sectio III.
Серія II. — « ЗАПИСКИ ЧСВВ » — Секція III.

# LITTERAE BASILIANORUM

## IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

Vol. II: 1731 - 1760

PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT
P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

ROMAE 1979
PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

ANNO MDC A TRANSITU S. P. BASILII MAGNI VERTENTE (379 - 1979)

# « ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI »

(Series II)

**Ex Sectione I-ma - « OPERA »:**

1. Wojnar M., OSBM, *De regimine Basilianorum Ruthenorum a Metropolita Josepho Velamin Rutskyj instauratorum*, *Romae* 1949, pp. XX - 218.

2. Solowij M., OSBM, *De reformatione liturgica Heraclii Lisowskyj* (1784-1809), Romae 1950, pp. XII - 128.

27. Blažejowskyj D., *De potestate Metropolitarum Kioviensium in clerum regularem* (1595 - 1805), ed. 2, Romae 1973, pag. 196.

33. Патрило Іс. І., ЧСВВ, *Джерела і Бібліографія історії Української Церкви*, Рим 1975, ст. 376.

(sequitur)

**Ex Sectione II-a : ANALECTA (periodica-miscel.)**

Vol. I, fasc. 1, 2-3, 4: Romae 1949, 1950, 1953 (pp. 680)

Vol, II, fasc. 1-2, 3-4: Romae 1954, 1956 (pp. 578)

Vol. III, fasc. 1-2, 3-4: Romae 1958, 1960 (pp. 640)

Vol. IV, fasc. 1-2, 3-4: Romae 1963, 1963 (pp. 572)

Vol. V, fasc. 1-4: Romae 1967. (pp. XIV, 420; reeditio ex s. I)

Vol. VI, fasc. 1-4: Romae 1967, (pp. XVI, 608)

Vol. VII, fasc. 1-4: Romae 1971 (pp. X, 572)

Vol. VIII, fasc. 1-4: Romae 1973 (pp. XII, 492)

Vol. IX, fasc. 1-4: Romae 1974 (pp. X, 558)

Vol. X, fasc. 1-4: Romae 1979, (pp. 554) (sequitur)

ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI

SECTIO III

Series II. — « ANALECTA OSBM » — « ЗАПИСКИ ЧСВВ » - Серія II

*Sectio III:*

# DOCUMENTA ROMANA ECCLESIAE CATHOLICAE IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

CURA PP. BASILIANORUM COLLECTA ET EDITA

**ACTA BASILIANORUM ETC.**

LITTERAE BASILIANORUM IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

Vol. II: 1731 - 1760

Collegerunt: A.G. Welykyj - P.B. Pidrutchnyj
O. S. B. M.

ANNO MDC A TRANSITU S.P. BASILII MAGNI VERTENTE
(379 - 1979)

Romae

Series II. — «ANALECTA OSBM» — Sectio III.
Серія II. — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Секція III.

# LITTERAE BASILIANORUM

## IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

Vol. II: 1731 - 1760

PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

ROMAE 1979

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

ANNO MDC A TRANSITU S. P. BASILII MAGNI VERTENTE (379 - 1979)

IMPRIMI POTEST

Romae, e Curia Generali Ordinis Basiliani S.ti Josaphat, die 15. V. 1979.

P. Isidorus I. PATRYLO, OSBM
*Protoarchimandrita*

IMPRIMATUR

Romae, e Vicariatu Urbis, die 18. VI. 1979.

JOANNES CANESTRI, *Vicesgerens*
*Archiep.pus Moteranus*

Esse-Gi-Esse - Roma




S. BASILIUS MAGNUS
Archiepiscopus Caesariensis - Pater Ecclesiae
Patriarcha Monachatus Orientalis
(329 - 379 - 1979)

CCCLXXIX - MCMLXXIX

ANNO . MDC . VERTENTE

A . TRANSITU . SANCTI . PATRIS . NOSTRI
PATRIS . ECCLESIAE . DOCTORIS . SCRIPTORIS

VITAE . COENOBITICAE . PROMOTORIS

MONACHATUS . ORIENTALIS . PATRIARCHAE

ORDO . BASILIANUS . SANCTI . JOSAPHAT

IN . TERRIS . UCRAINAE . ET . BIELARUSJAE

« ACTA . BASILIANORUM » . RECENTIORUM

IN . MEMORIAM

DICAT

PROVINCIA BASILIANORUM AMERICANA
B. V. MARIAE ASSUMPTAE

## PRAEFATIO

*Die 1 Januarii 1979 recurrebat annus saecularis a Transitu S. Patris Nostri Basilii Magni, nempe annus jubilaris 1600, quo sanctus ille Patriarcha et Ecclesiae Pater vitam suam sat brevem finivit, qua ut scriptor religiosus et magister vitae religiosae exemplum dedit et protoparens extitit vitae communis seu coenobiticae.*

*Ordo Basilianus S. Josaphat hac laeta occasione statuit, ut editione* Litterarum Basilianorum *recentiorum eventum hoc laudaret, dum hac die volumen primum Litterarum Basilianorum in terris Ucrainae et Bielarusjae publici fecit iuris, quod annos 1601-1730 comprehendebat. Hac eadem occasione et volumen secundum edendum in proposito erat, etiamsi tempus apparandi et edendi non sufficeret. Proinde, etsi tempus eadem die hoc volumen edendi non sufficeret, idem tamen hoc eodem anno publici iuris faciendi occasio non defuit. Volumen hoc annos 1731-1760 comprehendit, quibus s.d. « aetas aurea » Basilianorum Ruthenorum ex parte componitur.*

*Hac periodo « aetas » haec apparatur et roboratur. Imprimis ad latus Congregationis SS.mae Trinitatis secunda, passu quidem lento, paratur Provincia, s.d. Polona seu Ruthena, quae monasteriis eparchiarum Chelmensis, Volodimiriensis, Luceoriensis, Leopoliensis et Peremysliensis coaluit, et iam ab anno 1727 apparabatur. Ex his duabus Provinciis: SS.mae Trinitatis et Protectionis B.V. Mariae, tandem anno 1743 coaluit, benedictione Benedicti PP. XIV,* « Ordo S. Basilii Magni Ruthenorum », *in Capitulo generali Dubnensi.*

*Hoc anno 1743 finem habet periodus s.d. praeparatoria, et incipit tempus s.d. roboratorium, ad mentem Decretalis Benedicti XIV* « Inter plures », *quae normas statuit vitae et activitatis totius Ordinis.*

*Hac secunda parte huius temporis Ordo Basilianus luctatur de monasteriis s.d. Volhiniensibus, quae ad Provinciam, iam fere unius saeculi, pertinebant Lithuanam seu potius Albae Russiae; secunda res maioris momenti erat modus gubernandi Ordinem, praesertim in Capitulis generalibus, designatione s.d. Vocalium monasteriorum seu Superiorum; tandem res non minoris valoris erat quaestio subiectionis Archimandritarum eorumque figurae iuridicae in regimine interno Ordinis. Praeter has quaestiones maioris momenti, aderant et solvebantur plures aliae minoris momenti, secundum exigentiam temporis. In omnibus his quaestionibus solvendis, secundum iustitiam et aequitatem, partem principalem habuit Benedictus PP. XIV et Sacra Congregatio de Propaganda Fide, cui res Ruthenorum submissae erant.*

*Hac secunda periodo, qua Ordo Basilianorum roborabatur in regimine interno, etiam conspicua pars eius s.d. « aureae aetatis » constat, praesertim ad extra, in activitate organizativa, missionaria, educativa et numerica.*

*« Litteras Basilianorum » huius praesertim temporis, in laudem Transitus S. Patris Nostri Basilii Magni, publici facere iuris statuit Provincia Basilianorum Americana Assumptionis B.V. Mariae, ut Patrem suum Coenobiarcham Basilium honoraret, hoc insigni Jubilaeo occurrente. Fere omnia documenta huius voluminis, etsi recentiora, nomen tamen portant sive commune sive individuum, monachorum Ordinis Sancti sive Divi Basilii Magni et ideo in laudem S. Patris Basilii Magni contribuunt. Nostri Successores huius rei solummodo grati esse possent.*

*Sit proinde volumen hoc secundum Literarum Basilianorum in laudem S. Patris Nostri Basilii Magni eiusque filiorum gloriam.*

« ANALECTORUM OSBM » REDACTIO.

*Romae, in Januario 1979.*

## INTRODUCTIO

Volumen secundum *Litterarum Basilianorum in terris Ucrainae et Bielarusjae* incipit a spolio post obitum Protoarchimandritae Cornelii Stolpovyckyj Lebeckyj, qui sub finem regiminis nominatus fuit etiam Episcopus Protothronius Volodimiriensis (1729), cui in regimine successit in Capitulo generali Novogrodecensi, diebus 3-9 Septembris 1730, cum novo Consilio generali in personis A. Zawadskyj, M. Kozaczenko, B. Trulewycz, P. Mihuniewicz, P. Zyrawskyj, Rev.mus Antoninus Tomillowicz; regimen hoc in exercitio perduravit usque ad Capitulum generale Bythenense, diebus 16-22 Septembris 1736 celebratum; quo absoluto nominatus fuit in episcopum Smolenscensem P. Protoarchimandrita Tomillowicz, qui tamen iam anno 1745 obiit.

In Capitulo generali Bythenensi 1736 electus fuit in Protoarchimandritam Basilius Polatylo, qui rexit Ordinem Basilianum cum auxilio Consultorum generalium PP. Thad. Jankiewicz, Theod. Rymaszewskyj, N. Ulinskyj, H. Lisanskyj fere ad Capitulum Dubnense 1743, in quo, ob obitum, non habuit partem P. Basilius, etsi illud apparabat.

Temporibus Protoarchimandritae Basilii Polatylo in Capitulo generali Leopoliensi (25.VIII-3.IX.1739) electus fuit etiam Protoarchimandrita novae Provinciae Ruthenae Protectionis B.V. Mariae, Patricius Zyrawskyj cum suo Consultorio generalitio, constante PP. In. Lipnickyj, G. Kozubskyj, H. Bilinskyj, G. Poznaczewskyj et P. Mankowskyj, quod historiam huius novae Provinciae fere ad unionem cum Provincia SS. Trinitatis in unum Ordinem S. Basilii Ruthenorum deduxit, in Capitulo Dubnensi, anno 27.V.-12.VI.1743, in quo regimen totius Ordinis electum fuit commune ad quatuor annos, sub ductu Protoarchimandritae Polycarpi Mihuniewicz, cum Consultorio generali 6 personarum, i.e. F. Zablockyj, N. Ulinskyj et S. Arteckyj ex Lithuana Provincia et A. Seredowicz, H. Kaszczyc et S. Koblanskyj ex Provincia Ruthena. Sub hoc regimine totus Ordo permansit usque ad Capitulum generale Berestense primum, in Augusto 16-24, 1747 anno.

Hoc primo turno vitae communis Provincia Ruthena Protectionis B.V. Mariae elegit sibi in Provincialem P. H. Bilynskyj cum Consultoribus P. Mankowskyj, J. Prunickyj, G. Paslawskyj, A. Tarnogrodzkyj et H. Oziemkiewicz; Lituana vero Provincia SS. Trinitatis Provincialem elegit P. Theodosium Koniaczewskyj cum H. Lisanskyj, M. Zawadskyj, G. Jackowskyj, Thad. Jankiewicz et J. Czeczkowskyj, Consultoribus Provincialibus et Secretario.

Secundo turno vitae communis Ordinis Basiliani, quod a Capitulo generali Berestensi I, anni 1747, usque ad Capitulum generale Berestense secundum 1751 (8-17.IX. vs.) perduravit, regimen Ordinis tenebat Protoarchimandrita ex Provincia Ruthena, P. Hypatius Bilinskyj cum Consultoribus generalibus: P. Mankowskyj, S. Malskyj, et Secretario P. J. Ilaszewicz ex Ruthena, et PP. G. Jackowskyj, G. Beyner et A. Novosielskyj, Secretario, ex Lithuana Provincia. Eodem tempore regimen Provinciae Ruthenae tenuit P. Sylvester Koblanskyj, Provincialis, cum Consultoribus J. Prunickyj, M. Bohaczewskyj, G. Paslawskyj, H. Oziemkiewicz et Secretario S. Bilinskyj; Provinciam vero Lithuanam regebat P. H. Lisanskyj, Provincialis, cum Consultoribus Th. Koniaczewskyj, M. Zawadskyj, C. Stebnowskyj, J. Lukianowicz et Secretario S. Arteckyj.

Tertio turno regiminis Ordinis, quod in Provinciam Lithuanam cadebat, electus fuit anno 1751, in Capitulo secundo Berestensi, in octo annos, Heraclius Lisanskyj, Ordinem cum Consultoribus generalibus, RR.PP. Th. Koniaczewskyj, H. Bilinskyj, et duobus Secretariis, qui etiam munere Consultorum generalium fungebantur: N. Karpinskyj ex Lithuania, et V. Podwieszczynskyj ex Russia regens. Regimen vero Provinciarum duobus Curiis absolvebatur, et quidem annis 1751-1755 et 1755-1759, hoc quidem ordine: Ex Provincia Lithuana partem Ordinis regebat P. Joannes Lukianowicz, Provincialis, cum Consultorio Provinciae in personis C. Stebnowskyj, G. Jackowskyj, G. Paszkiewicz, S. Eckkerth cum Secretario A. Novosielskyj; anno vero 1755, in Capitulo Provinciali Bythenensi (21-25.IX) alia electa fuit Curia provincialis cum P. Nicodemo Karpinskyj, Provinciali et Consultoribus J. Lukianowicz, G. Paszkiewicz, A. Bryszkiewicz, M. Ryllo et Secretario Josaphat Dedul; demum anno 1759, sub tempus Capituli generalis Berestensis III (5.IX.-2.X.1759) electus fuit Provincialis Provinciae Lithuanae P. Heraclius Lisanskyj, cum Consultoribus N. Karpinskyj, A. Novosielskyj, A. Onyszkiewicz, J. Lukjanowicz cum Secretario Maximiliano Narolskyj. Ex Provincia Ruthena Protectionis B.V. Mariae in primo quadriennio electus fuit in Provincialem P. S Malskyj, cum Consultoribus: P. Mankowskyj, J. Prunickyj, J. Siedleckyj, J. Wysockyj et Secretario M. Hordowskyj; huic Curiae Provinciali successit anno 1755 in Capitulo Poczajoviensi (28.VIII.-2.IX.1755) Provincialis H. Bilinskyj cum Consultoribus: S. Malskyj, P. Mankowskyj, J. Tomaszewicz et Secretario Dometio Popielewicz; et demum anno 1759, in Capitulo generali Berestensi III (5.IX-2.X.1759), electus est in Provincialem P. Ath. Szeptyckyj, Abbas Kanioviensis, cum Consultoribus: S. Malskyj, J. Ilaszewicz, S. Laszczewskyj, In. Matkowskyj, cum Secretario Theophilacto Oryszczyc.

His personis componebatur Regimen Generale et Provinciale Ordinis huius temporis, quod revera maxima ex parte negotia promovebat Ordinis cum Sede praesertim Apostolica; unde et plurima prostant documenta collectiva et quidem lingua latina exarata vel translata, quae in Archivis romanis asservantur. Pauca tantummodo extant acta individualia, a singulis Religiosis exarata, praesertim quod spectat opus missionarium et educationem

iuventutis. Imo, maximam partem documentorum individualium quod spectat, agitur de relationibus, quae proveniunt ex obligatione juramenti Alumni pontificii ad referendum, quod iterum, ut patet, lingua persolvebatur latina vel italica.

Maximam partem documentorum quod spectat, agitur praeprimis de negotiis communibus totius Ordinis ad stabiliendum aptius regimen tum Ordinis tum Provinciarum.

Utique, maxima pars Actorum Basilianorum iacet hodie in diversis Archivis Provinciarum, quae, ut plurimum, lingua exarata fuerunt polonica, ruthena, russica vel ucraina et potius regimen internum monasteriorum, Provinciarum et Ordinis spectabant; utique, res fuit et est maximi momenti pro historia Ordinis, sed — pro dolor — sunt nobis hodie inaccessibilia, et ignoramus tempus, quo haec inspicere et consulere possemus. Proinde haec documenta solummodo a casu ad casum sunt accessibilia et publici iuris fieri possunt.

Quae vero ex Archivis romanis proveniunt, sunt quidem utilia, etsi iam ex aliis fontibus sunt sat nota, sed in pluribus particularitatibus ignota. Proinde optima quidem res est, si ex occasione magni Jubilaei S. Basilii Magni saltem ex parte cognosci possint, ut melius cognoscatur Institutum Basilianum in terris Ucrainae et Bielarusjae.

Sit proinde hoc volumen Sancto Patri Nostro Basilio Magno gloriae, Ordini eius Basiliano utilitati, Sanctae Ecclesiae honori.

P. Athanasius G. Welykyj, OSBM

Romae, in Ianuario 1979.

# LITTERAE BASILIANORUM
# IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

## Vol. II: 1731--1760

## LITTERAE BASILIANORUM HISTORIAM ECCLESIAE UNITAE IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE SPECTANTES (1731 - 1760)

### 209.

*(Ex Russia), ...... 1731.*

*Reflexiones de litteris G. Bulhak de spolio C. Lebeckyj.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Moscovia, Polonia e Ruteni*, vol. 5, fol. 387-389v.

Riflessione sopra la lettera del Monsignor Bulhak.

Dice bene la lettera del Monsignor Bulhak,[1] che dopo la morte del Monsignore Lebiecki[2] la Religione pretendeva sempre che facesse il Conto delli effetti derelitti avanti li Commissarii, ma il Monsignor Bulhak ha differito sino a tanto, che fu consecrato Vescovo, perché ben prevedeva, che quando avesse fatto il Conto, trovandosi tuttavia nello stato di semplice Religioso, mancando gl'effetti derelitti, non gli riuscirebbe così facile ascendere al vescovato. Andò dunque temporeggiando, e sempre lusingando, che teneva ben custoditi gl'effetti derelitti, per dare stretto conto de' medesimi. Arrivato finamente al suo intento, e consecrato nel Capitolo Generale li 3.7bre 1730, allora sicuro, che non gli farebbe nessuno niente, lasciò alli Commissarii di pigliare quattro stracci. Tutto questo si vede e dalla ragione, perchè il Monsignor Lebiecki morì li 22 Gennaro, il Monsignor Bulhak fu consecrato li 3.7bre, e la Commissione di Revisione o exdivisione, come si chiami, fu fatta in Suprasl li 15.8bre, nel medesimo anno 1730. E meglio si vede dalla lettera del Padre Zawadzki,[3] li 21 Agosto 1730 scritta, dove sono

---

[1] Georgius Bulhak, Episcopus Pinscensis (1730-1769).

[2] Lebeckyj Cornelius, Protoarchimandrita OSBM (1726-1729), dein Episcopus Volodimiriensis (1729-1730); obiit die 22.1.1730 in monasterio Jatviscensi. Cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, Romae 1958, pag. 280-281.

[3] Antonius Zawadskyj, Protoarchimandrita OSBM (1719-1726), dein usque ad mortem permansit Consultor Generalis, Superior Bythenensis, etiam administrator Archimandriae Onuphriensis. Obiit die 15.III.1737. Ibid., pag. 278-280.

queste parole: — R.P. Bulhak per fors, (o per forza) iam et possessionem accepit Pinscensis Episcopatus, prout ipse scribit, consecrationem accepturus sub tempus Capituli, a die 3.7bris celebrandi, si consensus Religionis accedat, ad quem Ill.mus Dominus Metropolitanus remisit concurrentem. Sed Ill.mus Dominus Nuncius fortissime urget, et impossibile resistere. Interceptas res Religionis idem R.P. Bulhak habet hactenus in suo arresto. Quomodo res ibunt, tempus aperiet et posta referet; scribere in hoc interesse ad S. Congregationem non habui tempus, quia literam ex consilio Venerabilis Paternitatis Vestrae tarde obtinui. — Così scrive il Padre Zawadzki, allora Vicario Generale al Padre Procuratore.[4] Onde si deduce, che se mancante fu rappresentatione fatta alla Sacra Congregazione dal Padre Procuratore, perchè non è stato pienamente informato delle circostanze del fatto, anche è mancante la giustificatione del Monsignor Bulhak, perchè doppo aver ritenuto appresso di se le robbe derelitte (f. 387v) per otto mesi e più, non ha potuto produrre altro, che li documenti assai posteriori, cioè la lettera del R.mo Protoarchimandrita e la quietanza del suo Segretario. Si che se queste mancanze delle giustificationi fatte per lo scarico suo dal Monsignor Bulhak supplisce la lettera autorevole dell'Ill.mo Monsignor Nunzio, già si vede, che precipita la pretensione come insussistente del Padre Procuratore. Ma se s'avverte alle circostanze del fatto, il Monsignor Bulhak non si potrebbe purgare mai, che non abbia preso per se ne oro ne argento ne altre cose le più ricche del defonto Lebiecki. Finalmente le giustificationi tutte si fondano sulla lettera del R.mo Protoarchimandrita, ma ciò non basta, perchè il buon vecchio ha considerato, che se la protettione dell'Ill.mo Monsignor Nunzio ha esaltato il Monsignor Bulhak al Vescovato, come si disse poco inanzi: — Ill.mus Dominus Nuncius fortissime urget, et impossibile resistere, — e conferma Ill.mo Metropolitano nella sua li 25.8bre 1730, dove dice: — Dominus Bulhak per importunissimas instantias et consensum (id est a Religione) obtinuit, et sub tempus Capituli est consecratus, — nulla giovando le oppositioni del medesimo Monsig. Metropolitano e della Religione; tanto più andarebbe sempre per terra la pretensione del Padre Procuratore, se anche à favore del medesimo s'impegnasse il mentovato R.mo Protoarchimandrita con tutta Religione. Le quietanze poi del Padre Segretario Lisanski[5] poco o nulla provano, perchè suppongono per certo quello che è in questione, cioè che le Ciste fossero state sempre intatte e fedelmente custodite. Dica pur dunque il Monsignor Bulhak,

---

[4] Procurator generalis in Urbe, Ignatius Kulczynskyj (1729-1736).

[5] Heraclius Lisanskyj, Alumnus romanus Coll. de Prop. Fide, ingr. 4.XII.1725, ord. sac. 1728, obtenta Laurea theol. et philos., egressus 1.IX.1729; Missionarius in patria, dein Secretarius Protoarchimandritae Tomillowycz, ab anno 1736 Secretarius Ordinis et Superior Polocensis; ab anno 1743 Consultor Ordinis et Protoconsultor, ad an. 1747 Provincialis Lithuaniae et ab an. 1751 Protoarchimandrita ad octennium; an. 1759 iterum electus in Provincialem Lithuaniae, sed iam anno 1763 nominatus Archiep. Smolenscensis et Archim. Onuphriensis; an. 1767 assumpsit sibi Coadiutorem Josephum Lepkovskyj. Obiit die 14.V.1771; cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, pag. 288-289.

che per parte sua non ha preso niente, e che il Padre Procuratore ardisce d'inquietarlo ingiustissimamente, con incommodare anche l'autorità della Sacra Congregazione; perchè il Padre Procuratore già gli dà tutte le ragioni non perchè resti persuaso dalle giustificationi, ma perchè vuol vivere in pace, e non cercare li guai, cimentandosi con più potente.

—.—

Riflessioni del P. Procuratore Generale[6] de' Basiliani Ruteni, sopra le giustificationi dell'Ill.mo Monsignor Bulhak, Vescovo di Pinsco (f. 388).

1. - Il Monsignor Lebiecki morì li 22 Gennaro 1730, nel viaggio, partito ch'era da Suprasl, sua Abbazia. Al moribondo assisteva solo il Padre Bulhak, come Segretario, e dopo la morte tutte le robbe ha riportato a Suprasl. Nunc quaeritur: Le Ciste che ha sigillate col sigillo del defonto Lebiecki? Il morto? nò. Dunque il Monsignor moderno Bulhak, ch'era allora Segretario ha sigillate, dunque lui solo può sapere, quel che c'era dentro le Ciste. Onde se poi li Commissari dell'Ill.mo Monsignor Metropolitano e R.mo Protoarchimandrita[7] hanno trovato in Suprasl le Ciste, serrate e sigillate, non si può arguire da questo: dunque non furono prima toccate, da chi le serrò, le sigillò e le trasportò da un luogo all'altro, come si ricava dalla lettera del Padre Zawadzki, ch'ha il Padre Procuratore nelle mani, scritta li 5 Febraro 1730, dove tra l'altre sono queste parole: — Il suo (cioè del morto Lebiecki) Segretario[8] ha proceduto fraudulenter avanti e doppo la morte del defonto, e tutta la suppellettile e le scritture etc. ha trasportato a Suprasl, etc. —

2. - Li sudetti Commissari, il R.mo Protoarchimandrita e suo Segretario Padre Heraclio Lisanski, presenti alla exdivisione, hanno trovato si poca supellettile del defonto Lebiecki, come si vede dalle quietanze, il che fà gran stupore al Padre Procuratore, perchè non si fà mentione delli Orologi, delli Annelli d'oro, con le pietre preziose, delle Collane, con le Crocette pur d'oro, ed altre simili cose, che il Padre Procuratore medesimo, essendo prima Segretario, ha veduto appresso il Monsignor Lebiecki, quando egli è stato solamente Protoarchimandrita e Abbate di Derman e Dubno; quanto poi più avrà avuto di ricca supellettile, quando s'è fatto Abbate di Suprasl

---

[6] P. Ignatius Kulczynskyj, Procurator generalis (1729-1736).

[7] Antoninus Tomillowicz-Lebeckyj, natus 1675, Alumnus Brunsbergensis (1704-1711), ordinatus sacerdos, laboravit Minsci, Pinsci, Chelmae et Vilnae, etiam uti Magister novitiorum; membrum Synodi Zamostianae an. 1720, Secretarius Ordinis et Superior Vilnensis, Consultor Ordinis, an. 1730 in Capitulo Novogrodensi electus Protoarchimandrita quadriennalis; anno 1736, expleto munere, nominatus at consecratus Archiep. Smolenscensis. Obiit die 23.IV.1745. Cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita Bas.*, pag. 281.

[8] Secretarius Protoarchimandritae Lebeckyj erat tunc temporis Heraclius Lisanskyj. Cfr. notam 5.

e poi Vescovo di Vladimiria, essendo anche fatto partecipante delli effetti derelitti doppo la morte del Monsignor Kiszka, Metropolitano, come Vescovo di Vladimiria e Abbate di Suprasl. Sapendo di più il Padre Procuratore, che il Monsignor Lebiecki pur s'arrichì doppo la morte del Padre Abbate di Derman e Dubno per nome Gennaro Ohurcewic,[9] che si diceva d'aver lasciato solamente in contanti quattromila scudi (f. 388v). Onde che il medesimo Monsignor Lebiecki, con tanti effetti del Proto-Archimandritato e delle due Abbazie, ascendendo al Vescovato di Vladimiria si fosse indebitato, il Padre Procuratore non può capire.

3. - Nel libro dell'Introito e dell'Esito, ch'ha scritto il Monsignor Lebiecki di proprio pugno, che si trovi uguale l'un e l'altro, anziche l'esito sia superiore ch'introito, può essere, ed il Padre Procuratore non vuole negare, ma insieme dice, che nessuno poteva sforzare il Monsignor Lebiecki a scrivere in un libro tutte le sue entrate, delle quali alcune poteva segnare da parte, anzi affatto tralasciare.

4. - Li legitimi Creditori, molto Rev.di Padri Zawadzki, Protoconsultore e Trulewic, Consultore, perchè non cercano d'essere sodisfatti, la raggione è evidente, perchè non vogliono disgustare il Monsignor Bulhak, ch'è protetto dall'Ill.mo Monsignor Nunzio di Polonia, ed anche non vogliono provocare a sdegno li parenti del medesimo Monsignor Bulhak, potendo questi molto fare del bene e del male alli Monasteri di Zyrowice e di Byten, nelli quali sono Superiori li sudetti Padri, mentre alcuni delli suddetti Parenti sono Giudici.

5. - Anche il R.mo Protoarchimandrita nella sua lettera indirizzata all'Ill.mo Monsignor Nunzio in Polonia[10] difende le parti del Monsignor Bulhak, e dà torto al povero Padre Procuratore, perchè sà bene, che disgustare il medesimo Monsig. Bulhak sarebbe l'istesso, che disgustare li Signori Parenti del medesimo, e tirare la loro malevolenza contro la Religione. Onde il suddetto Protoarchimandrita si contentò d'aver ricevuto gl'atti della Religione doppo la morte del Monsignor Lebiecki, non curandosi del resto. Anche per non perdere la protettione dell'Ill.mo Monsignor Nunzio, ha scritto giustificando il Monsig. Bulhak, e rendendo insussistente la pretensione del povero Padre Procuratore, quando al medesimo in una sua lettera ha scritto in altra maniera, cioè in queste parole: — Li zecchini del Monsig. Lebiecki tutti sono spesi per le prelature, e con medesimo sono coperti dalla caligine della morte; altra robba tutta andò in direptionem. Come si può vedere dall'originale, che tiene il Padre Procuratore. In somma, bensi sà, quanto per il passato costò o a tutta la Religione o a qualcheduno Religioso, ogni qualvolta si richiedeva la giustizia contro qualche Vescovo, e

---

[9] Januarius Ohurcewicz, Archimandrita Dermanensis, anno 1712; post obitum G. Wynnyckyj usque ad an. 1728.

[10] Camillus Merlino, Nuntius Varsaviensis (1728-1738).

perciò anche adesso li Capi della medesima Religione temono di rompere la (f. 389) quiete. E' fresco esempio del Monsignor Gedeone Oranski,[11] che fu Vescovo di Chelma, il quale sdegnato contro un Consultore o Diffinitore dell'Ordine, mentre questi viaggiava per un bosco, lo fece per suoi sgherri appiattati caricare di battiture e spogliare vergognosamente. Fresco anche è esempio del Monsignor Bialozor, Arcivescovo quondam di Polosco,[12] il quale avendo invitato alla sua villa il Padre Kiszka, allora Superiore nel Monastero di Polosco, con un Compagno Padre Adriano Fabrizio, mentre faceva allestire le verghe per battere, avvertito Superiore scappò, ed il suo compagno fu ben battuto e con tagliata chioma e la barba al Monastero rimandato. Questi ed altri esempi sono, che atterriscono li nostri Religiosi, acciochè non promovano le loro pretensioni, benchè giustissime, contro li Vescovi.

6. - La promessa di 30 Ungari fatta dal Monsignor Lebiecki al Padre Procuratore non pare d'essere una semplice promessa, quando dice la lettera, che già furono messi da parte li sudetti ungari, li quali non si potevano così presto spendere, perchè la lettera fu scritta li 15 Gennaro, ed il Promittente morì il 22 medesimo Gennaro. Di più la sudetta promessa fu bensì per gratia e favore, ma non si deve intendere, che possa escludere il titolo del dovere, perché il Padre Procuratore ha servito nell'officio di Segretario al Monsignor Lebiecki per due anni, e non fu adequatamente ricompensato.

7. - Ma giachè il Padre Procuratore vede, che non può riavere li sudetti 30 Ungari, rinuncia alla sua istanza, per vivere quietamente nella sua povertà con la santa patienza; e per non incorrere in qualche pericoloso incontro appresso il Monsignor Bulhak, il medesimo Padre Procuratore, doppochè farà ritorno al suo paese, impone a se stesso perpetuo silenzio, purchè questo non gli porti poi qualche pregiudicio per il ricorso fatto nel suo danno, etc. etc...

## 210.

*Vitebsk, 1. II. 1731.*

*Novus Protoarchimandrita suam obedientiam offert et Ordinis commendat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni*, vol. 5, fol. 346rv.

Eminentissimi et Rnd.mi Domini,

Domini et Protectores Singularissimi.

Minima Congregatio SS.mae Trinitatis Ruteno-unita Ordinis S. Basilij M. in Persona mea, Proto-Archimandritae neo-electi, debitum subiectionis

---

[11] Gedeon Wojna-Oranskyj, Episcopus Chelmensis (1693-1709).

[12] Marcianus Bilozor, Archiepiscopus Polocensis (1697-1707), translatus ex Sede Pinscensi (1667-1696).

suae Eminentiis Vestris exolvit tributum, et quemadmodum id summae sibi ducit felicitati, quod ab EE. Vestrarum Protectione, et oraculis dependet, ita plenam concipit fiduciam, quod et V. Pater Procurator [13] in Urbe residens singulari EE. Vestrarum gaudebit favore, et negotia Religionis ab eo EE.VV. (f. 346v) repraesentanda optato coronabuntur effectu. Hoc ego prostratus ad plantas EE. Vestrarum exposco, et mandatis eorum me, una cum Ordine meo subiicio.

Eminentiae Vestrae infimum Scabellum et indefessus Exorator
ANTONINUS TOMILLOWICZ [14]
Ord. D. Basilij M. Proto-Archimandrita (mp).

## 211.

*Vitebsk, 1.II.1731.*

*Novus Protoarchimandrita Praefecto P.F. suam obedientiam offert et negotia Ordinis nec non Procuratorem commendat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 5, fol. 344.

Eminentissime ac Reverendissime Domine,
Domine Protector Singularissime.

Suscepto munere Proto-Archimandritali, meum est cadere ad plantas Vestrae Eminentiae, et humillime recomendare Protectioni suae, tum V. Patrem Procuratorem Ordinis nostri in Urbe degentem, tum negotia Religionis nostrae ab eo proponenda; quod ubi omni submissione exequor, ad osculum Sacrae Purpurae procumbo.

Vitebsco, die 1 Febr. 1731.

Eminentiarum Vestrarum infimum Scabellum, et indefessus Exorator
ANTONINUS TOMILLOWICZ.
Ord. D. Basilij M. Protoarchimandrita (mp).

## 212.

*Vitebsk, 5.II.1731.*

*Novus Protoarchimandrita Secretario P.F. obsequia offert, negotia Ordinis et Procuratorem in Urbe commendat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni,* vol. 5, fol. 350.

Illustrissime et Reverendissime Domine,
Domine Patrone Colendissime.

Ob distantiam loci tum alia hisce in partibus impedimenta tardavi cum tributo obsequiorum meorum Ill.mae et R.mae Dominationi Vestrae. Qua-

---

[13] Ignatius Kulczynskyj, Procurator generalis in Urbe (1729-1736).
[14] Protoarchimandrita Basilianorum (1730-1736); cfr. notam 7.

mobrem prout veniam humillime imploro, ita minimam Congregationem singulari gratiae recommendo. Sacra Congregatio de Propaganda Fide Basilianis Rutenis dedit esse et conservari, ab eadem et modo expectamus decerni nonnulla nostra desideria. Faveat ergo Ill.ma et Rev.ma Dominatio Vestra benignissimum suum nobis patrocinium ostendere, nos autem incessanter precabimur Deum Optimum Maximum pro optima incolumitate et felicissimis successibus Ill.mae, R.mae Dominationis Vestrae. Pater Procurator noster in Urbe manens exprimet oretenus, et desideria nostra et mea humillima obsequia Ill.mae, R.mae Dominationi Vestrae, cuius amplissimis favoribus dum me cum meis Confratribus demississime insinuo, interea profundissimo cultu maneo.

Die 5 Febr. 1731. - Vitebsco.

Ill.mae, R.mae Dominationis Vestrae Servus humillimus
ANTONINUS TOMILLOWICZ
Ord. D. Basilii M. Protoarchimandrita (mp).

## 213.

*Bytenj, 24.VI.1731.*

*De spolio C. Lebeckyj eiusque exdivisione refert Protoarchimandrita.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni*, vol. 5, fol. 385rv.

Illustrissime, Excellentissime ac Reverendissime Domine,
Domine ac Benefactor Amplissime.

Requisitus ab Ill.mo Domino Episcopo Pinscensi, ut referrem Suae Illustrissimae Celsitudini ea, quae exdivisionem derelictorum Ill.mi p.f. Lebiecki, Ord. nostri Protoarchimandritae et Episcopi Vladimiriensis concernunt, nil aliud penes profundissimam Venerationem exarare censui, quam quod, postquam Ill.mus, Excellentissimus Rds.mus Dominus Metropolita assignaverit Commissarios pro dicta exdivisione facienda, ego quoque descendi Supraslium, ubi inventis arcis sigillatis recepi ex illis a Commissariis ea, quae ad Religionem spectare probata sunt, valde modice ex rebus vix ad tres aureos, Regestorum libros et aliquos libellos, deinde scripta ad Religionem spectantia. Pecuniae vero, quae post fata p.f. remansissent, ne vestigium quidem probabilitatis apparuisse potuit, ubi in Regestris propria pie functi manu scriptis expensae aequarunt proventum. Unde et Religiosi Creditores V.P. Antonius Zawadzki, Proto-Consultor et V.P. Benedictus Trulewicz, Consultor Ordinis, chyrographis praesentatis, licet certum debitum requirebant, restitutionem unde acciperent caruere. Quo autem documento R.P. Procurator noster in Urbe degens ab Ill.mo Pinscensi requirat 30 aureos hungaricos, me prorsus latet et sane si simplicem p.f. promissionem in debitum revocare praesumat, potiori iure veri creditores, quod suum

esset requisiissent, si aliquid de peculio p.f. remansisset. His ita demississime delatis, Protectioni et Gratiae Suae Excellentiae me recommendo et in osculo S. Fimbriae maneo.

Bytenij, die 24 Iunij 1731.

Illustrissimae, Excellentissimae ac Rvd.dissmae Dominationis V.
Servus infimus et Exorator
ANTONINUS TOMILLOWICZ
Ord. D.B.M. Protoarch. (mp).

## 214.

*(Bytenj), 24.VI.1731.*

*Heraclius Lisanskyj de exdivisione spolii C. Lebeckyj.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni*, vol. 5, fol. 386.

Estratto della lettera del Padre Eraclio Lisanski, dell'Ordine di S.B.M., Segretario del Rev.mo Proto Archimandrita, die 24 Giugno 1731.

Anch'io sono stato presente in Suprasl alla exdivisione delle robe lasciate dal p.f. Monsignore Lebiecki, dove havendo ritrovate le ciste sigillate col sigillo del p.f. Lebiecki, mentre li Commissarii del Monsignore Metropolita le fecero resigillare ed aprire, tutto quel chè in esse si ritrovò spettante alla Congregazione nostra (ed era tutto ciò di pochissimo valore) lo ricevè Rev.mo Proto-Archimandrita; e de' quadrini non solamente non si ritrovò ne men un soldo, ma anche io per commando del Rev.mo Proto-Archimandrita rivedendo, e verificando li registri scritti col proprio pugno del p.f. Lebiecki, ho ritrovato, che le spese erano uguali al provento, e di più, che di tempo del suo ascenso al Vescovado, non potendo bastare a Monsignore Lebiecki le solite sue entrate, era forzato di prendere l'imprestito di 500 Talari dal suo Fratello, e 90 Talari da nostri Religiosi (li 90 fin adesso non sono restituiti). Per fine coll'obligatissima tenerezza, etc. etc...

## 215.

*Bytenj, 28.VI.1371.*

*Protoarchimandrita cum Consilio instant pro Privilegiis concedendis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni*, vol. 5, fol. 375.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini,
Domini Protectores et Patroni Singularissimi.

Minima Religio nostra Basiliana favoribus huius Sacrae Congregationis semper nutrita, protecta, et amplecta, etiam in praesenti negotio ad eandem gratiam EE.VV. recurrit, ut per protectionem et favorabilia vota po-

tiri possit Privilegiis, Gratiis et Exemptionibus, quibus gaudent aliae bene ordinatae Religiones, in quibus disciplina regularis viget, et praecipue S. Patris nostri Basilii Regulae, in Italia existentes, citra tamen praeiudicium Ritus Graeco-Uniti cum S.R.E., quem ad mentem, et nutus Sanctae Sedis Apostolicae conservare intendimus. Ut decorati ex gratia Sedis Apostolicae et EE.VV. praedictis Privilegiis, Gratiis et exemptionibus, internam pacem, et quietum ordinem in (f. 375v) Religione habentes, efficacius conversioni Disunitorum incumbamus, et salutem animarum nostrarum cum perfectione religiosa, tum proximorum procuremus, ac perenni memoria et suspiriis Maiestatem Divinam fatigemus pro diuturna Incolumitate, et fortunatissimis Successibus EE.VV., manentes in Cultu profundissimo et osculo fimbriae Sacrae Purpurae.

Bytenij, die 28 Iun. 1731.

Eminentiarum Vestrarum Servi humillimi, et obligatissimi

ANTONINUS TOMILLOWICZ, Ord. S.B.M. Protoarchimandrita (mp).

ANTONIUS ZAWADZKI, O.D.M.B. Consultor mp).

MATHAEUS KOZACZENKO,[15] O.D.B.M. Consultor (mp).

BENEDICTUS TRULEWICZ, O.D.B.M. Consultor, Super. Zyrov.

POLYCARPUS MIHUNIEWICZ, O.D.B.M. Pro-Consultor, Sup. Novogr. (mp).

PATRICIUS ZYRAUSKI, O.D.B.M. Secretarius, Superior Vilnensis (mp).

## 216.

*(Ex Russia), ...... 1732.*

*De coronatione iconis B. V. Mariae Zyrovicensis refert Protoarchimandrita.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni,* vol. 5, fol. 441-442.

Eminentissime, Reverendissime Domine,
Domine Patrone et Mecaenas Amplissime.

Per expeditum ad SS.m Dominum Nostrum cum relatione Coronationis in ecclesia Zyrovicensi, a nostris gubernari solita, faustissimo eventu peractae, eandem et Eminentiae Vestrae, utpote comprotectori Religionis nostrae notificari per praesentes propenso animo curavimus; qua praemissa, memores praestitorum toties favorum nobis (f. 441v) quondam et ad praesens pollicemur desideriis nostris certitudinem, quod non merebimur repulsam, dum supplicibus instamus votis, quatenus Eminentia Vestra Latori praesentium in Venerabili Collegio de Propaganda Fide locum impertiri benigne dignetur, sua qua pollet autoritate et potestate. Hunc itaque sup-

[15] Kozaczenko Germanus Mattheus, Alumnus Coll. Graecorum de Urbe ingr. 1694, egr. 1702, dein Olomucensis per tres annos; demum Secretarius Protoarchimandritae ab an. 1714, Superior Bytenen. et Secr. Generalis, Consultor generalis ab an. 1730.

plicem (f. 442) Libellum singulari commendando clementiae, cum omni promptitudine ad quosvis nutus manemus ad osculum Sacrae Purpurae.

Eminentissimae, Reverendissimae Dominationis Vestrae obligatissimi Servi et Exoratores perpetui

ANTONINUS TOMILLOWICZ, Ord. D.B.M. Protoarchimandrita (mp).
ANTONIUS ZAWADZKI, O.D.B.M. Consultor, Superior Byt. (mp).
MATHEUS KOZACZENKO, O.D.B.M. Consultor, Sup. Torocan. (mp).
BENEDICTUS TRULEWICZ,[16] Ord. S.B.M. Consultor, Sup. Zyrov. (mp).

## 217.

*(Ex Russia), ...... 1732.*

*Difficultates promotionis Procuratoris in Urbe refert Protoarchimandrita.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Moscovia, Polonia e Ruteni*, vol. 5, fol. 504-505v.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini.

Literas Eminentiarum Vestrarum cum reverentissimo osculo in praesenti Consultatione recepimus, ad quarum tenorem cum profundissima Principum Ecclesiae veneratione respondemus. Pater Procurator noster in Urbe, quod respectus ac recomendationem Eminentiarum Vestrarum promeritus sit, intime gratulamur illi et Ordini nostro, sed circa Promotionem eius ad Abbatiam Onufriensem, hanc non modicam difficultatem experimur, quod Pater Antonius Zawadzki, per quadraginta et aliquot annos in variis Religiosis Officiis laudabiliter se gerens, in praemium laborum suorum praedictam Archimandriam possideat, quae si ipsi pleno annis, laboribus, et meritis recipiatur, periculum est, ne simul cum Abbatia vita privetur. Deinde Pater Procurator recordari deberet emissi a se quarti voti solennis, de non curandis honoribus, et se esse Filium Matris amantissimae Religionis, quae ponderata Filiorum merita condigno remuneratur praemio, quod patet manifeste in eius Antecessoribus, tam antiquis, quam recentioribus. Pater enim (f. 504v) Josephus Consultoris, Pater Polycarpus primi Consultoris, post Abbatiali dignitate fuerant insigniti, Pater vero Benedictus recenter ad Consultoriale et Superioris Zyrovicen., Pater Patritius ad Secretarii Ordinis et Superioris Vilnen. munia per vota Fratrum electi et promoti; similes favores Maternos etiam Pater Procurator sperare indubitanter potest. Caeterum altissimae considerationi Eminentiarum Vestrarum et supremo Iudicio prone deponimus: num stante adhuc vita unius benemeriti Beneficiati potest succedere in idem Beneficium advitale aliud subiectum, sine demerito prio-

[16] Benedictus Trulevycz, Alumnus Coll. Graeci ab an. 1706 ad an. 1713; dein Procurator in Urbe (1713-1726), Consultor generalis ab an. 1727, Superior Zyrovicensis etc. Cfr. volumen praecedens.

ris legitimi Possessoris? Certe non deerunt in Religione aliae dignitates expectaturae R.dum Patrem modernum Procuratorem nostrum; habeat tantisper patientiam, et quam primum mandatis Eminentiarum Vestrarum (quos obsequentissima colit) Religio nostra obtemperare paratissima. Haec cum candore plantis gratiosissimis (f. 505) Sacri Collegii affusi exprimimus, negotia Ordinis et nos ipsos favoribus Eminentiarum Vestrarum insinuantes, manemus.

Eminentiarum Vestrarum Servi humillimi et Exoratores obligatissimi
Antoninus Tomillowicz, Ord. D.B.M. Protoarchimandrita (mp).
Mathaeus Kozaczenko, O.D.B.M. Consul., Sup. Torocan (mp).
Benedictus Trulewicz, O.D.B.M. Consul., Sup. Zyr. (mp).
Polycarpus Mihuniewicz, Ord. D.B.M. Pro-Consultor (mp).
Patricius Zyrawski, O.D.B.M. Secretarius, Superior Vilnen. (mp).

## 218.

*Grodno, 16.I.1732.*

*Heraclius Lisanskyj, Alumnus, de sua vita et activitate refert.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni,* vol. 5, fol. 431rv.

Emin.mi e Rev.mi Signori Protettori Singolatissimi.

Incominciando il terzo anno, da che sono partito da Roma, e venuto in Polonia, pago la dovuta ossequiosissima obligazione all'impareggiabili grazie dell'EE. Loro, che si degnarono d'ammettermi a quella Apostolica Scuola, nella quale avendo imparato col procurare la salute del prossimo, servire al Signore, e soddisfare alle sante intenzioni dell'EE. Loro, non tralascio (quanto mi permette la carica moderna del Segretario del Padre Proto-Archimandrita nostro, che ho per comando de miei Superiori) d'impiegarmi in predicare, e sentire le Confessioni. E ciò, mentre, ricordandomi della mia professione d'Alunno umilissimamente riferisco all'EE. Loro, (f. 431v) prendo l'ardire di baciare le Sagre Porpore, e supplicare de' loro onoratissimi cenni, per testificare la mia obligatissima e prontissima ubbidienza con cui sono.

Dell'Eminenze Loro umilissimo, devotissimo ed obligatissimo Servo
Eraclio Lisanski [17]
dell'Ordine di S.B.M., Segretario del Rev.mo Padre Generale

---

[17] Heraclius Lisanskyj, Secretarius, Protoarchimandrita, Provincialis Lithuaniae et Archiep. Smolenscensis; cfr. notam 5.

## 219.

*(Bytenj), 25.IV.1732.*

*P. Antonius Zawadzki Procuratori in Urbe de debitis Hospitii Romani.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni,* vol. 5, fol. 511rv.

Excerptum ex epistola R.mi Patris Antonij Zawadski, Protoconsultoris, ad Patrem Procuratorem.

Memoriale datum S. Congregationi circa extinguenda debita Residentiae oportunissimum est, et ad decisionem Eminentissimorum Patrum promovendum est, alias cura intra Provinciam nulla erit, Procuratores vero Romani aut non valebunt aut nolent extinguere; sed antiqua praxi, unus post alium eam, quam annuatim seponere partem debebant pro extinguendis debitis, colligent pro suis commodis, sicut vidi, et palam est in duobus iam defunctis etc., qui honoribus captandis et beneficiis, aucupandis spolium domus applicarunt. Dominus parcat similibus. Ego non cesso hoc negotium commendare R.mo, sed efficacius erit decretum Sacrae Congregationis, etc. Die 25 Aprilis 1732.

—.—

Excerptum ex epistola eiusdem R.mi Protoconsultoris.

De titulo Smolenscensi brevi sciet Vestra Paternitas: modo hoc tantum defero, quod stante mea administratione, in monasterio S. Onuphrii gloria Divina, anterius extincta, iam revixit, excitato novo templo et monasterio, cum spe formalis conventus introducendi, quo facto, Palatinatus efficacius obstabit penes suam voluntatem, non amplus admittendi Archiepiscopum Smolenscen. sed Praelatum Regularem cum Conventu Monachorum.

Die 2.7.bris 1732. Bytenij.

## 220.

*Varsavia, 6.VI.1732.*

*Procurator Varsaviensis attestat de celebratione festorum secundum varia Calendaria.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni,* vol. 5, fol. 474.

Infra scriptus testor praesentibus, in nostro Ritu Rutheno, Sanctae Romanae Ecclesiae unito, Festa primae classis, nimirum: Bss.mae Virginis Mariae, Festa SS. Apostolorum, atque Festa SS. Martyrum lmae classis, iuxta observantiam nostri Rutheni Calendarii celebrari, et observari solere post dies duodecem post celebrationem eorumdem Festorum lmae classis secundum Latinum Calendarium; Festa vero mobilia, nimirum Nativitatis Domi-

ni, Paschatis, atque Pentecostes diversimode in Ritu nostro celebrari solere, prout in anno praesenti Festum Pentecostes celebrabitur die futuro Dominico nempe 8va Junii; in cuius rei fidelissime subscribo.

Varsaviae, die 6-ta Iunii, secundum Calendarium Latinum, Anno Domini 1732.

Hilarion Onyszkewicz, O.D.B.M., Resid. Varsaviae.

Fidem facio et attestor ego infrascriptis praeinsertum Testimonium manu propria Admodum Rev.di Patris Hilarionis Onyszkiewicz, Ordinis Divi Basilij Magni, Superioris Residentiae Varsaviensis, mihi quoad characterem bene nota, esse per totum scriptum, et subscriptum. In quorum etc. Praesent. subscripsi, et sigillo Ill.mi ac Rev.mi Domini D. Camilli Paulutii, Archiepiscopi Iconien. et Nuncii Apostolici in Regno Poloniae etc. communivi. Varsaviae, in Cancellaria Nunciaturae Apostolicae, hac die decima sexta mensis Junii, Anno Domini 1732.

Stephanus Skwarczynski
Publicus Sacra Authoritate Apostolica
Notarius, et Nunciaturae Apostolicae
in Regno Poloniae etc. Vice-Cancellarius (mp)

## 221.

*Lavrysovia, 15.VI.1732.*

*De debitis Romanis ad Hospitium SS. Sergii et Bacchi extinguendis scribit Protoarchimandrita et P. Patritius Zyrawski.*

APF, *Scritti rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni*, vol. 5, fol. 509v-510.

Epistola scripta a P. Zyrawski ad Patrem Procuratorem Generalem,[18] nomine Venerabilis Consultorii de debitis Romanae nostrae Domus.

Est nota Paternitati Vestrae intentio Religionis, quare ipsius personam expediverit Romam, ob finem scilicet principalem, promovendi negotia Ordinis, inter quae specialiora sunt puncta decidenda a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, proposita ex Synodo Zamosciana, de quibus Paternitas Vestra nil significat Religioni, an sint decisa? Alia vero negotia, inter quae praecipuum de debitis Residentiae Romanae propria authoritate promovet Paternitas Vestra, et personas non (f. 510) notatas in Religione, atque observantia dignas laesivo calamo perstringit. Quare unanimi voto venerabilis Consultorii monemus vestram Paternitatem, ut velit satisfacere suo officio, et illa quae sunt iniuncta aut iniungentur a Religione prompte exequi, et novitates non excitare, stilumque moderari. De extinguendis debitis Residentiae Romanae cogitat et deliberat Religio, sed nota est Paternitati

---

[18] Ad Ignatium Kulczynskyj, Procuratorem (1729-1736), dein Archim. Grodnensem. Obiit anno 1741.

Vestra difficultas in exequendo. Epistolae Paternitatis Vestrae sapiunt, quod Vestra Paternitas oblita sit praestare juratam obedientiam Superioribus suis, quando inconsultis iisdem toties comminativas literas scripsit et ad ipsum R.mum Protoarchimandritam; reflectat se, qualiter per hoc laeditur authoritas et iurisdictio tam R.mi, quam Venerabilis Consultorii, imo totius Religionis. Quod Dominus adaugeat decorem domus suae in Ecclesia nostra, sit benedictus in saecula, et Vestram Paternitatem conservet incolumem, ad promovendam gloriam suam; sed inde infertur, quod Vestra Paternitas iniuste conqueratur contra suos Antecessores, ipsos nempe pro erectione Altaris debitum contraxisse, et per hoc afflixisse Vestram Paternitatem; utique prout Antecessores Vestrae Paternitatis sumptu Ecclesiae Altare erexêre, ita Vestra Paternitas sine detrimento proventuum Residentiae ex proventibus ecclesiae debitum exsolvere potest, cum licentia S. Visitae, eo magis penes augmentum proventus ex adunantia, at aliis piorum votis. Deinde in praesentia Paternitatis Vestrae terminabatur Altare, liberum ergo erat detinere. Uberrimas Vestrae Paternitati benedictiones apprecamur, et manemus.

Ex Consultatione Lawryszovien., 15 Iunij 1732.

Venerabilis Admodum Rnd.ae Paternitatis Vestrae
Fratres observandissimi in Christo et addictissimi
Antoninus Tomillowicz
O.D.B.M. Protoarchimandrita (mp)
Patritius Zyrawski
O.D.B.M. Secr., Sup. Vilnen., nomine Ven. Consultorii

## 222.

*Bytenj, 15.VII.1732.*

*Excerptum ex litteris Protoarchimandritae ad Procuratorem de debitis romanis etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni,* vol. 5, fol. 510v-511.

Excerptum ex epistola R.mi Protoarchimandritae ad P. Procuratorem.

Scribit Vestra Paternitas se sperare celebrationem Congregationis particularis super rebus Ruthenorum, et vel maxime resolutionem de debitis Residentiae Romanae. Hoc me nosque cunctos affligit, quod Vestra Paternitas nos non informet de desideriis Synodi Zamoscianae, utrum agantur nec ne? De debitis vero Romanis iam pridem Religio cogitavit, quod oportet ea extinguere et tamen non sunt extincta. Nunquam vero mens fuit S. Congregationis, ut ea omnino instantanee extinguerentur; satis hoc fuit, quod Procuratores Antecedanei Paternitatis Vestrae censum solvebant, nullus ex Creditoribus urgebat, ut originalis summa restitueretur, et modo, suppono, non urgent. Mi dilecte, filius meus es, non irrites Patrem tuum,

nam haec difficultas nunquam fuit; omnes ut poterant solvebant, et in pace manebant, imo et pecuniam coacervabant, ut scribit Vestra Paternitas. Sed scimus quid vestra Paternitas velit; quod si Religio extinguet debita, et per hoc miserabilia Monasteria depauperabit, Procurator Romanus erit opulentior; at consideret Vestra Paternitas, quod ipsa potest evocari ad Patriam pro altioribus dignitatibus, et sic verificabitur: Hos ego versiculos feci, tulit alter pecuniam. Obsecro Paternitatem Vestram recte agat, quod Religioni necessarium est, non quae sua sunt. Pater Zyrowicensis Superior (Benedictus Trulewicz) discessit ab Urbe, quid ipsi quis faciet? quamvis adstrictus fuerit decretis, respondebit: Nil habeo, et quae feci, Romae feci, expensa Romae manent. Nil ergo efficietur praeter rixas et odia. Scripsit Vestra Paternitas, quod decreta fuere, ut Procuratores per partes debita solverent, et quia secundum decreta non est factum, male factum. Vestra Paternitas igitur incipiat et det exemplum, quod successores sequantur, et sic Religio non onerabitur, quae tamen (f. 511) quod debeat ferre onus, non nego. Relinquamus haec et ego Paternitatem Vestram peto, atque iterum obligo, ut in tenuitate provisionis, quamvis et famem patiatur, curet integritatem Religionis, et loci illius, et me pijs orationibus commendo.

Die 15 Iulii 1732, Bytenii.

Venerabilis Paternitatis Vestrae
Fr. addictissimus et Servus in Christo
Pater Antoninus Tomillowicz
O.D.B.M. Protoarch. (mp)

## 223.

*Onufrey, 12. VII. 1733.*

*P. Ant. Zawadzki negat suam renuntiationem Archimandriis in favorem Procuratoris in Urbe.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni,* vol. 5, fol. 546rv.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini,
Domini Protectores Singularissimi.

Obligatus et paratus parere cuilibet Eminentiarum Vestrarum nutui, auctoritativum illorum diebus Martii accepi mandatum, promovendi ad Abbatiam Onufriensem et Superioratum Pustinensem Admodum Reverendum Patrem Ignatium Kulczynski, negotia Ordinis nostri ad praesens in Alma Urbe curantem. Quia tamen praelaudatum Eminentiarum Vestrarum mandatum supponit, me dicta Monasteria ab annis tribus Administratorem voluisse, aliquando iisdem Monasteriis renuntiasse; ideo prostratus ad protectrices Eminentiarum Vestrarum plantas deffero, nunquam me talem renuntiationem intendisse. Et supplico gratiosissimam protectionem Eminentiarum (f. 546v) Vestrarum, ut post exantlatos in Sancta Religione labores conserver circa praedictum Beneficium, quod desolatum inveni et iam per

gratiam Dei novam Ecclesiam et Monasterium ex fundamentis (absit gloria verbo) erexi. Caeterum nihil felicius reputo, quam mandata Eminentiarum Vestrarum exequi et in osculo Sacrae Eminentiarum Vestrarum Purpurae maneo.

Ad S. Onufrium, die 12 Iulii 1733.

Eminentiarum Vestrarum Scabellum
ANTONIUS ZAWADZKI
Ordinis D. Basilij M. Cons., A.A.O.P. Super Byt. (etc.)

## 224.

*(Ex Russia), ...... 1736.*

*De promotione P. Ign. Kulczynskyj ad Archimandriam Grodnensem et de Alumnis Pontificiis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, f. 125.

Eminentissime et Reverendissime Domine,
Domine et Protector Singularissime.

Gratiosissimis Eminentiae Vestrae stipatus literis Venerabilis Pater Ignatius Kulczynski, qui novissime in Alma Urbe apud Sanctam Sedem Apostolicam Ordinis Nostri negotia curabat, feliciter pervenit in Lithuaniam, et illo quem Eminentia Vestra praecepit a Religione acceptus amore, in praemium laborum suorum Grodnensem obtinuit Abbatiam. In locum illius Lator praesentium Venerabilis Pater Maximilianus Zawadzki[19] succedit, quem ego Protectrici Eminentiae Vestrae gratiae humillime recomendo, supplicans, ut tum ille specialibus Eminentiae Vestrae valeat gaudere favoribus, tum desideria Russiae e Provinciali Zamosciana Synodo, decisioni Sacrae Congregationis de Propaganda Fide porrecta, eminentissimo eiusdem decidantur et coronentur beneplacito, tum denique Religiosus ex nostra Congregatione in locum Reverendi Patris Caesarii Stebnowski,[20] Anno praesenti Theologica finientis studia, ad Venerabile Collegium de Propaganda Fide, per gratiam Eminentiae Vestrae admittatur; spero in innata Eminentiae Vestrae bonitate, quod benignissima Clementia sua, hanc meam dignabitur acceptare supplicationem, cum qua dum me Protectricibus Eminentiae Vestrae substerno Plantis, Sacrae Purpurae fimbriam devotissime deosculor manens

Eminentiae Vestrae humillimus et obedientissimus Servus
ANTONINUS TOMILLOWICZ
Ord. D. Basilij M. Protoarchimandita, Super. Berez. (mpr)

---

[19] Procurator generalis in Urbe, Maximilianus Zawadskyj (1736-1740).

[20] Caesarius Stebnowskyj, Alumnus Coll. Urbani de Urbe (1733-1738); Missionarius in patria, dein Procurator generalis in Urbe (1740-1744), et Archiep. Smolenscensis (1756-1762). Obiit an. 1762.

## 225.

*Bytenj, 2.I.1736.*

*De promotione P. Ign. Kulczynskyj ad Archimandriam Grodnensem et novum Procuratorem commendat Protoarchimandrita.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, f. 129rv.

Eminentissime et Reverendissime ac Excellentissime Domine,
Domine Patrone et Protector Colendissime.

Respectus et favores Sacrae Congregationis de Propaganda Fide promeritos per P. Procuratorem Romanum, tam praedicto Patri, quam toti Religioni, gratulamur; filius enim sapiens laetificat matrem. Illustrissimae vero Celsitudini profundissimas referimus gratias, quod in persona Patris Procuratoris totum Ordinem nostrum particularibus prosequatur favoribus, quos pro modulo nostro obsequiis rependere volentes, mandatis tam Sacrae Congregationis, quam Illustrissimae Celsitudini obedivimus animo ad obsequendum promptissimo. Patrem Ignatium Kulczynski, Procuratorem Romanum, reducem ex Urbe, tanto teneriori affectu complexa est Mater Religio, quanto amplioribus praeconiis suffultum et meritis praeditum agnoverit mandatisque tam Sacrae Congregationis quam Illustrissimae Celsitudinis per omnia obsequentissimus Ordo noster debito et honorifico munere praemiavit merita praedicti Patris, scilicet Abbatia Grodnensi, quod etiam in literis ad Eminentissimos Patres luculenter expressimus. Pro exsolutione debitorum Romanorum transmittetur brevi contributio ex Monasteriis, pro posse in praesentibus calamitosis temporibus, ut nihil desideretur ad exactissimam observantiam mandatorum Sacrae Congregationis et Illustrissimae Celsitudinis Vestrae. Cui Ordinem nostrum, Sanctae Sedi Apostolicae obsequentissimum, ac novum Procuratorem [21] gratiae speciali recomendamus Illustrissimae (f. 129v) Celsitudini et Reverentiae Vestrae manemusque in osculo ac veneratione Pastoralis et Vicariae Sedis Apostolicae Dexterae.

In Monasterio Bythenensi, die 2 Januarii, Anno 1736.

Illustrissimae, Excellentissimae et Reverend.mae Celsitudinis Vestrae
obligatissimi et humillimi Servi et Exoratores
Antoninus Tomillowicz
Or. D.B.M. Protoarchimandrita (mpr).

Patricius Zyrawski, Ordinis D. Basilij Magni Secretarius, S. V., Nominatus Consultor (mpr).

## 226.

*Bytenj, 2.I.1736.*

*Cardinales P.F. certiorat de promotione P. Ign. Kulczynskyj ad Archimandriam Grodnensem novumque commendat Procuratorem Protoarchimandrita.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, f. 131rv.

---

[21] Novus Procurator in Urbe P. Maximilianus Zawadskyj (1736-1740).

Eminentissimi et Reverendissimi Domini,
Domini Protectores et Patroni Colendissimi.

Ad literas Eminentiarum Vestrarum, die 8va Iulii anno elapso scriptas, a nobis vero cum profundissima veneratione receptas, filiali demissione, affectu et effectu respondemus. Quod non subito post literas a nobis ad Eminentias Vestras directas revocatus sit ex Residentia Romana Pr. Ignatius Kulczynski, calamitosae Patriae nostrae vicissitudines et communes tribulationes, quibus premebamur et hucusque premimur, castigante peccata nostra a Domino, nos excuserit, maxime quia existimabamus praedictum P. Procuratorem sub haec tempora libentius quietam in Urbe continuare residentiam, quam reditum desiderare ad Patriam undique calamitatibus et amaritudine repletam. Nunc vero reducem ex Urbe tanto teneriori affectu et benevolentia Mater excepit Religio, quanto specialioribus respectibus Sacrae Eminentiarum Vestrarum Congregationis suffultum agnoverit, locum honorificum eidem providimus, mandatis Eminentiarum Vestrarum obsequentissimi, quem dotes ac merita eius vel ex hoc conspicua, quod Purpurati Principum Ecclesiae Senatus recommendationem promeruerint, eidem pollicebantur, uti ille ipse propriis literis clarius enucleabit, scilicet Abbatia Grodnensi praemiata sunt merita eius; ac desideria praedicti Patris libenter audita sunt a Religione, et possibilibus mediis (f. 131v) iisdem satisfactum. Pro exolutione partiali debitorum Romanae residentiae per manus novi Procuratoris in Urbem contributio transmittitur, plenariam vero debitorum extinctionem ex animo desideramus, sed efficacem modum adimplendi voti nullatenus in his calamitatibus adinvenire possumus; unicum nobis superest, Majestatem Divinam pro incolumitate Eminentiarum Vestrarum ac successu fortunatissimo Ecclesiae Sanctae, Christianitatis, et Patriae nostrae exorare; Procuratorem novum [22] ac Religionem nostram ad obsequia Sanctae Sedis Apostolicae, etiam cum dispendio vitae promptissimam, gratiae immutabili et favoribus, quos abunde ab hac Sacra Principum Congregatione in nos promanare confitemur, recomendamus, et penes osculum Sacrarum Fimbriarum manemus.

Die 2 Januarij, Anno 1736, in Monasterio Bythenensi.

Eminentiarum Vestrarum Servi humillimi et Exoratores perpetui
ANTONINUS TOMILLOWICZ
Ord. D.B.M. Protoarchimandrita (mp)

PATRICIUS ZYRAWSKI, Ord. D. Basilij M. Secretarius, nomine Consultorij.

---

[22] Cfr. notam praecedentem nr. 21.

## 227.

*Bytenj, 2.I.1736.*

*P. Ignatius Kulczynskyj certiorat de sua promotione et gratias agit.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Polonia e Ruteni*, vol. 6, fol. 133-4.

Emin.mi et Rerevend.mi D.ni, Domini et Protectores mei Clementissimi.

Benignissimis Eminentiarum Vestrarum literis praemunitus, quamprimum perveni ad Monasterium Bytenense, statim hoc in loco, ubi adhuc subsisto, a R.do nostro Protoarchimandrita et Religiosissimis Patribus Consultoribus, pro Consultatione congregatis, consecutus sum eventum favorabilem: non solum enim exceptus sum cum omni benignitate, juxta mandatum Eminentiarum Vestrarum, sed etiam obtinui consensum a praefatis Superioribus pro Abbatia Grodnensi, ad quam intra breve tempus installationem benedictionemque (f. 133v) spero me consecuturum. Insuper praedicti Patres, Rev.mus Protoarchimandrita ac Religiosissimi Consultores, ut humilem suam erga Eminentias Vestras observantiam et exactam obedientiam evidenti comprobarent documento, decreverunt per novum Procuratorem ad almam Urbem mittendum transmittere notabilem summam pecuniae, ad effectum extinguendi aliquam partem debitorum, quibus domus nostra Romana hactenus praegravata fuit. Haec dum Eminentiis Vestris humillime significo, insimul pro collatis in mei ab eisdem maximis beneficiis summas ago grates, et (f. 134) perenni immutabilique obsequio profiteor me esse.

Die 2 Januarij 1736, ex Monasterio Bytenen.

Eminentiarum Vestrarum Servus humillimus
IGNATIUS KULCZYNSKI
O.D.B.M.

## 228.

*(II.1736.).*

*Protoarchimandrita Tomylovyč Nuntio Paulutio P. Maximilianum Zavadzkyj, novum Procuratorem generalem OSBM in Urbe commendatur; quidam Alumnus in Collegium Urbanum mitti desideratur.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 6, fol. 135-136.
MUH, vol. VI, pag. 64-5.

Ill.me, Exc.me et R.me D.ne, D.ne Patrone et Benefactor Singularissime.

Electum in locum Venerabilis Patris Ignatii Kulczynski Procuratorem Ordinis nostri, Latorem praesentium, Venerabilem Patrem Maximilianum Zawadzki, et desideria Russiae e Zamosciana Synodo, finali Sacrae Congregationis de Propaganda Fide decisioni submissa, potentissimae Excellentiae Vestrae protectioni recomendo. Oriatur tandem lux, et tenebrae dubiorum

dissolvantur, ut et minimus Ordo Basilianus votis potitus grato decantet ore gloriam nominis Excellentiae Vestrae.

Tertium quod peto est, ut Em.mi Patres solita sua in nos clementia dignentur [fol. 135v] in locum R.di Patris Caesarii Stebnowski, anno praesenti studia finientis, alium Ordinis nostri Religiosum ad Venerabile Collegium de Propaganda Fide ex Russia mittendum suscipere et suis annumerare Alumnis. Gratia haec Excellentiae Vestrae novis me devinciet titulis, ut cum toto pusillo meo regimini concredito grege pro diuturna incolumitate et felicissimis Excellentiae Vestrae successibus Divinam orem Maiestatem; quod dum religioso spondeo candore, beneficam Excellentiae [fol. 136] Vestrae dexteram devotissimo veneror basio, et profiteor quod sum

Ill.mae, Exc.mae et R.mae Dominationis Vestrae
Servus humillimus et Exorator
ANTONINUS TOMILLOWICZ
Ord. D.B.M. Protoarchimandrita (m.pr.)

## 229.

*Leopolis, 12.II.1736.*

*Heraclius Lisanskyj obsequia transmittit, de Russia refert etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, f. 145rv.

Emin.mi e Rev.mi Signori, Signori Protettori miei Singolarissimi.

Stanti moderne turbulenze di cotesto paese, ho tramandato una lettera all'EE.VV. per li nostri Monaci, che anno scorso partirono a Roma per studiare nel Venerabile Collegio Greco; adesso di nuovo m'inchino agli Piedi dell'EE.VV. e continuando la stessa carica del Segretario del Rev.mo Padre Nostro Generale, dagli miei Superiori Religiosi già da sei anni impostami, mentre secondo la mia debolezza non tralascio d'impiegarmi anche nella cura dell'anime, per sodisfare a quel dolce obligo, che ho contratto, essendo stato Alunno dell'EE. Loro nel Venerabile Collegio de Propaganda Fide; supplico EE.VV. di conservarmi nella sua potentissima (f. 145v) protezzione. L'avventure di questi tempi in Russia riferirà a bocca il R.mo Padre Procuratore Generale della mia Religione, nelle mani di cui ho consegnato presente mio vilissimo foglio; ed io solamente coll'implorare l'incessante pregiatissima del EE.VV. grazia, mi rassegno sino all'ultimo spirito, ed umilissimamente bacio la Sagra Porpora.

Leopoli, 12 Febraio 1736.

Dell'Eminenze Vostre umilissimo ed obligatissimo Servidore
ERACLIO LISANSKI
Monaco Basiliano Ruteno, etc.

## 230.

*Bytenj, 29.IX.1736.*

*P. Basilius Polatylo certiorat de sua electione in Protoarchimandritam.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, f. 190.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini,
Domini e Protectores Singularissimi.

Et data fides (cum in Venerabili EE. Vestrarum Collegio essem) et omnia gratitudinis iura me accersunt ad comparendum in conspectu EE. Vestrarum cum praesentibus, ubi praemisso reverentiali Sacrae Purpurae osculo defero: quod in celebrato recenter a minima Religione nostra generali Capitulo, votis Fratrum meorum ad officium Proto-Archimandritae sum vocatus; huius itaque muneris mei primam partem esse reor, implorare principem Vestram, EE.mi Principes, Protectionem, ad quam eo cum maiori recurro fiducia, quo magis me usque a teneris annis devictum et devinctum beneficiis novi. Jam vero benignae Protectionis peculiare foret specimen, si desideria Congregationis nostrae, Gloriam Dei bonumque Religionis concernentia, iamque dudum coronidem expectantia, Vestro finalis decisionis oraculo coronarentur, quod ut a Vestra Clementia mihi polliceor ita cum osculo Sacrae Purpurae maneo.

Bytenis, die 29.7bris, 1736 anno.

Eminentiarum Vestrarum humillimus et obligatissimus Servus
et perpetuus Exorator
BASILIUS POLATYLO [23]
O.D.B.M. Proto-Archimandrita,
Alumnus de Propag. Fide (mpr)

## 231.

*Bytenj, 29.IX.1736.*

*De eadem electione certioratur Praefectus Congr. de Prop. Fide.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, f. 191.

Eminentissimo e Rev.mo Signore, Signore Protettore Singularissimo.

Rammentandomi le sue benigne accoglienze e gli favori oltre mio merito a me fatti a tempo della mia permanenza a Roma, mi prendo l'animo

---

[23] Basilius Polatylo, nat. a. 1692, Alumnus pontificius de Prop. Fide ab an. 1714; post 8 annos studiorum obtinuit lauream in theologia et philosophia (1723); post 13 annos laboris in Ordine, in Capitulo Generali Bytheniensi Protoarchimandrita electus quadriennalis, e Superiore Polocensi; cum toto suo Consultorio praesens erat in Cap. Leopolitano alterius Congregationis Basilianae. Sed unificationem Ordinis Basiliani non vidit, nam in februario, ut videtur, obiit. Cfr. M. M. WOJNAR, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, pag. 282-283.

Generalis Ordinis mei Secretarii officio, vi cuius cum diversas Polonis subiectas Russiae partes praesertim vero Moscoviae finitimas scrutari et observare detur ex occasione visitandorum in praefatis partibus Monasteriorum iurisdictionis nostrae, ea qua possum solertia satago per schysma avulsas, (f. 213v) ad Sacram Romanae Ecclesiae Unionem lucrari animas. Modicam equidem hoc anno messem colligere datum (licet prope duos menses in ipsis Moscoviae limitibus moram trahere contigerit) praeter illos, quos formido belli, ad quod inviti etiam e presbyteris trahuntur, asylum in nostris Monasteriis quaerere, et Sacram Unionem amplecti coëgit. Dolendum magis est, quod nonnulli memoratae Moscoviae incolae ad Lutheranam sectam propenso notentur animo, licet alii tenaciores sui Ritus ad nos potius (faxit Deus) et descendere, quam primos sequi polliceant. Haec (f. 214) et alia suppono notificata luculentius a Patribus Capucinis, Missionariis Peterburgi, seu Petropoli degentibus, proinde mihi innuisse sufficit pro ea quam iuravi sinceritate, et penes quam mori cupio utpote qui sum

Dattae ex Alba Russia, Berezvecio, die 28.Xbris 1737.

Eminentiarum Vestrarum infimus Suppedaneus et indefessus Exorator
CAESARIUS STEBNOWSKI
O.D.B.M. Alumnus V.C. de Propaganda Fide
Secret. R.mi Proto-Arch. (mpr)

## 234.

*Berezvecz, 10.IV.1738.*

*Protoarchimandrita Basilius Polatylo petit pro admissione ad Collegium Graecum et Urbanum Alumnos suae Provinciae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* a. 1738, vol. 697, f. 11, 16.

Emin.mi et Reverendissimi Domini,
Domini, Patroni Protectores et Benefactores mei Singularissimi.

Quam anteriori anno in exordio officii mei Protectionem Eminentiarum Suarum imploraveram, eandem hodie repetitis imo millenis votis supplex imploro. Unicum quippe asylum minimae Religionis meae suprema Eminentiarum Vestrarum Protectio, sub qua nobis nasci datum, vivere datur, et mori (confidimus) dabitur; et quoniam non ambigo perspectum esse luculenter Eminentiis Vestris, quod grassante nuper nostris in oris Moschovitico Bello, minima Religio mea maiora aliis perpessa fuerit vulnera, quibus resarciendis tum officii mei, tum iuramenti in Collegio dudum emissi vigore dum pro modulo meo navo operam, rite cognovi quod post tetra memorati belli nubila affulget spes maioris in vinea Sanctae Unionis messis, dummodo opportuni habeantur operarii; idcirco ut et mihi et meis cooperariis (quorum vita brevis est) subrogandi in hac vinea non deficiant, tempestivas effundo preces, plantis Eminentiarum Vestrarum eas advolvendo, quatenus

tum ad Collegium de Propaganda Fide tum ad Graecum saltem unus adhuc e nostris suscipi mereatur, praesertim vero ad Coll. de Propaganda, ubi unicus et solus e nostris instituitur (f. 16); experientia enim compertum est quod in illis Collegiis probitate morum et accommodata Propagandae Fidei scientia imbuti iuvenes Religiosi nostri evadunt admodum idonei ad manutenendam et ampliandam Sanctam cum visibili capite Ecclesiae Unionem, sanguine Praedecessorum nostrorum partam. Plenus itaque optimae spei sum, quod non merebor repulsam in his supplicibus votis meis, quorum obtentus effectus magis ac magis ratificabit iuratam Eminentiis Vestris obligationem minimae Religionis meae, cuius nomine profiteor me futurum perenniter

Dattae Berezveciis, die 10 Aprilis 1738.

Eminentiarum Vestrarum humillimum Servum et indefessum Exoratorem

BASILIUS POLATYLO
O.D.B.M. Proto-Archimandrita
Alumnus V. Col. de Prop. Fide, Superior Ber. (mpr)

## 235.

*Berezvecz, 10.IV.1738.*

*Idem Protoarchimandrita Praefecto de Prop. Fide petit eandem admissionem ad Collegia Pontificia.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* a. 1738, vol. 697, f. 13-14.

Eminentissime et Reverendissime Domine,
Domine, Patrone et Benefactor Singularissime.

Toto errarem coelo, si coelo derivatam, quia a Summo Christi Vicario, meo vero Domino Clementissimo, mediantibus Eminentiae Vestrae literis benigne impertitam mihi Benedictionem, provolutus ad pedes Suae Sanctitatis, reverentiali eorundem osculo gratificari negligerem; Illam (inquam) Benedictionem, quae et fessas aliquantum, utpote continuis viarum incommodis obnoxias meas refecit, et abstersit sudores, quos tum Officii mei, tum juramenti in Coll. de Prop. Fide emissi vigore nec me piget nec pigebit effundere in resarciendis vulneribus, quae dirum et perfidum Schysma, non ita pridem in nostris grassans oris, Religioni meae inflixerat. Quia vero post bellorum nubila affulsit spes non modicae messis, dummodo opportuni habeantur operarii, idcirco ut et mihi et meis Cooperariis (quorum vita brevis est) non deficiant in hac Vinea subrogandis vires, provolvor ad pedes Suae Sanctitatis, Eminentiam quoque Vestram supplicibus exoro votis, quatenus tum ad Collegium de Prop. Fide, (f. 13v) tum ad Graecum aliqui e nostris suscipi mereantur; praesertim vero ad Collegium de Propaganda Fide, ubi unicus et solus e nostris instituitur; anterioribus vero annis bini indesinenter eiusmodi gaudebant beneficio. Experientia quippe compertum est quod in illis Collegiis, probitate morum et accommodata memorato fini scientia imbuti iuve-

nes Religiosi nostri evadunt admodum idonei ad partam sanguine Praedecessorum nostrorum Sanctam cum visibili Capite Ecclesiae Unionem manutenendam et ampliandam. Eminentiae autem multum debet Religio mea licet minima, quod ad praestitam mihi simulque toti Religioni meae Apostolicam Benedictionem benignum medium se exhibuerit. Et debebit, si supplicia mea vota altissimo Suae Eminentiae suffulta patrocinio optato coronabuntur effectu. Pro quo non solummodo suscipiendi ad praelaudata Collegia pro diuturna incolumitate (f. 14) Suae Eminentiae Divinam exorabunt Maiestatem, verum id ipsum persolvere tenebitur et tota Religio mea, cuius nomine profiteor me esse

Dattae Beresveciis, die 10 Aprilis, 1738.

Eminentissimae et Rev.mae Dominationis Suae
humillimum Servum et indefessum Exoratorem
Basilius Polatylo
O.D.B.M. Proto-Archiman.
Alumnus Ven. Coll. de Prop. Fide, Super. Ber. (mpr)

## 236.

*Roma, 22.V.1738.*

*Supplicatio pro OSBM Ruthenorum, ut unus Religiosus in Collegium Graecorum suscipiatur; sequitur responsum positivum Patris Rectoris dicti Collegii.*

APF, *Coll. Greco*, vol. 1, fol. 437.
MUH, vol. VI, pag. 78-9.

Beatissimo Padre.

Vacando moltissimi posti di Alunni nel Collegio Greco, il Procuratore generale della Religione Basiliana Rutena, Oratore umilissimo della Santità Vostra, a nome anche di tutta la sua Religione supplica la somma clemenza della Santità Vostra a volerlo aggraziare di uno di detti posti per uno de suoi Religiosi, quale dopo terminati li studi in detto Collegio, possa portarsi a fare le sante Missioni nella Russia, dove sono moltissimi Scismatici. Che ecc.

Patri Rectori pro informatione et voto.

Il Padre Rettore per rispondere adequatamente a Vostra Eminenza trascrive una parte d'un paragrafo della Bolla di Urbano VIII: *Admitti in Collegium poterunt ex omnibus Graeciae provinciis et caeteris locis, in quibus Graeci habitant. Italo-graeci, quos vocant, non excedant numerum decem. Rutheni etiam quatuor ali in Collegio poterunt, quamdiu protectoribus expedire videbitur.* E poi dalla spiegazione annessa alla Bolla, trascrive le seguenti parole: *Ruthenis concessus fuit locus ab Urbano VIII quousque Seminarium in Russia erigeretur. Deinde instante Metropolita ius hoc saltem per usum translatum est ad monacos eius nationis, quos educari Romae ope-*

*rae pretium est, ut futuri Episcopi doctrinam, et affectum in Romanam [fol. 473v] Ecclesiam imbibant.*

Presentemente vi sono in Collegio tre monaci Basiliani Ruteni, e si portano assai bene, e v'è memoria che tutti i monaci Ruteni che sono stati in Collegio ne tempi passati abbiano fatta ottima riuscita, e sono questi utili assai per offiziare le chiese, essendo communemente sacerdoti.

Onde stimo che l'Oratore possa esaudirsi nelle circostanze presenti, in cui vi è poco numero. Ma che la gratia *non transeat in exemplum*, mentre da gran tempo sogliono essere in Collegio tre soli monaci Ruteni, e non quattro.

Nos infrascripti protectores Collegii Graecorum Urbis, in vim facultatis nobis concessae a SS.mo Domino Nostro, impartimur gratiam petitam pro Alumno dicti Collegii ex specialibus motivis et circumstantiis nobis notis, ita tamen, ut non transeat in exemplum. Hac die 22 mensis Maii 1738.

Et P. Rector Collegii registret et conservet in Archivio praesens decretum et supplicem libellum.

V. Cardinalis Petra, protector.

## 237.

*Berezvecz, 26.V.1738.*

*Protoarchim. Polatylo S. Congr.ni de P.F., de diminutione numeri Alumnorum OSBM in Seminario Pont. Vilnensi, post incendium anni 1737.*

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.*, vol. 696, fol. 295, 298.
MUH, vol. VI, pag. 79-80.

Em.mi et R.mi D.ni, D.ni et Protectores Singularissimi.

Iam secundus labitur annus, ex quo indulgendo resarciendis Collegii Pontificii Vilnensis a Patribus Societatis gubernari soliti damnis, quae penes communem incendii cladem subiit, contineo me a mittendis ad illud Religiosis meis, qui piissima Sanctitatis Suae liberalitate ac Eminentiarum Vestrarum peculiari clementia in eo ali consueverant, cum voto fidei et Unionis Sanctae in istis partibus propagandae, et amplius donec memorata resarciantur damna, ad continendum me a Patre Rectore illius Collegii requiror, unde diminutio missionariorum est speranda. Ne tamen eiusmodi induciae aliquam odiosam nobis praescriptionem pariant, atque in dubium revocent concessa nobis ex benignitate Sanctae Sedis iura, horum indemnitati prospiciendo, penes osculum sacrae Em.marum Vestrarum laciniae, quatenus speciali muniamur ad praesens declaratoria, quod subsequuta redintegratione dicti Collegii mox recipiendus erit idem numerus nostrorum Alumnorum, qui quantum in his partibus emolumentum spirituale [*fol. 298*] faciant, eorum opera conversae animae et gubernatae, in termino comparitionis omnium perhibebunt testimonium. Ego vero pro praestito eiusmodi beneficio Divinam Maiestatem pro incolumitate Eminentiarum Vestrarum et exal-

tatione Sanctae Sedis Apostolicae cum tota Religione mea exorabo, utpote qui sum

De Berezwecz, die 26 Maii, anno 1738.

Eminentiarum Vestrarum Servitor infimus et indefessus Exorator
BASILIUS POLATYLO
O.D.B.M. Protoarchimandrita
Superior Berezwecensis (m. pr.)

## 238.

*(Ex Russia) ...... 1738.*

*Rationes quaerulandi monachorum de Metropolita et Episcopis, quod Archimandrias tenent, consanguineos ditent et pecunias detinent monachorum et communitatum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, f. 352-353.

Rationes Monachorum quaerulandi apud
Sac. Congregationem de Propaganda Fide.

Provinciam in Russia, Synodo Zamosciana decretam, quod Metropolitanus in hucusque non fecit. — In primis, quod duas possideat Abbatias, nescio an iure, an cum dispensatione; primam, Unioviensem,[25] adhuc stante vita Patrui sui Episcopi Leopolien., Abbatis Uniovien., in Coadiutorem assumptus, benedictus, et investitus et modo tenet, Monachis paucis, et non provisis; secundam, Peczarien.; cuius Monasterium est apud Schysmaticos Chiovien. sub Moschis; sed hic sunt bona, villae, et praedia et important ad minus tria millia scutorum, quae summa satis est notabilis in nostra Russia, cum omnia victualia vili venunt. Secundo, summas Monasteriorum apud se detinet, ad quarum restitutionem teneretur, si Provincia formabitur, quae tamen summae obnoxiae sunt (f. 352v) ditioni, quia, avertat Deus, fato succedente consaguinei omnia deriperent, ut fit post alios Episcopos. 3°, post aliquos Abbates et Superiores Monasteriorum tacite acceptas summas, de quibus nisi per testes sciri potest, certe esse restituendas Monasteriis, cum Monachus quidquid acquirit, Monasterio acquirit. 4°, cessabit ad libitum promotio indignorum placentinorum atque magis aliquorum, qui vix legere sciunt, praeteritis doctis, et emeritis. 5°, non habebit licentiam, uti promovendi, ita demovendi et saepius in vindictam unde, ut taceam alios, quemdam Patrem Hieronymum Nosovicz, Religiosum, nullo demerito, cui nullum erat Judicium, nec decretum, sed quia voluit ad S. Nuntiaturam aliquas quaerelas Monachorum, et Parochorum deferre ad carcerem detrusit, et sub custodia militari (satellitium armatum tenet, idem

---

[25] Archimandria Unioviensis penes Leopolim, quam antea tenuit Barlaam Szeptyckyj per plus quam 40 annos, dein tradidit suo Successori in Episcopatu Leopoliensi, Athanasio Szeptyckyj an. 1714; quae Archimandria saec. XIX iterum ad Episcopos Leopolienses pertinebat; Metropolita Andreas Szeptyckyj eam Ordini Studitarum ucrainorum saec. XX donavit.

difficilis aditus miseris Parochis, et Monachis) (f. 353) vix non ad triennium detinuit, tandem elapsus mirabiliter ad quoddam Monasterium, non multo post mortuus est. Caeteri D. Episcopi etiam per duas Abbatias tenent, alii vero titulo protectionis numeroso equitatu, tenent enim per septem sexigas, et canes multos venaticos, et dum accedunt ad Monasteria, et aliquot diebus commorantur, certe multum utilitatis rebus Monasteriis addunt.

Haec, et plura sub tempus Congregationis plenissime demostrabuntur, cum modo nec hiscere Monachi valent prae timore; iam enim post meum abscessum aliquot, et doctos, et bene sentientes, et Provinciam promoventes deiectos, et ad carceres deductos nunciatur.

## 239.

*Roma, 27.VI.1738.*

*Supplicatio pro P. Theophilo Passich, OSBM, ut unus Alumnus ex Croatia in Collegium Graecorum suscipiatur; sequuntur commendationes Protectorum dicti Collegii.*

APF, *Coll. Greco,* vol. 1, fol. 439-440.
MUH, vol. VI, pag. 83-4.

Beatissime Pater.

Pater Frater Theophilus Passich, Ordinis S. Basilii Magni Graeci Ritus Unitorum, cum ex odio fidei et sanctae religionis per Valachos Schismaticos in Croatia ex proprio monasterio, Marcia nuncupato, una cum sociis eiusdem Ordinis armata manu in anno 1735 repulsus, qua de causa Romam ad Sanctitatem Vestram elabentis 1737, 24 aprilis veniens, ut in praedicto monasterio fides catholica collapsa erigatur ac restauretur, cuius Sua Sanctitas curam clementissime assumendo Sacrae Congregationi de Propaganda Fide commendavit, ad cuius recomendatitias, laborante Nuntio Apostolico Viennae, Decretum a sua sacratissima Caesarea Maiestate obtentum, et monasterium ex eorumdem Schismaticorum possessione restitutum, sed totaliter spoliatum ac in nihilum redactum; unde cum nonnulli Patres eiusdem monasterii, qui Sacram Unionem in illis partibus ulterius promovere valerent, apostatarint, et scismatico Vladicae, in illis partibus intruso, non absque periculo animae suae adhaeserint, Sanctitati [*fol. 439v*] Vestrae suprafatus devotissime supplicat, quatenus Sanctitas Vestra pro augmento fidei catholicae eiusdem monasterii Alumnum unum ex Croatia advenientem hic Romae ad Collegium Graecorum, in quo, et unde ante aliquot annos unus bene eruditus exivit, clementissime suscipere dignetur. Quam gratiam Deus etc.

Il Padre Rettore del Collegio Greco informi sopra l'esposto.

Casa, li 27 giugno 1738.

V. Card. Petra, Protettore.[26]

---

[26] Vincentius Petra, Praefectus S. Congr. de Prop. Fide (1727-1747); tunc temporis erat etiam protector Collegii Graeci.

Nos Protectores Collegii Graecorum Urbis in curia existentis, quibus SS.mus Dominus Noster remisit supplicem libellum praedictum, audita relatione Patris Rectoris dicti Collegii, attentis specialibus circumstantiis, quodque praesertim praefatus Alumnus admittendus ex Croatia profiteatur Ritum orientalem Graecorum, mandamus, quod admittatur in uno ex locis vacantibus dicti Collegii pro Graecis orientalibus, dummodo habeat alia requisita necessaria pro tali admissione, et sine praeiudicio [*fol. 440*] pro admissione in aliis similium supplicationum. Hac die 12 Julii 1738.

V. Card. Petra, Protettore.

A. Card. Gentili, Protector.[27]

## 240.

*Roma, 21.III.1739.*

*Quaedam querela P. Theophili Passich de Procuratore in Urbe, quod libros vendere recusat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1739, vol. 698, f. 334.

Reverendissime Domine, Patrone mihi Col.me.

Rv.tia Vostra intelligere dignetur, qualiter Pater Rector in Pascolo promissioni suae stabilis manet, qui libros Ruthenos nullatenus volebat pro peccunia dare, neque volebat eos vendere, nisi iubente Sacra Congregatione eos quos vellit mihi absque omni solutione praestare saepius dicebat; iussu autem modo Sacrae Congregationis solutionem pro illis exigit, quod mihi valde displicet, et si hoc scivissem, nunquam ego Sacram Congregationem hac in re molestassem neque volo ut quidquam pro illis modo exhibeat Sacra Congregatio; quare ego satis percepi ab eadem, ultra meritum meum inquam, penitet me eandem molestasse. His R.tiae Vestrae maneo indignus Servus

Alla Madonna de Pascolo, 21 Martij, 1739.

Theophilus Passich
E. Pl. Vic. Apost.

## 241.-242.

*Opavia, 20.V.1739.*

*Legati Basilianorum ex Provincia noviter erecta instant nomine omnium monachorum, ut eximantur e iurisdictione Hierarchiae, et liberentur ab oppressione etc.*

APF, *Scrit. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, f. 365-366.

Eminentissimi Sacrae Romanae Ecclesiae Principes,
Domini Nostri Clementissimi, Gratiosissimi.

---

[27] Antonius Xaverius Gentili, romanus, nominatus cardinalis die 24.IX-1731, tit. S. Stephani in Monte Coelio. Obiit 13.III.1753; idem pertinebat ad collegium Protectorum Coll. Graeci; cfr. *Hierarchia Catholica*, vol. VI (1370-1799), pag. 6.

Nos infelices a tota Religione Monachorum Ordinis Divi Basilii Magni ex Russia, Dioecesum Kiioviensis, Wlodimiriensis, Luceoriensis, Leopoliensis, Haliciensis, Camenecensis, Premysliensis, Chelmensis, nondum in unum Corpus et Provinciam redactorum, (ad mentem Synodi Zamoyscianae Ruthenorum, sub felicissimis auspiciis divae memoriae Summi Pontificis Clementis XI celebratae, ab eodem Christi-Vicario approbatae, Romaeque impressae) sed sub gravi iugo servitutis Ordinariorum in hunc diem gementium, flentium, et misere vitam trahentium, secretis Fratrum Nostrorum votis, licet indigni, electi, ad suarum Eminentissimarum Dominationum exosculandos pedes Legati missi, cum supplici Libello memoratae Religionis nostrae desideria expositurі, ac praecipue ratione implorandi compulsus ad Rn.dissimum Metropolitanum totius Russiae in Regno Poloniae aliosque Episcopos, Ritus Graeci Latino-Uniti, eius Suffraganeos, quatenus de mandato Summae in terris Potestatis, iuxta Statuta Synodalia Zamosciae facta, per annos prope novemdecem neglecta, Congregationem e suis Dioecesibus Monachorum Basilianorum indicent, determinent, e sua Iurisdictione, uti se per Synodum toties praelibatam obstrinxerunt, dimittant, Provincialem, aliosque Officiales libere eligere non impediant; Electoque Capiti plenam authoritatem super Monachis transfundant, totamque curam Monasteriorum sine ulla exceptione committant, uti practicatur in Lithuania in eodem Basiliano Ordine, ac in omnibus Latini Ritus Religionibus. Sed postquam attigerimus infausti Emissarii limites Germaniae Augustissimae Caesareae Maiestatis, liberque transitus per Imperium ad Matrem Urbium, ob rumorem Pestilentiae, sive alterius causae Status Imperii nobis denegatus esset, totaque spes ulterioris viae adempta, idcirco soliciti Viatores ac Exoratores, (f. 365v) Purpurarum Vestrarum, Eminentissimi Clementissimique Nostri Domini, figimus basia Sacratis Vestri Plantis, per vicarias literas istas, lachrymis miscendo quaerelas, supplicantes, oppressionibus, angarizationibus, desolationibus, nos mancipia Ordinariorum per gratiose expeditum compulsum supra allegatum eximere dignemini; per quam Vestram Clementiam, nobis hoc in puncto exhibitam, Unionem Sanctam multo magis plantari, Religionem florere, fidem ampliari, schisma extirpari, iurata spondemus conscientia. Nam varias Dioeceses incolentes Monachi unius regimini et de studio eruditionis gratia propter suos et propter lucrandas animas, tum de missione in Ukrainam Polonorum (ubi etiam nunc viget Schisma per locorum Ordinarios passim toleratum) providebunt facile, tum Personae Fratrum nostrorum de Religione bene meritae, ad praesens ob vota Provinciae expetendae, per solam malitiam Episcoporum oppressae, officiis et rebus spoliatae, sequestratae ac detentae libertati restituentur. Neque caeteri literatiores Patres horrendis casibus virorum istorum deterriti in exteras orbis partes meditabuntur fugam, quod certo eveniet, nisi hoc anno adfuerit nobis a Vobis auxilium, Domini Gratiosissimi. Iterum per Monasteria et Parochias serpet Schismatis virus, more non pridem practicato, si prudentiores viri pulsi migrabunt; nam e Episcopis Russiae et Praelatis, praeter duos, caeteri non sunt Theologi, Parochi ex parte maiori rudissimi,

plures rudimenta fidei ignorantes; uti patetice ex Commissione constaret. Non deferimus nec expungimus tantisper inconvenientias innumeras Hierachiae Ruthenorum contra Sacros Canones ac iuramenta Episcopalia practicatas. Nec allegamus praetensiones, ratione Summarum notabilium Monasteriorum apud Ordinarios haerentium (licet istae summae super bonis non inscriptae, morte illorum, omnino periturae sunt), cum sit crimen laesae Maiestatis contra Episcopos Monachis subiectis etiam vera loqui. Habemus prae oculis recens exemplum Admodum Rn.di Innocentii Piehowicz, Abbatis Mielecensis nostri Ordinis,[28] in Urbe degentis, contra quem ex sola coniectura et suspitione cuiusdam circumscriptionis ad Sanctam Sedem sui, omnes fere cum Metropolitano conspirarunt Episcopi, Praelatura privarunt et ni suae indemnitati et vitae consuluisset per recursum factum, ad perpetuos (uti in his oris ex levi causa usu venit) carceres condemnassent; Nacti sibi potentes (f. 366) Protectores et defensores apud S. Sedem Illustrissimum Dominum Jacobum Costa,[29] nuper Praefectum Collegii Pontificii Leopoliensis, hodie Episcopum, alterum Perillustrem Dominum Giannini, Auditorem Nunciaturae Apostolicae in Polonia, et ut arbitramur Rev.mos Dominos Caesarem Radanaschi[30] et alios, qui illos commendant, excusant, vitia eorum palliant, circumscriptionem illam verissimam, pro qua modo oppressae torquentur animae, sine omni scrutinio et examine suffocarunt. Nostras vero preces ad illos factas spreverunt et lachrymas auxerunt. Non alio fine Rndss.mus Costa secum duxit Romam nostrorum Consaguineos Ordinariorum, nisi ut sibi amicos concilient et redeuntes Iure quasi haereditario Episcopatus et Praelaturas occupent, ac insistentes vestigiis tritis suorum sanguine iunctorum Promotorum nos crucient et affligant. Credite certo certius, Eminentissimi, non variato praesenti violento statu ista fore. Unde si visum fuerit Sanctissimo Domino et suis Eminentissimis Dominationibus, Populum Dei, nempe miseros Monachos Basilianos in Russiae captivitate simili aegiptiacae liberare, dirigatur mandatum compulsoriale in manus Illustrissimi Domini Archi-Episcopi Leopoliensis Latini,[31] nostrarum erumnarum ex parte conscii, humillime exoramus. Alterum recursum ob reverentiam Ordinariorum, nisi res ex voto fluat, vix facturi; quam Gratiam Deus t. O. Ma. Suis Eminentiis incolumitate, temporalibus ac aeternis bonis, benedictionibusque supernis refundet, continuis cuncti implorabimus precibus. Nunc vero omni cogitabili ultioni Ordinariorum expositi misericordiam prae-

---

[28] Innocentius Piehovicz, Archimandrita Mielecensis (1713-1730). Depositus ab Athanasio Szeptyckyj, metropolita Kioviensi circa annum 1730. Ei subsecutus est in Archimandria Marcianus Holovnia, qui obiit anno 1747. Piehowicz obiit in monasterio Poczajoviensi.

[29] Jacobus Costa, Theatinus Leopolitanus, Praefectus Collegii Leopoliensis (1735-1738).

[30] Josephus Redanaschi, Theatinus Leopolitanus, et Rector Collegii (1723-1735). Cfr. D. Blazejowskyj, *Ucrainian and Armenian...*, p. 254.

[31] Archiepiscopus Leopoliensis latinus, Nicolaus Wyzycki (1733-1757).

stolando, avidissime solo inferius prostrati profundissimo cultu, adorationeque manemus aeviterne.

Eminentissimarum Dominationum Vestrarum
Exoratores assidui et Subpedanei

Datt. Opaviae, die 20 Maij 1739no.

Innotescere volumus Monasteria repereriri sub Jurisdictione Ordinariorum 55; praeter Residentias, Monachi sunt n. 700, e quibus vix Theologi 20, Rhetores et Philosophi totidem. Nam Episcopi doctos viros a Religione arcent, ne sint observatores actionum illorum, quare plurimi viri eruditi Ritus Graeci, Latini Ritus Religiones amplexi sunt. Reliqui ad Schismaticos abiiere.

Fr. Gedeon Kozubski
Ord. D. Basilij M. ex Kijoviensi Legatus
Pater Hieronymus Kuzmicz
Ord. D. Basilii Magni,
ex Premisliensi et Leopoliensi Dioecesibus Legatus,
nostris et omnium RR. nomine (mpr)

## 243.

*Torokanie, 16.VIII.1739.*

*Protoarchimandrita Basilius Polatylo commendat novum Alumnum ad Collegium Urbanum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, f. 409, 410.

Illustrissime, Excell.me et Rev.me Domine.

In exporrectis ad septemtrionem oris qualibus ad propagandam Fidem Catholicam operariis opus sit, non ambigo perspectum esse Excell.mae Dominationi Suae, cui arcana Sacrae Congregationis de Propaganda Fide perspecta, cui terrarum omnium plena congregatio, cui demum propagatio Sanctae Fidei cordi et animo est. His ego innixus motivis, altissimum Excell.iae Suae Patrocinium censui suplicandum, quatenus in locum Patris Feliciani [32] subrogandus ad Collegium de Propaganda Fide aggregari benigne possit, ut in hac sparsa vepribus vinea sui augeantur operarii, qui tum florentes in Sancta Unione solidando, (f. 410) tum evulsis quae supersunt errorum spinis, excultam CHRISTO et eius in terris Vicario exhibeant vineam. Ad hunc optatum effectum omnes conatus cum pusillo grege Ordini meo impendendos voveo, non defuturam nobis Excell.mae Dominationis Suae in augendis

---

[32] Felicianus Zablockyj, Alumnus de Prop. Fide, ingressus 1737; cfr. D. Blazejovskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students in the Pontificio Collegio Urbano de Prop. Fide (1627-1846),* in « Analecta OSBM », vol. IX, pag. 212-213.

operariis clementiam sperando, et in hac firmitate spei maneo indefesso ad aras studio

Ill.mae, Excell.mae et Rev.mae Dominationis Suae,
Benefactoris mei Singularissimi

Datt. Torocaniis, in Lithuania, die 16 Augusti 1739.

humillimus Servus et quotidianus Exorator
Basilius Polatylo
O.D.B.M., Proto-Archimandrita seu Generalis (mpr)

## 244.

*Leopoli, 4. IX. 1739.*

*Confirmatur decretum Congr. de Prop. Fide de non transitu ad alium Ritum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* a. 1739, vol. 701, f. 337.

Anno Domini Millesimo septingentesimo trigesimo nono,
die Martis, 4 Septembris V.S. Leopoli.

Ad Acta Tribunalis Metropolitani totius Russiae, in mei eorundem Actorum Notarii infra scripti praesentia, veniens personaliter Venerabilis et Admodum Rd.us in Christo Pater Caesarius Stebnowski, Or. D.B.M. Reverendissimi Proto-Archimandritae Congregationis SS.mae Trinitatis Secretarius, obtulit quoddam Documentum authenticum, sanum, salvum, ob vetustatem tamen temporis parum laceratum, ast peroptime legibile, petens illud Actis praesentibus inseri et ingrossari. Quod, prout de Jure, obtinuit. Est autem dicti Documenti tenor sequens: « Die 7ma Februarij 1624. — Ad relationem eiusdem Cardinalis Bandini circa transitus Ruthenorum ad Latinum Ritum SS.mus decrevit ut infra.

Ad conservandam pacem et concordiam inter Ruthenos Unitos et ob alias gravissimas causas SS.mus in Christo Pater et Dominus Noster Urbanus, Divina Providentia, Papa Octavus, de Consilio et Assensu Venerabilium Fratrum suorum Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalium Congregationis de Propaganda Fide decrevit, ne de caetero Ruthenis unitis sive Laicis sive Ecclesiasticis tam Saecularibus quam Regularibus, et praesertim Monachis S. Basilij ad Latinum Rithum quacunque de causa etiam urgentissima sine speciali Sedis Apostolicae licentia transire liceat, et proinde omnibus Archiepiscopis, Episcopis et Officialibus Ruthenorum unitorum, directe praecipiendo mandavit, ne deinceps licentias pro huiusmodi transitu subditis suis cuiuscunque gradus et conditionis existant concedere praesumant; et Archiepiscopis, Episcopis et aliis Praelatis latinis et eorum Officialibus, ne Ruthenos praedictos unitos ad Latinum Ritum transire volentes, quovis praetextu aut causa, etiam cum licentia Ruthenorum Praelatorum suorum, recipere audeant sub poena nullitatis actus, et aliis arbitrio Sanctitatis Suae et Ro-

manorum Pontificum, Successorum suorum, transgressoribus infligendis. Non obstan.

Praesens Decretum extractum fuit de verbo ad verbum ex Regestris S. Congregationis de Propaganda Fide. In quorum Fidem... Datum Romae, hac die 27 Augusti 1712. Ita est. de Cavaleriis, Secretarius (Locus Sigilli). — Dominicus de Blanchis, Archivista.

Post cujus Documenti ingrossationem idem offerens originale ad se recepit, et de recepto Cancellariam hanc quietavit quietatque praesens.

Ex Protocollo Actorum Curiae Metropolitanae extractum, et Sigillo Ill.mi, Excellentissimi et Rev.mi Domini D.ni Athanasii in Szeptyce Szeptycki, Archiepiscopi Metropolitani Kijovien. et totius Russiae communitum.

Antonius Lewinski
Publicus S. Autoritate Apost.
Notarius et Actorum Curiae Metropolitanae Cancellarius (mpr)

## 245.

*(Ex Russia), 1739-1740.*

*Caesarius Stebnovskyj, Alumnus Romanus, dein Procurator in Urbe, et primum Secretarius Protoarchimandritae dat amplam informationem de statu Unionis, de modo convertendi Schismaticos, tum in Moscovia, tum in Alba Russia et Lithuania, ex visu et experientia personali; quae informatio iuvare valuit opus unionisticum horum temporum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, f. 263v-288v.
MUH, vol. VI, pag. 121-142, nr. 101 (omissa pars de Basilianis, fol. 279-286).

*Facies* Unitae cum Sacra Romana Ecclesia Russiae, fideli quia jurato calamo delineata, atque obtutibus eorum, ad quos pleno jure pertinet, exhibita seu Relatio de statu in quo Unita cum S.R.E. Russia ad praesens reperitur et de mediis, quae ad convertendos Schysmaticos, tum eos qui vastas Moschoviae Provincias incolunt, tum eos, qui in Magno Ducatu Lithuaniae supersunt hactenus obstinati, forent adhibenda.

—.—

(f. 264) Sino dal giorno in cui trovandomi nel Collegio di Propaganda mi constrinsi col giuramento di propagare la Santa Fede, avevo concepito il desiderio di scorrere tutti li paesi e passi di Russia, ad effetto che acquistata una distinta cognizione della qualità, genio e disposizione di quella gente, più confacevoli misure possino pigliarsi a convertire coloro, che finora si trovano o vacillanti oppure ostinati nei loro errori dello scisma. Con questa mira tornato io dal Collegio nella Patria, fui impiegato dagli miei Superiori in maniera tale, che appunto secondava il mio desiderio, poiché toccò a me far da Segretario del mio Generale, e con esso lui visitando tutti

li Monasteri, anche nei Confini di Moscovia situati, ebbi la congiuntura ed il commodo di guadagnare desiderata al sudetto effetto notizia; di questa dunque procurerò dar parte, con tutta quella fedeltà, alla quale con giuramento mi trovo obligato. M'avanzerò anche à suggerire li mezzi i quali stimarei (quanto arriva la mia tenuità) più proprii e proporzionati nello stato presente di Russia, a convertire tanto quelli che in Lituania avanzano Scismatici, quanto anche alcune almeno di Moscovia Provincie, ai nostri confini contigue, per mezzo delle quali in appresso con magior agevolezza si potrebbe stendere la santa Fede. Tanto più poi necessaria stimo questa impresa, quanto che la presente situazione de' Moscoviti ci da fondamento da sperare che si potrà riuscire; l'impegno dei Luterani, (che ormai si sforzano a spargere i loro errori tra quella gente) ci spinge a prevenirli, e non darli tempo per non esser poi prevenuti e perseguitati da Luterani con maggior fierezza, che non lo siamo stati dai Scismatici, conforme tutto ciò si scorgerà nel tratto del mio scrivere. Tutto poi quello che sono per dire quanto anche me stesso all'Altissimo Parere e Sovrana disposizione della Sacra Congregazione di Propaganda Fide sottometto.

## Capitolo Imo.

### Articolo Imo: - *Contiene una ristretta Relazione della Russia.* (f. 265)

1. - Cento quaranta quattro anni ormai passano, (a) dacchè la Russia, avvedutasi degl'errori di Photio, venne alla luce di vera Fede, sottomettendosi alla Santa Sede a tempo di fel.me. di Clemente VIII, ma perché allora alcuni Magnati di Russia laici per certi puntigli (dè quali riferire è fuor di mio proposito) non vollero accudire alla Santa Resoluzione presa dagl'Ecclesiastici, e quel che fu peggio che in appresso de' medesimi Ecclesiastici alcuni, come Vescovo di Luceoria, Vescovo di Premislia, Vescovo di Leopoli si staccarono dalla sana parte, e presero il partito dè laici Scismatici (b); così ai Vescovi e Monaci Lituani uniti toccò la sorte d'affaticarsi intorno alla Conversione di quelli traviati, come coll'aiuto di Dio procurando a poco a poco, sebbene anche col spargere il sangue, riuscirono nel guadagnarli alla Santa Fede, perché oggidì tutti li Vescovi di Russia Polacca sono uniti, e più di quattro milioni d'anime. Sicchè se lo stato presente della Russia metiamo al confronto del passato, abbiamo grandissimi motivi d'adorare la Providenza dell'Altissimo, perchè ci conservò tra tante fiere persecuzioni, di ringraziare la Santa (f. 265v) Sede, che ci protegeva e la S. Congregazione impegnata sempre per li vantaggi della Fede e per dilatare nelle parti di Russia la Santa Unione.

2. Tra li primi vantaggi che adesso gode la Russia si può contare, che quell'astio che nutrivano li Moscoviti contro gl'Uniti, quella fierezza con

---

(*a*) Ex Bulla Unionis constat.
(*b*) Ex actis Ordinis et Historia Regni.

cui ci perseguitavano, a tal segno che s'erano accordati coi Luterani e Calvinisti nel Congresso di Thorun [33] per consultare de' mezzi d'opprimere l'Unione, la quale in quei tempi cominciava a crescere; quella fierezza, dico, ormai sembrano d'aver deposta, poichè dall'anno 1705, nel quale a di 11 Luglio Pietro I.mo, zar di Moscovia, colla sua propria mano aveva ammazzati quatro de nostri Padri nel Monastero di Polocia, cioè Giacomo Kizicovio, Theofane Kolbiecinio, Costantino Zaicovio e Giacomo Knisevicio, e poi i loro corpi fece brusciare dicendo: affinchè da gl'Uniti non siano stimati per Santi, da quel, dico, anno nissuno de' nostri fu ammazzato dai Moscoviti, sebbene ogni anno si guadagnano alla vera fede molti Scismatici e spesso intiere Parochie.

L'ammazzamento di Don Emiliano,[34] Prete, ultimamente, cioè a di 26 Aprile succeduto, provenne da un'altro fonte, conforme io lo farò vedere al fine di questa scrittura.

3. - Merita d'esser considerato, qualmente nel principio d' ultima guerra de' Moscoviti in Polonia,[35] si credeva da tutti che li Uniti doveano essere il primo bersaglio del loro furore, ma per grazia di Dio non patirono niente gl'Uniti Rutheni; anzi fuor d'ogni speranza sperimentarono in molti luoghi una particolare benevolenza de' Moscoviti (f. 266), poiché questi venivano alle nostre chiese, sentivano le Messe con tutta la riverenza e modestia. Massimamente poi nell'anno 1735, nel giorno della festa di Pasqua, quanti si trovarono col Prencipe di Repnin, loro Generale, nella Città di Polocia, tutti vennero alla nostra chiesa (sebbene nella medesima Città si trovi una chiesa de' Scismatici) e sentirono la Messa cantata, alcuni di loro s'accostavano sin all'Altare per osservare le cerimonie ed il Missale, e poi andavano dicendo alli altri quasi con maraviglia: Veramente, così le cerimonie vanno come da noi. Perché alcuni di coloro credevano che Ruteni uniti, sottomettendosi alla Chiesa Romana, abbino mutato il Rito, le cerimonie, alle quali quella gente è troppo attaccata, e finita la Messa cominciando dal Prencipe Repnin tutti venivano al bacio della Croce e della mano del celebrante, conforme si usa in questo giorno.

4. - Viddero tutti esposta al publico culto l'imagine del Beato Martire Giosafato, Arcivescovo di Polocia, ammazzato dai Scismatici l'anno 1623, eppure non si sdegnavano, anzi voltandosi all'Altare di quel Martyre facevano le loro divozioni.

Quello dipiù che ho inteso da un Diacono, veniente da Kiiovia, s'è: che alcuni Scismatici di Kiiovia nelle case loro ritengono l'imagine del sudetto

---

[33] Congresus Torunensis Lutheranorum, Calvinistarum et Orthodoxorum tempore Unionis Berestensis (1596).

[34] Sac. Emilianus Klimontovicz, occisus ab orthodoxis prope Bychov, in odium Unionis.

[35] Annis 1734-35, post obitum Regis Augusti II, in s.d. Interregno, in quo electus fuit Augustus III Saxo.

martire, e lo venerano come un Santo, altri poi confessano bensì che sia Santo, con una supposizione però troppo impropria ed affatto falsa, poiché dicono coloro in questa conformità: (f. 266v) Non si può negare che Giosafatto sia Santo, poiché fà gli miracoli, bisogna però supporre (dicono costoro) che nel mentre moriva, cioè nel punto della sua morte siasi pentito d'aver persequitata la nostra fede vecchia, e perciò Iddio ebbe la clemenza di perdonarli questa sola (perché altre non aveva) sua mancanza.

Basta dire che nell'ultima guerra di Polonia li Moscoviti non solamente non ci perseguitavano, ma anzi si portarono con una parzialità tale, che diede motivo di maravigliarsi a quelli che sapevano qualmente per l'adietro gli Uniti furono odiati dai Moscoviti. Altri facevano augurio che la Moscovia frappoco si potrebbe convertire. Li motivi poi veri e genuini di questa inaspettata affezione dei Moscoviti verso gli Uniti erano questi.

5. - Primieramente. Il positivo mandato della Zara di Moscovia, intimato a tutti soldati che andavano in Polonia, che nissuno avesse l'ardire di far qualche ingiuria ai Ruteni uniti, come per l'adietro s'erano avvezzati.

Bisogna però avvertire che un tal mandato fu più tosto un passo di Politica per non inasprire gli animi dè Polacchi conforme alcuni lo spiegavano; altri poi volevano che veramente anche la Zara [36] non avesse più quell'odio contro gl'Uniti come fu per l'adietro, quello di Pietro Primo.[37]

Il secondo motivo genuino fu che il Prencipe Repnin, Generale di quelle truppe Moscovite, fu assai inclinato e disposto ad abbracciare la Santa Unione, e parlando segretamente con alcuni de' nostri professava d'essere Unito interno, e discorrendo (f. 267) più volte in questa materia si vidde piangere, massimamente dogliendosi che la Setta Luterana pigliava la forza nella loro Capitale di Pietroburgo.

Il terzo motivo fu che in fatti la maggior parte de' Moscoviti ha deposto quell'astio, che aveva anni sono contro li Uniti, ed oggidì si crede che soli Cosacchi siano quelli che sembrano li più fieri nemici d'Unione; questi però sono vasalli de' Moscoviti e perciò non puossono tanto nuocere se non saranno protetti dai Moscoviti.

Da quanto finora s'è detto, scuorgesi che lo stato presente della Russia sia più felice per questa parte del passato, in cui era perseguitata con tanto di fierezza ed impietà che ebbero tanti e tanti da morire crudelmente ammazzati, come si trova registrato nell'Archivio della S. Congregazione di Propaganda all'anno 1640.

ARTICOLO II: - *Contiene qualmente col tratto del tempo crebbe il numero dè Uniti.*

6. - Più felice lo stato presente della Russia anche per questo riguardo perché adesso senza paragone più numerosi si contano gl' Uniti che non era-

---

[36] Czara Moscovitica h. tempore erat Anna Ivanovna (1730-1740).
[37] Petrus I, Czar Moscoviae (1682-1725).

no prima, poiché la Russia unita così stende i suoi limiti, che di lunghezza dal grad. 40, sin al grado 49, e di larghezza dal grado 48 vicino l'Ungheria (nella quale pure si trovano moltissimi Uniti), cioè dal monte di Carpato cominciando sin'al grado 55 arrivi, conforme con maggior chiarezza si può far vedere nella carta geografica.

Ora in quella vastità della Russia sono più di diecimila Parochie, sebbene queste non sono così frequenti come in altri Paesi, poiché massimamente in Lituania (f. 267v) alcune Parochie si stendono per trenta e più miglia, sicché dell'anime de Uniti si ponno contare da quattro millioni.

7. - Li Vescovadi sono seguenti:

L'Arcivescovato Metropolitano di Kiiovia.
L'Arcivescovato di Polocia.
L'Arcivescovato di Smolensko.
Vescovato di Vladimiria e di Bresta.
Vescovato di Luceoria ed Ostrogia.
Vescovato di Premislia, Samboria, Sanocia.
Vescovato di Halicia, Leopoli, Camenec in Podolia.
Vescovato di Vitebsco, Mscislavia, Orsa e Mohilovia.
Vescovato di Pinsco e di Turovia.

Bisogna qui avvertire qualmente doppo che la Città di Kiiovia restò occupata dai Moscoviti, l'Arcivescovo Ruteno Unito non possiede la sua Catedrale; la maggior parte però di quella Diocesi di quà dal fiume Boristene situata ritiene e tutti gl'abitanti nell'Unione si mantegono.

Inoltre gl'Arcivescovi Metropolitani ordinariamente godono de' altri Vescovati, ed il Metropolitano presente ha li Vescovati di Halicia, di Leopoli, e di Cameneco in Podolia; di più ne gode molte catedrali segnalate in Lituania, cioè di Vilna, di Novogrodeco, di Minsco e di Grodna, nelle quali sebbene il Metropolitano d'adesso non risiede mai, le rendite però de beni alle respettive Catedrali appartenenti non li mancano, ed ivi conserva gli suoi Vicarii generali, quali sono Monaci del nostro Ordine.

Di più, essendo il Metropolitano Abbate Kiiovo-Peciarense, gode grossissime rendite dai beni che al titolo di questa Badia appartengono.

(f. 268) Anche altri Vescovi ritengono diversi vescovati come l'Arcivescovo di Polocia ritiene Vescovati di Vitebsco, Orsa, Mscislavia e Mohilovia, sebbene questo ultimo oggidì si trova occupato da un falso Vescovo Scismatico, detto Giuseppe Volcianski.[38]

Alla fine li Monasteri dè Monaci uniti sono vicino ducento, sebbene la maggior parte sia di quelli che non ponno mantenere più di cinque, sei, o al più otto persone.

8. - Quanto ai Monasteri dè Scismatici, vi sono ancora, ma pochi assai

---

[38] Volčanskyj, Episcopus non unitus Mohiloviensis (1735-1745).

al confronto degl'Uniti, poiché in tutta la sudetta Russia sono solamente li sequenti.

Verso il Ponente, vicino la Moldavia, v'è un Monastero detto Skit, quale si mantiene colle rendite somministrateli dal Prencipe di Moldavia, Scismatico, e tributario de' Turchi.

In Lituania Monasteri dè Scismatici sono li seguenti:

Di Mohilovia, di Slucia, di Sclovia, di Bresta, di Minsco, di Markov, di Jablecna, di Vilna, di Polocia, di Mscislavia.

9. - Bisogna però avvertire, che negli sudetti luoghi (a riserva di Mohilovia, Slucia e Sclovia) pochi Monaci e con pochi Laici scismatici si ritrovino, talmente che non potrebbero mantenersi, se dalla Moscovia non avessero sussidio del danaro a potersi mantenere.

Furono bensì moltissimi per l'adietro Scismatici in quei luoghi, ma li nostri procuravano sempre di sminuirli con questo mezzo (f. 268v) cioè: Dovunque si trovavano li Scismatici, procuravano anche li nostri di farvi i loro Monasteri, e poco à poco andavano guadagnando quella gente alla pura Fede, talmente che in quei luoghi dove si trovano Monasteri de' nostri, pochi si vedano Laici scismatici; con tutto ciò che non vi manchino i Monasteri scismatici.

10. - Tre delle sudette Città, cioè Mohilovia Slucia, e Sclovia, da me eccettuate poco suopra, perchè in queste città assai populate e mercantili, li Scismatici predominano talmente, che degl'Uniti non si trova nissuno, a riserva d'alcuni Regolari del Rito Latino, e pochi Laici dell'istesso Rito; della conversione di coteste Città ne parlerò più sotto; adesso anche dal maggior numero o sia superiorità degl'Uniti suopra li Scismatici, si crede più felice lo stato presente della Russia Unita di quello, in cui Scismatici assai più numerosi trovandosi perseguitavano a faccia scuoperta gl'Uniti, procurando d'alterarsi affatto.

11. - Essendo dunque lo stato presente de' Uniti più vantaggioso che non era prima, si può domandare: Perchè tanto li Scismatici, che avanzano in Lituania quanto li Moscoviti, almeno confinanti, non si convertiscono, mentre degli Monaci Uniti Ruteni, massimamente stati Alunni, è un principal obbligo di propagare la S. Unione in quelle Parti di Russia?

Rispondo, confessando ingenuamente, che non mancano frequenti Conversioni, ed alcuni tempi s'incontravano tanto felici, che in un'anno molte Parochie si son guadagnate.

Perchè poi non si faccino conversioni più segnalate, proviene da due cause.

(f. 269) La prima v'è la commune disgrazia di quelle Provincie, essendo soggette alle frequenti guerre; talvolta però la guerra non impedirebbe il frutto delle missioni, purchè si badi a coglierlo a tempo ed a profitarsi delle congiunture.

La seconda si deve attribuire alle cause particolari, le quali si scuorgeranno nel seguito del mio scrivere; adesso

Si domanda: coi quali mezzi si potrebbero convertire Scismatici, i quali fin'ora ostinati si trovano in Lituania, in appresso poi si dirà di quelli di Moscovia.

## Capitolo II.

Articolo Imo: - *Contiene i mezzi da poter convertire li Scismatici che avanzano in Lituania.*

12. - Si deve notare 1.mo, che tre sono città (conforme ho detto al num. 10, nelle quali Scismatici sono predominanti, cioè Mohilovia, Slucia et Sclovia.

Si nota 2-do, che in nissuna di queste tre si trovano li nostri Uniti, e ciò proviene perchè li Scismatici monaci accortisi, che dovunque entrarono li nostri, da per tutto riuscivano nel guadagnare i Laici scismatici alla Santa Sede; adesso con tutti li sforzi procurano, che dove sono i loro più antichi Monasteri, non vi siano de' nostri, talmente che più volentieri soffrono li Regolari del Rito Latino che li nostri. E così nella sudetta Città di Mohilovia tollerano i Padri della Compagnia, i Padri Carmelitani; nella Città di Sclovia Padri Domenicani; nella città di Slucia Padri di S. Francesco e della Compagnia; soli sono li nostri, ai (f. 269v) quali mettervi il piede non permettono li monaci Scismatici, sapendo purtroppo che venuti che sarebbero li nostri, fra poco quei Cittadini si potrebbero convertire, conforme succeduto in altre città, quali sono Vilna, Minsco, Bresta etc., dove entrati li nostri ebbero il vantaggio di convertire quasi tutti, non ostante l'impegni contrarii che facevano li Monaci scismatici.

13. - Non riesce così ai Regolari del Rito Latino nelle suddette tre città, sebbene ivi da moltissimi anni in quà si trovino, poiché nella città di Mohilovia si trovano Padri Carmelitani e della Compagnia, nella città di Sclovia Padri Domenicani, nella città di Slucia Padri di S. Francesco e della Compagnia, eppure passando io per quella Città, e ricercando con tutta la diligenza, non trovai la notizia, che si fuosse convertito qualcheduno di quelli Scismatici.

Non voglio dire che li nostri siano più abili, per qualche talento particolare o sia la maniera d'insinuarsi appresso quella gente, ma solamente voglio dire quel che ho conosciuto per l'esperienza e per così dire toccato colle mani, che per i Missionari del Rito Latino riesce assai difficile il poter convertire questa gente, la quale vedendo un Rito ed linguaggio della Messa diverso dal loro volgare, manco vogliono accostarsi alle chiese del Rito Latino.

14. - E' verissimo anche, che li medesimi Scismatici ci portano un grand'astio contro gl'Uniti, nulla di meno passando talvolta vicino le chiese de' Uniti, e sentendo il canto del coro e delle Messe, che loro capiscono, si trovano portati e spinti da qualche stimolo ad entrare nelle nostre chiese, dove vedendo l'istesso (f. 270) Rito, e cerimonie s'invogliano di tornarvi, risolvendosi coloro con questo rozzo ragionare: Iddio è uno tanto de' Uniti quan-

to dè nostri, il Rito e Cerimonie sono l'istesse e così si può entrare nelle chiese de' Uniti; venendo dunque di quando in quando nelle nostre chiese, li nostri ne primi incontri non fanno nissuna questione di fede, o sia discorso per convertirli, sin a tanto che li vedino a poco a poco col mezzo d'amicizia disposti, allora si mette la mano all'opra, e non si stenta troppo nel quadagnarli; questi poi guadagnati fanno venire nelle nostre chiese i loro parenti o amici, coi quali si opera conforme coi primi, e così senza far tante prediche, quella rozza gente viene a conoscere la purità della Santa Fede.

15. - Tra moltissimi esempi per far vedere quanto si dice, ho stimato di portare uno solo, che non stendermi troppo ed è: L'Anno 1719, Padre Thadeo Jankievicz, Alunno pontificio di Vilna, uomo di gran probità e zelo per propagare la Santa Fede, fu mandato dal nostro Generale nel Distretto di Mozir, dove in quell'anno anche il nome dell'Unione fu tanto odiato da quei Scismatici, che al solo dirlo si facevano la Croce (qual atto voleva dire, che Iddio li guardasse dall'Unione colla Chiesa Romana).

Sul principio dunque questo buon Padre non aveva luogo da poter riposare sicuramente; in appresso poi una Signora, che vi si trovava catolica, li diede un fundo nel quale poteva fabricare una chiesola, ed un casino di due camere da monaci; allora il Padre Generale li mando un altro, P. Gedeone, per compagno; (f. 270v) trovandosi dunque in due, cominciarono a far le loro divozioni, per quanto si poteva in due; quella gente, con tutto ciò fuosse fiera, cominciò a lasciarsi vedere ed affacciarsi a quella chiesola, e li Padri profitando della congiuntura salutavanla con tutta l'amorevolezza, ed acquistata l'amicizia cominciorono a discorrere con essi ad uno ad uno della fede, per disingannarli dagl'errori dello Scisma. In tale maniera operando il sudetto P. Thadeo, per lo spatio di venti anni guadagnò da cinquanta Parochie, fabricò tre monasteri, cioè uno nella Capitale di Mozir, l'altro in un luogo detto Suchovice, il terzo in Sielec Brahinski, nei quali Monasteri trovandosi li Monaci Ruteni Uniti, procurano di guadagnare di giorno in giorno quei Scismatici, che ivi avanzano.

Di questo ultimo Monastero si darà motivo a discorrere, dove si parlerà della conversione dè Moscoviti, essendo che questo Monastero per il suo sito è assai vantaggioso alla conversione dé suddetti Moscoviti.

Queste sante conquiste fece il sudetto Padre Thadeo, il quale nel 1739, per via della sua età avanzata fu richiamato da quelle Missioni e fatto godere in premio del Superiorato di Zirovice; in luogo suo poi è stato mandato un tale P. Damiano, Alunno del Collegio Greco,[39] e poco prima Missionario in Curlandia.

Da quanto s'è detto, scuorgesi che Monaci Ruteni devono impiegarsi

---

[39] Forsan agitur de Damiano Cudovskyj, Alumno Coll. Graecorum de Urbe, qui ingressus est an. 1720, et egressus die 6.X.1725, ordinatus sacerdos an. 1722, post defensionem philosophiae « cum laude ». Cfr. D. Blažejovskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students at the Pontifical Greek College of Roma*, in « Analecta OSBM », vol. X, pag. 164.

nella conversione delle sudette Città, e perciò bisogna prima procurare a farli entrare in quelle Città. Il che si potrà fare con questo mezzo che propone.

ARTICOLO II: - *Contiene mezzi particulari da poter convertire le più segnalate città in Lituania, predominate dai Scismati.*

16. - Primieramente riguardo la Città di Mohilovia, la quale si trova sulla sponda del fiume Boristene, fra tutte le altre città di Bianca Russia la più populata e più ricca, per il gran commercio che gode coi Moscoviti e Lituani, appartiene alli Beni d'Economia Reale, e perciò non riconoscendo altra padronanza, immediatamente dipende dalla sola disposizione del Re di Polonia, qual Duca di Lituania, e per li suoi Governatori viene amministrata; bisognarebbe dunque ricorrere alla Maestà del Re di Polonia, affinchè egli colla sua autorità ci faccia dare in quella città un piccolo fondo da poter fabbricare una chiesola ed almeno un'ospizio per due dè nostri, i quali poco a poco s'ingegnarebbero à convertire quei fieri Scismatici, ed inappresso coll'aiuto de medesimi convertiti potrebbero stendere la loro Missione. Non si può mettere in dubio che il Re di Polonia con tutta la facilità accorderà questo vantaggio per la S. Sede, ogni qual volta sarà richiesto da Sua Santità, Nostro Signore, e dalla S. Congregazione di Propaganda, poiché egli ha dato molti saggi del suo zelo che ne ha per avanzare la Fede Cattolica; speriamo che massimamente sul principio c'assisterà colla sua protezione, senza la quale quelli nostri Missionari sarebbero forse prima martiri che apostoli. Ma mi pare una necessità indispensabile di fare questo tentativo, tanto più che mezzi per eseguirlo non sono difficili, altrimente passeranno dè secoli e quelli Scismatici non si convertiranno, e non convertendosi coloro, ci chiudono la strada per poter avanzare la Santa Fede nelle Provincie di Moscovia, (f. 271v) perché quella Città serve di ricovero per tutti li Scismatici di Lituania, ed è come la Rocca fu de' Hugonotti.

Convertita poi che sarebbe (come si spera fondatamente col aiuto di Dio) la sudetta città, servirebbe la medesima per convertire con maggior agevolezza li Moscoviti, quali pratticandola di continuo ci darebbero delle congiunture opportune a farli vedere la necessità di salvarsi col mezzo di sottometersi alla S. Sede Romana, tanto più che loro presentemente non hanno nissun capo che li governi nell'ecclesiastico, non ricorrono mai più al Patriarca di Costantinopoli scismatico, hanno bensì il Sinodo o siano i primi Prelati, i quali fanno figura per il governo ecclesiastico, ma neppure questi tra di loro s'accordano, ed i laici sono, come le pecore smarrite.

17. - La seconda città predominata dai Scismatici è di Sclovia, sette leghe di Polonia distante dalla prima, situata parimente sulla sponda del fiume Boristene; non è bensì cotanto popolata come la prima, però per il gran trafico e la frequenza di fiere, alle quali convengono li Moscoviti e d'altri Paesi, s'è resa assai famosa. Sono bensì in questa città li Padri Do-

menicani, ma non trovano verso da poter convertire quei cittadini scismatici.

Da questa banda della suddetta Città alcuni villaggi già si sono guadagnati, ed io medesimo, nell'anno 1737, ebbi la parte nel convertire la parochia di Zubrevice; nella medesima però città, come anche nei villaggi di là, cioè verso la Moscovia sono tutti Scismatici, per convertire i quali col mezzo poco differente dal primo si potrebbero riuscire, cioè:

Essendo la città di Sclovia nella possessione (f. 272) del Prencipe Ciartoriski, Palatino di Russia,[40] Fratello del Monsignor Vescovo di Posnania,[41] sarebbe d'uopo richiedere questo Prencipe, Cattolico, affinché lui dia qualche luogo almeno per uno o due Missionarii, i quali non mancarebbero di convertire quei cittadini, e convertiti che sarebbero questi, alli Monaci scismatici, che vi sono in quantità, mancarebbe il modo di mantenersi, e facilmente loro medesimi o si convertirebbero, oppure dovrebbero ritirarsi conforme s'è pratticato in altre Città di Lituania.

Credo poi per una cosa indubitata, che quel Prencipe ad un cenno di Sua Santità o della Sacra Congregazione non stentarà nell'accordare questo piccolo fondo che può riuscire a gran vantaggio della S. Fede Cattolica.

18. - La terza città predominata dai Scismatici v'è Slucia, non già nei confini di Moscovia, come le prime due, ma quasi nel cuore di Lituania situata. Questa città per moltissimi anni fu posseduta dai Prencipi Luterani, e perciò divenne come una sentina dè Luterani, Calvinisti, massimamente poi dè Scismatici.

Ultimamente la sudetta Città è venuta al Dominio Cattolico de' Prencipi Radzivill. Da uno di questo nome Prencipe abbiamo molte prove del suo zelo, poiché ultimamente cominciò a fabbricare un Seminario per dodici giovani,[42] i quali ammaestrati che saranno, si faranno preti nel Rito Ruteno, per esser impiegati nelle Parochie situate nei beni e poderi del sudetto Principe, essendo che in quei Paesi si patisce una scarsezza grande di preti di questo Rito; ed affinchè questa buona intenzione (f. 272v) del sudetto Prencipe sia approvata dalla Santa Sede, io ho l'incombenza di supplicarla.

Speriamo ancora dal medesimo Prencipe che si degnarà di metterci in quella Città di Slucia, predominata dai Scismatici, ma per assicurarsi dell'effetto della nostra speranza, e per poter riuscire con maggior agevolezza appresso di quel Prencipe, li servirebbe d'un stimolo efficace una lettera esortatoria, se Sua Santità o la Sacra Congregazione si compiacerà di scriverla.

Convertite che sarebbero (come si spera coll'aiuto di Dio, se li sudetti mezzi si metteranno in opra) quelle tre città, tutta la Lituania si troverà liberata dalla peste dello Scisma, perchè quei pochi, che si trovano dispersi per altri luoghi di Lituania, non avendo dove ricoverarsi, loro medesimi ver-

---

[40] Principes Czartoriski saepe erant Palatini Volhyniae, Podoliae, Russiae etc.
[41] Theodorus Casimirus Czartoryski, Episcopus Posnaniensis (1738-1768).
[42] Seminarium Swirznense, fundationis Radzivillianae (1652-1836).

rebbero a sottomettersi per esser ricevuti nel grembo della Santa Romana Chiesa.

ARTICOLO III: - *Propone li mezzi di poter convertire li Moscoviti, massimamente quelli che confinano coi Lituani.*

19. - Egli è certo che convertendosi le suddette città ci servirebbero d'un mezzo opportuno a convertire li Moscoviti, ma prima che quelle si guadagnino, nell'istesso tempo si potrebbero impiegare nostri Missionarii in altri luoghi per convertirli, e per non dar tempo a Luterani, i quali si sforzano oggidì di seminare i loro errori tra quella gente, e perciò (f. 273) si deve notare che sembra bensì un mezzo proportionato a procurare la salute dè sudditi; il disingannare prima i loro Pastori, affinché per mezzo di loro con maggior agevolezza li subalterni restino guadagnati. Ma nella conversione de' Scismatici questo mezzo non è riuscito mai, come si scuorge dai effetti ed oltre dei Concilii Generali, l'esperimentò il nostro Gioseppe Velamino Rutski,[43] il quale si affaticava tanto per la Santa Fede che meritò da Urbano VIII d'esser chiamato Athanasius Russiae, Columna Unionis etc.

Non essendo dunque riuscita mai la conversione dei Scismatici procurata per mezzo de' loro Vescovi, bisogna cominciarla dai Laici.

20. - Poiché si nota, 2do, che i Laici appresso i Greci, massimamente poi appresso Moscoviti sono di grand'autorità, et in qualche maniera godono la libertà di metter la mano negl'affari ecclesiastici. Di più, in alcune materie il Vescovo, il Curato, talvolta non possono disporre altrimente da quello che vogliono i Laici. Il che oltre gl'altri esempi s'è veduto da noi in Russia sul principio dell'Unione, poiché quanto ho letto negl'atti del mio Ordine, si trova che mentre Monsignor Michele Rahoza[44] con alcuni dè Vescovi pensava sottomettersi alla S. Chiesa Romana, Prencipe Costantino d'Ostrog, Scismatico, Palatino di Kiiovia,[45] pretendeva andar in persona a Roma, per render l'omaggio alla Santa Sede, a nome di tutta la (f. 237v) Russia, e come questo Signore era ricchissimo e stimato da per tutto, avendo egli per moglie la figlia del Prencipe di Moldavia e moltissimi parenti in Moscovia, s'impegnava di tirare prima la Moscovia, Moldavia, ed altri Paesi Scismatici a sottomettersi alla S. Chiesa, conforme fu creduto da tutti capace di spuntare questo impegno. Ma Monsignor Michele Rahoza con altri Vescovi stimarono, che sarebbe una cosa poco convenevole, se un Prencipe laico andasse a Roma per un affare che concerne principalmente gl'Ecclesiastici; e così, senza avvisare il sudetto Prencipe, mandarono due Vesco-

---

[43] Josephus Velamin Rutskyj, Metropolita Kioviensis (1613-1637), Instaurator Ordinis Basiliani SS. Trinitatis in Cap. Novogrodovicensi an. 1617.

[44] Metropolita Kioviensis Michael Rahoza, unus auctorum Unionis Berestensis (1589-1599).

[45] Princeps Constantinus dux de Ostrog, Palatinus Kioviensis. Obiit an. 1608. Hic iam anno 1583 de Unione ecclesiastica cogitabat, sed a Hierarchia neglectus, postea s.d. Unioni Berestensi fortiter obstabat, et Episcopos unitos persequebatur.

vi: Hipatio Pociey e Cirillo Terlecki, i quali ebbero la sorte i primi di presentarsi ai piedi di Clemente VIII.[46] Ma tanto sta che lo seppe Prencipe Costantino, sdegnatosi perchè si facesse senza avvisarlo, fece tutti li sforzi per impedire li successi di questa santa resoluzione, ed in fatti doppo il ritorno da Roma dè suddetti due Vescovi, dovendosi fare in Bresta un Sinodo Provinciale[47] per pigliar le misure all'avanzamento della Santa Fede, il sudetto Prencipe vi si trovò col suo esercito e colla sua numerossima corte, e non ostante l'assistenza dè Commissarii del Re, Senatori, che furono deputati da Sua Maestà per sicurezza degl'Uniti, fece moltissime violenze alli medesimi, trasse al suo partito alcuni Vescovi,[48] e la maggior parte de' laici restò con esso lui negl'errori dello Scisma, per convertire i quali cento e più anni stentorono li nostri Missionari e non (f. 274) pochi restarono crudelmente ammazzati. Tutto poi ciò non sarebbe succeduto, se li suddetti Vescovi avessero accudito alla pretesa ambasciata del sudetto Prencipe, o almeno se avesserla moderata in qualche maniera convenevole.

21. - Ora per cominciare la conversione de' Scismatici, dai Laici s'incontra ancora una difficoltà ed è, che in Moscovia si prattica tanto rigore del Governo per una certa gelosia contro di chi si sia viene di fuori, che non lo lasciano entrare facilmente nel loro Paese. Ma questa difficoltà si può rimediare col l'operare a guisa di quello che nei limiti del suo Regno fabrica buone frontiere non solamente per conservare le conquiste, ma anche trovando la congiuntura per potersi avanzare colle sue imprese.

Parimente la santa impresa d'avanzare la vera Cattolica Fede nelle parti di Moscovia potrà coll'aiuto di Dio riuscire felicemente, tanto più che le congiunture presenti, la situazione dei Moscoviti, ed il posto vantaggioso ultimamente ritrovato, ci danno fondamento da sperare una felice riuscita.

Il posto vantaggioso per piantare le Missioni, per quanto ho considerato girando per li confini di Moscovia, non può esser altro che in un luogo detto *Sielec Brahinski*, ciò che si può far vedere con tutta la chiarezza sulla carta geografica; qui solamente accenno, che questo luogo si trova sulla sponda del fiume detto Brahin, viene poi attorniato dai fiumi famosi Boristene e Pripetio, che passano sotto Kiiovia, dai Moscoviti assai frequentato, poiché si trova in poca distanza di due Città Capitali (f. 274v) tali cioè Kiiovia e Cerniechovia.

22. - In codesto luogo, già mentovato, il nostro Padre Thadeo ha messo qualche principio alle Missioni, lasciò ivi due Monaci, i quali non trascurano di farsi voler bene da quei Scismatici, e di quando in quando guadagnano qualcheduno di loro, ma mentre si trovava ivi medesimo P. Thadeo,

---

[46] Die 23 Decembris 1595 an. Clemens PP. VIII erat Pontifex ann. 1592-1605.

[47] Synodus Provincialis Berestensis diebus 9-12.X.1596 v.s. Cfr. *Acta Unionis Berestensis eiusque Auctorum (1590-1600)*, Romae 1970.

[48] Ad suam partem acquisit episcopos Leopoliensem-Gedeonem Balaban (1568-1607) et Michaelem Kopystenskyj-Peremysliensem (1591-1610).

fu tanto ben voluto dai Scismatici, che lo chiamavano loro Padre e Pastore; di più, lo servivano segretamente per gli vantaggi della S. Fede, il che si fece vedere nel caso, che à profitto si può raccontare qui, ed è:

23. - Nelle vicinanze del sudetto luogo aveva quel Padre convertito un Paroco Scismatico nei beni d'un tal Signore Oskirko. Questo Signore sebbene professasse publicamente la fede cattolica, ma essendo egli stato per più anni nella Corte del Re di Prussia, s'era imbevuto delle massime luterane talmente, che perseguitava nascostamente li cattolici, e solamente al pubblico professava la Fede Cattolica per mantenersi nella gran carica di Castellano di Novogrodek, la quale non viene conferita nel Regno di Polonia se non alli Cattolici; questo dunque Signore subito che seppe della conversione del Curato nei suoi beni esistente, cominciò a minacciarlo di cacciarlo dalla sua Parochia, se non tornava allo Scisma; il buon Prete novamente convertito si manteneva molto tempo nell'Unione, ma alla fine quel Signore, suo Collatore, arrivò a questa impia temerità, che per mezzo de' suoi sbirri lo fece legare, e menatolo legato sino in Kiiovia, lo fece giudicare da quei Scismatici, come se fuosse un Apostata; ma doppo sofferte le pene secondo la sentenza fu restituito quel Prete alla sua Parochia, promettendo di tornare allo scisma. Un tal attentato (f. 275) contro la fede cattolica ed un misfatto avendo risaputo P. Thadeo, considerando che li altri anche Parochi non si convertirebbero facilmente, vedendo un tal esempio, non lasciò di citarlo al Tribunale di Polonia, e per provarli con evidenza tal misfatto, procurò per mezzo degli stessi Scismatici di farsi portare il Decreto ad instantiam di quel Signore fatto contro il sudetto prete. Qui si vidde il gran amore che portavano li Scismatici al P. Thadeo, mentre l'anno servito in una simile congiuntura portandoli il decreto estratto dagl'Atti di Kiiovia. Provveduto dunque di tal Decreto, P. Thadeo non lasciò di processare quel Signore non sapendo dove appigliarsi, ne come schermirsi, ricorse ai nostri Superiori, i quali per non sò qual rispetto scrissero al Padre Thadeo, che desistesse dalla prosecuzione della Causa cotanto giusta.

Da questo fatto si vede che può riuscire anche appresso li Moscoviti chi s'impegna da vero per la Santa Fede; si vede ancora, che luogo dello Brahin sia il più vantaggioso per intraprendere le Missioni di Moscovia, et essendovi qualche pianta delle Missioni fatta dal P. Thadeo, corre una necessità indispensabile di coltivarla, coll'eregervi un Seminario per li soli alunni Moscoviti; le spese a questo effetto si potranno avere con tutta la facilità dai Monasteri, nella maniera che farò vedere nel terzo Capitolo.

Ho detto per li soli Moscoviti, perchè spero nel Signore che quei Scismatici, che avanzano in Lituania, si potranno convertire coi mezzi già da me proposti nel 1.mo Articolo del Capitolo 2do, sotto il numero 16, e perciò converrà avvertire (f. 275v) ed intimare al P. Generale, che in questo Seminario non s'ammettano altri che Moscoviti e Cosacchi; anzi bisognerà che sia fatto per quei poveri che non hanno modo di studiare a spese loro; in questa conformità s'attireranno con maggior agevolezza. Di più converrà,

che questo Seminario venga chiamato Pontificio, affinchè quella gente poco a poco pigli l'amore verso il Papa e verso la Chiesa Romana, riflettendo al benefizio che anderà ricevendo in quel Seminario.

24. - In questa maniera operando li nostri Missionarii faranno conoscenza ed amicizia coi parenti de' giovani che si troveranno nel Seminario, e per mezzo d'essi si faranno venire gl'altri, essendo il suddetto luogo attorniato dal Paese Moscovito, e fatta l'amicizia gli si potrà discorrere in questa o simile maniera: Voi che siete stati tanto tenaci nel conservare la Vostra Fede vecchia (conforme la dicono loro), oggi ormai vi lasciate infettare dagl'errori di Lutero, che ducento anni sono cominciorono, e per quanto si vede che voi che siete nostri vicini, coll'andar del tempo sarete sforzati ad abbracciare la Setta Luterana, se mai anche non voleste abbracciarla, poiché già vedete che in Pietroburgo, vostra Capitale, sono molti Luterani, de soldati massimamente officiali sono moltissimi, li Ministri di Corte e Gabinetto quasi tutti. Di più, Prencipe di Volfenbütel, già quasi dichiarato erede di Moscovia, egli è un fierissimo Luterano; e così voi altri, vostri vicini, se anche non voleste, sarete sforzati ad abbracciare la setta Luterana, ed abbracciandola dovrete abbandonare il culto delle sagre Imagini, non farete l'invocazione del gran Santo Vostro, Nicolò, Basilio, (f. 276) Athanasio, etc. E quel che peggio, bestemiarete la stessa Madre di Dio, Vergine SS.ma, conforme fanno Luterani etc. Ora dunque per esimervi da questo pericolo che vi condannarebbe in eterno, abbracciate la S. Unione, sottomettetevi alla S. Chiesa Romana; già sapete, che questa ritiene la fede antica, perchè sino dai tempi di Cristo, e de' Apostoli, questa v'abbraccierà come suoi figlioli; da questa sarete protetti, benvoluti etc., tanto più che vedete che noi essendo Uniti, mantenghiamo il nostro Sagro Rito, le cerimonie, l'idioma volgare della Messa etc., e la Santa Chiesa Romana non solamente ce lo permette, ma anche commanda che le manteghiamo. Ora dunque, figlioli, pensate al pericolo, riflettete alla salute dell'anime vostre, e pigliate le vostre misure per non esser soggiogati dalla setta Luterana, alla perdita d'eterna salute, etc. etc.

Io credo che quella gente addomesticatasi coi nostri Missionari, per via dè suddetti giovani, non si sdegnerà per un simile discorso, anzi crederei non stenterà troppo a lasciarsi disingannare. Con simili sentimenti, giovani di Seminario instruiti, tornando al lor Paese, potrebbero fare un grandissimo frutto, ed in poco di tempo potressimo godere intiere Provincie convertite. O' se mai Iddio per li suoi inscrutabili giudicii permetesse restarli ancora per qualche tempo nell'errore dello scisma, almeno i Luterani non li troveranno tanto facili per abbacciare la setta Luterana, che Dio guardi; perché i Luterani sono assai più fieri persecutori del Cattolicismo, che non lo sono li Scismatici. Ma io spero nel Signore che se li proposti mezzi si metteranno in opra, vedremo li frutti di questa impresa, onde bisogna (f. 267v) quanto prima farsi amici di quella gente per poterli discorrere in appresso con maggior confidenza ed efficacia.

26. - Ad un tal'effetto gioverà anche molto, se nel sudetto luogo si stabilissero le Scuole pubbliche; il che si potrà fare facilmente col privilegio del Re di Polonia, essendo chè questo ne ha del gran zelo per la Santa Fede, e nell'anno 1736, tempo della Dieta Generale, fece celebrare la Messa cantata da uno de' Vescovi Ruteni, e trovandosi a sentire con tutta la divozione quella Messa, diede l'ordine che vi si portassero anche li suoi Ministri e cortegiani che sono di Setta Luterana; finita dunque la Messa si voltò a quei Luterani dicendoli: Ecco, vedete che la Santa Messa non è finzione de Papi Romani, conforme lo dite voi altri. Si trovò ivi anche il Monsignor Pauluzzi, allora Nunzio Apostolico in Polonia,[49] e ne potrà dar testimonio di quanto si dice.

Ora da quelle scuole sarebbe frutto, che non solamente quelli pochi Alunni (perchè sul principio difficile sarebbe per noi mantenere molti) del Seminario, ma anche scuolari laici si potrebbero capacitare coi simili sentimenti, e tornando al loro paese farebbero qualche frutto segnalato. Quanto si sperimenta dalle Scuole di Vladimiria, dove insegnano li nostri tutte le classi ed anche Philosofia, vengono dunque colà (sebbene sia lontano) alcuni Cosacchi e Moscoviti, e trovandosi sotto li nostri maestri, si lasciano capacitare e si fanno Uniti, molti dè quali anche presentemente sono nel nostro Ordine, e fanno del bene per la Santa Fede. Altri, anche restando laici, si mantengono nell'Unione. Tanto maggior frutto si dovrebbe sperare dalle scuole di quel luogo detto *Brahin,* dove per (f. 277) li Moscoviti e Cosacchi, attesa la vicinanza, sarebbe un gran commodo di studiarvi.

27. - La conversione dunque dè Moscoviti nello stato presente si riduce a questi due mezzi, cioè all'erigere un Seminario nel sudetto luogo, il che si potrà fare a spese de' Monasteri nostri, senza aggravarli nella maniera che dirò nel terzo Capitolo, ed allo stabilimento delle Scuole publiche, il che si può ottenere dal Re per mezzo d'una lettera che si degnarebbe di scriverli la Sua Santità di nostro Signore, oppure la Sacra Congregazione di Propaganda Fide. A questi mezzi, che ci serviranno per introdursi appresso quella gente, quando si darà principio, io credo nell'tratto del tempo incontraremo degl'altri per internarsi più avanti dentro la Moscovia; altri mezzi quanti ne ho considerato, mi sembrano o troppo rischiosi, oppure con poco frutto sarebbero.

Affinchè poi sudetti mezzi siano ben eseguiti e con quella che vi vorrà attenzione e diligenza adoprati, ci si affaccia un oggetto ancora da considerarsi seriamente, ed è: Li medesimi Missionarii, Monaci Ruteni Uniti. Poiché, conforme l'essercito, se non si trova in una buona ordinanza, non può riuscire nelle sue imprese, così anche nel nostro caso fa d'uopo che li Missionarii siano ben' impiegati, ben disposti, e perciò farò vedere il

---

[49] Nuntius Apostolicus Paulutius verosimiliter erat Vindobonae.

## Capitolo terzo.

*Qualmente si potrebbe supplire a quello* (f. 277v) *che manca al miglior ordine o sia governo de' Monaci Ruteni Uniti, massimamente che le loro Missioni da farsi con maggior frutto possino riuscire.*

28. - Prima di risolvere si premette: che à tempo di fel rec. Urbano VIII ebbe la Russia unita un'uomo veramente apostolico e zelantissimo per la S. Fede: Giuseppe Velamino Rutski, il quale s'affatticò a tutti costi per avanzare l'Unione nelle parti di Russia, come in fatti Iddio benedisse e fellicitò le sue imprese, perchè a lui solo riuscì di guadagnare ducento mila anime.

Tra gl'altri passi che lui fece, impegnato sempre per la Fede, non mancò egli di venire a Roma,[50] per sentire l'oracolo d'Urbano VIII, e della S. Congregazione ad effetto di pigliar le misure per convertire quelli vasti paesi, ed avendo deliberato la S. Congregazione sulle sue proposte, stabilì mediante un Decreto emanato a di 6 Ottobre 1624,[51] come un mezzo il più proportionato ed efficace per il vantaggio dell'Unione in quelle parti, che di Monasteri di Lituania (quali soli erano allora perseveranti nell'ubbidienza alla Santa Sede) si riducessero in una Congregazione, scegliessero un Generale di tutta la Russia, a cui toccarebbe governare immediatamente quei Monasteri e procurare la conversione degl'altri Scismatici, talmente che tutti quelli Monasteri che si andavano acquistando in appresso, venivano incorporati nella sudetta Congregazione, la quale fu chiamata sotto il titolo della SS.ma Trinità. Questo Decreto della S. Congregazione fu approvato dalla San. mem. d'Urbano VIII, mediante un Breve, quale vien annesso nel Summario al numero Imo.[52]

29. - (f. 278) Qui dalla forza del vero e dalla fedeltà impegnata mi trovo costretto a confessare: Che li successori mediati di Gioseppe Velamino Rutski, Metropolitano, non l'imitavano, anzi guastarono in parte le sue conquiste, disturbando li Monaci che erano impiegati a far le missioni. Poiché s'arrogavano loro stessi il titolo del Generale dell'Ordine,[53] non per altro fine se non ritenendo questo titolo potessero ingerirsi nell'interno governo de' Monasteri, ed ingerendosi in questa comunità potessero disporre delle rendite de' Monaci a modo loro, qual fu per mantenimento di numerose corti,

---

[50] Ut Metropolita Kioviensis erat Romae annis 1614-1615.

[51] Decretum S.C. de Prop. Fide emanatum erat 4.X.1624; cfr. *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 26-27, nr. 34.

[52] Breve Urbani VIII, confirmans Decretum Congregationis de Prop. Fide, apparuit die 20.VII.1631; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia*, vol. I, pag. 381-2, nr. 411.

[53] Nomen officiale erat « Protoarchimandrita » seu Superior Generalis. Metropolitae Kiovienses sibi arrogarunt hunc titulum et potestatem in monachos usque ad annum 1675 et tempora Protoarchimandritae Pachomii Ohilevyč, temporibus Metropolitae Cypriani Zochowskyj (1674-1693).

per li cani da caccia, e per altri sfarzi poco convenevoli allo stato loro, attesa la necessità delle missioni in quelle parti, sicché dove si potevano mantenere 12 o 16 Monaci, ivi si trovavano due o tre, perché le rendite di quel Monastero andavano per le spese del Metropolitano, e mancando i Monaci da impiegarsi nelle missioni, poco o niente s'avanzavano queste, in quei tempi.

S'accorgevano pur troppo li Monaci del disordine che si pativa, e dissero al Metropolitano che questo fuosse contro il Breve d'Urbano VIII, ma egli sapeva deluderli con certa cauzione, che questo fuosse pro hac sola vice e non dovesse pregiudicare nell'avvenire, come si può vedere nelle cauzioni annesse nel Sommario al numero 10mo.[54]

30. - Informata però che fu la S. Congregazione di questa procedura, disapprovò tal condotta de' Metropolitani e procurò di rimediare questi inconvenienti, conforme si scuorge dagli Brevi annessi nel Sommario al numero...

(f. 278v) Alla fine, a tempo di Innocenzo XI, gloriosissimo Pontefice, Cipriano Metropolita[55] voleva pure arrogarsi la carica del Generale, tante volte proibita e negata dalla Santa Sede ai Metropolitani; allora Monsignor Opitio Pallavicino, Nunzio Apostolico in Polonia,[56] ben informato del motivo che spingeva il Metropolitano a voler avere questa carica, resistette a tali pretese, dando parte alla Santa Sede ed alla Sacra Congregazione di tutto, ed in appresso fu stabilito mediante un Decreto della Sacra Congregazione, a dì 11 Settembre l'anno 1684 emanato, e con un Breve d'Innocenzo XI confermato, che il titolo del Generale era incompatibile non solamente al Metropolitano, ma anche qualsisia Vescovo e perciò fu scritto al Monsignor Nunzio che procurasse sceglere un Monaco semplice per Generale, come diffusamente si scuorge dal suddetto Breve,[57] annesso nel Sommario al numero 4to.

Da quel dunque tempo i Metropolitani non ebbero mai la voglia d'arrogarsi la carica del Generale, e con maggior frutto cominciorono li Monaci stendere le loro Missioni, poichè da quel tempo in quà, oltre moltissimi laici, tre Vecovi colle loro vastissime parochie si son convertiti, e tanti Monasteri all'Unione guadagnati. Ma poichè alcuni di questi vogliono esser tenuti a banda per conservarli nella purità dell'Unione, e questi sono nel numero de' nuovamente ridotti in Provincia, perciò incontro motivo d'accennare, qualmente nel Congresso di Leopoli,[58] dove li Monasteri (f. 279) si riducevano in Provincia, non ho mancato di trovarmi con altri cinque Padri, qua-

---

[54] Agitur de s.d. « cautionibus », quae incipiunt a temporibus metropolitae Antonii Sielava an. 1642, et dein de cautionibus Gabrielis Kolenda (1665-1674), et Cypriani Zochowskyj, praesertim annis 1683-1686.

[55] Annis 1683-1686, quo tempore locum habuerunt s.d. « Anti-Capitula » (an. 1683 - Minscense, et 1684 - Novogrodovicense).

[56] Opitius Pallavicini, Nuntius Varsaviensis (1680-1688), dein Cardinalis a die 2.IX.1686.

[57] Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pag. 651-654, nr. 612.

[58] Sic dictum Capitulum Leopoliense an. 1739.

li furono P. Generale dell'Ordine, PP. Polycarpo, Patrizio, Theodosio, Eraclio, Consultori della nostra Congregazione, ed io qual Secretario del Generale,[59] e questi furono per regolare le sessioni ed i negotii, che si trattavano in quel Congresso, essendo che quei Padri non avevano nissuna prattica del metodo da tenersi nelle simili congiunture e materie, ed uno dè nostri Consultori cioè P. Patrizio[60] fu scelto per loro Provinciale, perchè tra di loro non si trovava un soggetto capace di questo impiego; in appresso poi uno de nostri fu dato loro per Maestro de' novizi, qual'è P. Teofane, già Alunno del Collegio Greco.[61]

In occasione dunque di quel Congresso, dove mi son trattenuto da venti e più giorni, non ho tralasciato di pratticare spesso quei Padri, e dai loro sentimenti ne ho rilevato, che alcuni prima di poter esser impiegati a convertire gl'altri, vogliono loro medesimi essere ben governati e disposti nella maniera, che dirò in appresso. Ora si viene all'ultima domanda:

*Qual metodo o sia sistema da tenersi nel governo de' Monaci Ruteni, affinchè quelli mantenutisi sempre nell'Unione, cioè Lituani, con maggior fervore e frutto facino le loro Missioni, e questi nuovamente ridotti in Provincia siano prima ben mantenuti ed in appresso impiegati a far le medesime Missioni.*

(f. 279v) La risposta che sono per dare è già del mio debole ingenio, ma vien appoggiata dal parere de più autorevoli del nostro Ordine Padri, e consiste nei seguenti punti.

## Punto primo.

Indispensabilmente si dovrebbe adempire il Breve d'Urbano VIII, quale dispone un Generale di tutta la Russia. Poichè questo Breve è fondato suopra molti motivi salutari ed efficaci a mantenere e propagare l'Unione, e primariamente perchè per mezzo d'una tale subordinanza ad un Generale, o sia incorporazione de' nuovamente ridotti in Provincia nella Congregazione anziana, si provede alla sicurezza dell'unione da radicarsi meglio in alcuni de' Monaci nuovamente ridotti, perchè essendo un Generale, secondo l'opportunità de' luoghi, potrà provedere li soggetti in maniera tale, che, tra gli vaccillanti metterebbe de' più esperti e fidati. A parlare con tanta sincerità non m'avanzerei, se la medesima ragione non fuosse appoggiata dal parere d'un autorevole, di gran merito e di singolare zelo per la fede, Padre Don Antonio Zavacki,[62] già morto nell'anno 1737, il quale nelle sue ri-

---

[59] Ex parte Provinciae Lithuanae partem habuerunt in hoc Capitulo P. Basilius Polatylo, Protoarchimandrita, et Consultores Generales Polycarpus Myhuniewicz, Patritius Zyrawskyj, Theodosius Koniaczewskyj, Hypatius Bilinskyj, et Secretarius Protoarchimandritae Caesarius Stebnowskyj.

[60] P. Patritius Zyravkyj electus fuit Protoarchimandrita alius Provinciae.

[61] Tunc temporis Basilianus cum nomine Theophanes, qui erat Alumnus Coll. Graeci, erat Theophanes Tarasyckyj; cfr. D. Blažejovskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students at the Pontifical Greek College of Rome*, in « *Analecta OSBM* », vol. X, pag. 165.

[62] Cfr. notam 3.

soluzioni proposte alla S. Congregazione di Propaganda, discorrendo suopra questo proposito, portò la medesima ragione. L'altra ragione del primo punto. Fà d'uopo toglere sempre di mezzo tutti quei scogli ed occasioni dalle quali potrebbe nascere tra li medesimi Ruteni uniti qualche diffidenza e poi Scisma, perchè restando tra di loro discordi e diffidenti, non baderanno a (f. 280) convertire li Scismatici, ma più tosto tra di loro stessi si struggeranno con gran discapito dell'avanzamento della Santa Fede, perchè li Scismatici, vedendo che gl'Uniti non s'accordano tra di loro, non solamente saranno lontani dal convertirsi, ma anche scandalisati, goderanno ed insulteranno con dire: Ecco gl'Uniti non sanno accordarsi tra di loro, e vogliono che noi restiamo con essi, conforme lo dissero in alcune congiunture! Ora per ovviare a quest'inconvenienti, per levare ogni ombra o sia dabile motivo di discordie e diffidenze tra gli Ruteni non può essere mezzo più efficace che, secondo la Bolla d'Urbano VIII, restino per sempre li Monaci sotto un Generale, e perciò anche li nuovamente ridotti, siano incorporati nella Congregazione anziana, perchè così restando come figli dell'istesso Padre s'aiuteranno scambievolmente a convertire li Scismatici, senza discordare mai, perchè venendo qualche differenza, sarebbe facilmente appianata dal Generale, senza farla pullulare d'avantaggio.

La terza ragione del primo Punto. - Costa dal Decreto della Sacra Congregazione avuta coram Sanctissimo a dì 31 Maggio 1624,[63] che mentre li Monaci di Lituania si son ridotti nella Congregazione sotto il titolo della SS.ma Trinità, fu dato l'ordine a quattro Padri Carmelitani Scalzi, che vestissero l'abito de' monaci Basiliani, e celebrando nel Rito Ruteno restassero tra quelli Monaci; e questo fu ad effetto di radicare meglio l'Unione, ed insegnare (f. 280v) l'osservanza regolare. Ora per produrre un effetto simile nei Monaci nuovamente ridotti, non può essere un mezzo più confacevole ed efficace, che incorporarli nella Congregazione sotto un Generale, a cui riuscirà con maggior agevolezza, che non fu ai Padri Carmelitani, così disporre le Persone che la Santa Fede ed Unione sarà ben assicurata, e potrà più e più avanzarsi, perchè egli scuoprirà facilmente il debole ed il forte, e procurerà rimediare da per tutto..[64]

La quarta ragione del primo Punto. - Questa sempre fu mente della Santa Sede, come si vede dagli annessi nel Sommario Breve, e dagli Monsignori Nunzii di Polonia questo sempre fu impegno, a segno tale che mentre Gioseppe Szumlanski, Vescovo di Leopoli,[65] per allora scismatico, voleva farsi unito con questa condizione però, che li Monaci della sua Diocesi non fuossero mai incorporati nella Congregazione della SS.ma Trinità, Monsignor

---

[63] Cfr. *Acta S. C. de Prop. Fide*, vol. I, pag. 21-22, nr. 21.

[64] Agitur hic de tentaminibus uniendi Provinciam Lithuanam et Polonam seu Ruthenam in unum Ordinem, quod tandem factum est in Capitulo Dubnensi an. 1743; tunc Ordo Basilianus lente in unum coaluit tum administratione tum spiritu et disciplina.

[65] Josephus Szumlanskyj, Episcopus Leopoliensis (1676-1708), qui quasi per plus quam viginti annos dioecesim suam ad Unionem parabat, plura privilegia sibi procurando.

Nunzio Opitio Pallavicino conobbe tanto gelosa e sospetta questa condizione che non tralasciò contro d'essa protestarsi nell'anno 1683. Per l'istessa ragione non furono approvati dalla Sagra Congregazione di Propaganda gl'atti del Congresso Uniovien., etc.[66] L'istesso si scuorge dalla lettera del Monsignor Nunzio di Polonia scritta per l'ordine della Sacra Congregazione di Propaganda al nostro P. Generale, qual lettera si trova nel Sommario al numero 8vo.

Questi motivi che fanno vedere la necessità indispensabile per il bene commune della Santa Fede, che li Monaci Ruteni restino sempre sotto un Generale monaco, (f. 281) credo io d'aver portati ad superabundantiam, mentre non vedo che possa essere qualche ragione in contrario, tanto più che li medesimi Monaci nuovamente ridotti in suddetta incorporazione bramano, conforme si son espressi negl'Atti di quel Congresso, Sess. 3tia, die Martis 28 Augusti, dove dicono... *Inhaerendo Brevi Urbani VIII, per Rev.mum Proto-Archimandritam et Consultorium modo dictae Congregationis alias SS.mae Trinitatis lecto et producto, omnimode curandum nobis erit ut quibusvis possibilibus mediis, sine praejudicio novae Congreg., quantocius uniamur*, etc.

Incorporandosi dunque li Monaci, nuovamente ridotti, si può domandare: De quali si dovrà sceglere il Generale in appresso, o dè anziani oppure de' ridotti nuovamente?

Rispondo: Egli è certo che li Monaci della Congregazione della SS.ma Trinità dall'instaurata Unione si son mantenuti sempre fedeli alla Santa Sede, e si può dire senza vanto, essendo cosa certa ed evidente, che loro hanno guadagnato quelli Uniti che oggidì si contano da quatromilioni d'anime, sebbene con gran stento ed anche con spargere il sangue, conforme si scorge dagli documenti autentici, che si trovano nell'Archivio della S. Congreg. di Propaganda. E perciò avrebbero jus che di loro sempre si sceglesse Generale, ma per non esser creduti vogliosi del governo, ed anche per assicurare l'Unione tra li suoi fratelli nuovamente ridotti, potranno cedere il loro jus (se così stimerà la S. Congregazione) e contentarsi che sia l'alternativa, cioè una volta che sia scelto Generale de' (f 281v) Monaci Lituani, l'altra di quelli di Volhinia, quando si troverà un soggetto capace di questo impiego.[67] Per la prima volta poi è indubitato, che dovrà essere uno dè Lituani, perchè tra di quelli di Volhinia non si troverà capace, conforme non s'è potuto trovare anche per essere Provinciale, e così convenne ad uno de nostri l'esser scelto per Provinciale loro.[68]

In questa conformità disposte le cose, sarà una Congregazione della

---

[66] Congressus seu Capitulum Unioviense an. 1711, in quo monachi Leopolienses de suis agebant rebus, sub praesidentia Barlaami Szeptyckyj, Episcopi Leopoliensis (1710-1715), primum per longa decennia Archimandritae Unioviensis.

[67] Lex « alternativae » quoad electionem Superioris Generalis in Ordine Basilianorum observabatur usque ad finem periodi i.e. fere ad finem saeculi XVIII.

[68] Primus Protoarchimandrita erat electus P. Polycarpus Mihuniewicz (1743-1747).

SS.ma Trinità (essendo questa stabilita col più volte mentovato Breve d'Urbano VIII, dove dispone, Generalem totius Russiae) ed avrà due Provincie, cioè l'una anziana di Lituania, l'altra novamente fatta di Volhinia, anzi se mai ci riesce (come si spera coll'aiuto di Dio) guadagnare qualche provincia della Moscovia, bisognerà sempre avertire, che resti incorporata nella Congregazione già stabilita, perchè così si provede meglio alla sicurezza dell'Unione; multiplicando poi le Congregazioni l'una indipendente dall'altra non sarà mai buon ordine, e per consequenza le Missioni non faranno quel frutto che si desidera.

PUNTO SECONDO.

Il Generale scelto colla parità de' Vocali d'ambe le Provincie, avrà dipendenti da se due Provinciali, ai quali toccarà visitare li respettivi loro Monasteri, badare all'avanzamento delle loro missioni e poi dar conto ogni anno al Generale del loro operato. Affinchè poi li Provinciali procurino colla dovuta sollecitudine di far le loro parti, almeno ogni quattro anni il Generale potrà visitare in Persona vel per subdelegatum specialiter li Monasteri già visitati dalli Provinciali per sperimentare se li Provinciali si portarono conforme richiedeva la loro carica.

Stabilito in questa conformità Generale, sarà duopo che la Sacra Congregazione lo incarichi con un speciale (f. 282) mandato, affinché egli ogni anno informi la Sacra Congregazione dell'avanzamento delle Missioni. Poiché egli è certo che Alunni tornando al lor Paese s'impiegano nelle missioni ed alcuni non mancano di dar parte del loro operato, ma talvolta anche s'intepidiscono, non essendo direttamente chi li solleciti e stimoli. Ogni qualvolta poi il medesimo Generale sarà incaricato e tenuto di dar la parte delle Missioni, del frutto che s'anderà guadagnando, li premerà più di qualsiasi negotio che le missioni si faccino con tutta l'attenzione, tanto più quando sarà obligato a dar una relazione distinta, cioè quante anime in quell'anno si son guadagnate, di qual nome, età, paese, parochia? per mezzo di qual Missionario, in qual mese etc. etc., e se mai mancasse a far queste parti o sollecitare l'avanzamento della S. Fede, li si potrà scrivere che manca ad una parte principale del suo obligo; allora si che le Missioni col maggior fervore e frutto, nelle parti di Russia arderanno.

PUNTO TERZO.

Converrà che il Generale abbia quattro Consultori advitali ed un Segretario dell'Ordine; due de' sudetti Consultori si potranno trovare sempre col Generale, altri due potranno governare li più vicini alla Residenza del Generale Monasteri, per esser a portata in occasione che saranno chiamati per intervenire alle Consultazioni solite e dovute farsi ogn'anno. Perchè siano advitali,[69] così vogliono il Decreto della Sacra Congregazione, il Breve d'In-

---

[69] Consultores advitales erant Consultores in prima periodo i.e. usque ad annum 1743.

nocenzo XI, e la consuetudine non (f. 282v) interrotta, fondata sopra l'esperienza, che restando advitali col maggior zelo procurano il bene commune.

Punto 4to.

Essendo che dè nostri Monaci e non altrimente si fanno Vescovi ed Abbati, per ovviare all'ambitione de' soggetti poco meritevoli e men capaci di tal grado, s'è stabilito da cento e più anni nella nostra Congregazione il quarto voto de non curandis honoribus, e mentre uno della professione Religiosa fa i voti di castità, povertà ed ubbidienza, fa ancora quello che non curandis honoribus, sicchè vacante un Vescovado o qualche Badia, nissuno deve procurare la dignità vacante, se non a chi si dà licenza dell'Ordine, cioè dal Generale e pieno Consultorio, e vuol dire che in tal maniera vien dispensato dal quarto voto pro illo casu, altrimente sarebbe un continuo bisbiglio tra i Monaci, manco si pensarebbe a farsi merito per mezzo delle Missioni, ma si badarebbe a trovar l'impegni per potersi avanzar quanto prima. Questa consuetudine lodevole e tanto necessaria nel nostro Ordine vorrebbe esser confermata col Decreto della S. Congregazione, ad effetto che s'osservi con maggior esattezza, poiché oggidì non siamo tanto osservanti di questa legge, ed alcuni scordandosi del giuramento o sia quarto voto, appena scappano dagli studi, subito s'aggirano a sorprendere qualche Vescovado o Badia grossa, ed ottenutala non badano alle Missioni, perchè manco l'avevano principiate essendo semplici Monaci. La povera Religione procura di tenerli a freno e metterli al dovere, ma talvolta si trova costretta a cedere agl'impegni che un tal ambitioso a tutta possa procurar di trovare appresso li Magnati del Regno.

(f. 283) Quel che si dice l'ho veduto cogl'occhi miei, e la fedeltà dovuta alla S. Congregazione m'obliga a farlo vedere col portare l'esempio vivo d'uno, il quale non avendo ancora compiti trenta anni di sua età, sottrattosi clandestinamente dalla Religione, s'ingegnò a trovare appresso li grandi del Regno tanti impegni che non ostante la contradizione dell'Ordine li riuscì guadagnare un Vescovado, ed una Badia, nella quale trovandosi un Monastero, nell'anno 1737 mi toccò visitarlo col mio Generale, ma in quella Chiesa non s'è potuto entrare se non con gran rischio, perchè il tetto e le pareti di quella chiesa minacciavano una ruina imminente, e pure non si badava a riaggiustarla. Questi frutti si vedono degli soggetti avanzati col l'impegno, senza consenso dell'Ordine.

Si trova pure un'Abbate, il quale non sapendo la lingua latina, manco sà leggere bene ruteno, ma essendo egli un buon cortegiano e meritevole nella Corte del Metropolitano, li riuscì di guadagnare una Badia sufficiente a mantenere molta servitù.

Non voglio dire che questi per il decoro dello stato, in cui Iddio gl'ha messo o metterli ha permesso non abbino da tenere la servitù proporzionata allo stato loro, ma mi pare una cosa troppo giusta che ancora abbino un po' più del zelo per la Santa Fede, e colle rendite de' Monasteri non

manchino di mantenere li Monaci capaci di far le Missioni, mantenere la solita divozione e decoro delle chiese, essendo che questo massimamente attira gli Scismatici, altrimenti egli sarà impossibile che li Scismatici si convertano vedendo qualche disordine tra gli Ruteni Uniti.

Ma come questo disordine per lo più succede (f. 283v) e proviene dagli soggetti avanzati senza consenso della Religione et a forza dell'impegno, così per ovviare ai simili inconvenienti, fa d'uopo che col Decreto della S. Congregazione sia confermata la Constituzione dell'Ordine qual'è che li soggetti da promoversi alli Vescovadi e Badie abbino prima la permissione della Religione, e questo mi pare che và per tutte le ragioni, poiché avendo giurato in faccia della Religione di non curarsene delle dignità, devono essere prima dispensati da questo voto, ed in appresso avranno la libertà di curarle, và ancora per ragione del maggior vantaggio della fede, poiche la Religione più che certo non darà la permissione, se non a chi avrà maggior merito per il zelo della fede, per il culto di Dio e per altre qualità che si ricercano al carattere del Vescovo, o Abbate.

Già a questo effetto si trova emanato Breve di fel. rec. Benedetto XIII, qual viene annesso nel Sommario al numero 6to,[70] ma essendo che gl'affari tutti dè Ruteni passano sempre per il canale della S. Congregazione di Propaganda, così anche in questa materia si desidera il Decreto della sudetta S. Congregazione, allora si che gl'impegni non farebbero mente, e li Monaci doverebbero farsi merito per le Missioni, per le prediche e per una condotta esemplare.

Fà d'uopo secondo. Che il Generale visitando secondo il solito li Monasteri Abbaziali, visiti non solamente li Monaci, ma ancora l'istesso Abbate in persona, e possa avertirlo in caso che si trovasse mancare nel governo o nell'osservanza regolare, ed in tal maniera le rendite dè Monasteri saranno impiegate al culto di Dio, al vantaggio della fede.

(f. 284) Discorrendo qui de beneficii, conforme nel punto primo, ho fatto vedere la necessità di mantenere Ruteni concordi tra di loro, e levarli ogni ombra che potrebbe metterli in qualche dissapore, così a questo effetto si potrebbe stabilire col Decreto della S. Congregazione, che li monasteri che furono prima posseduti da Monaci Lituani, restino sempre appresso li medesimi e Monasteri de' Monaci Volhinensi, parimente siano conforme sono stati posseduti dai Volhynensi, ed alli Vescovati di Vladimiria, Chelma, Pinsko, e Polocia, conforme fin'ora si promovevano de' soggetti di Lituania, così anche per l'avvenire sia praticato; alli Vescovadi poi di Leopoli, Luceoria, Halicia Premislia, Camaneco, come per l'addietro, si promoveranno de' Volhynensi, così per l'avvenire avrebbe da farsi, ed in tal maniera si levaranno motivi alle contese, alli dissapori tra li Ruteni, e saranno sempre

[70] Breve Benedicti PP. XIII de non ambiendis dignitatibus a monachis fuit datum die 16.XII.1728; cfr. *Documenta Pontificum*, vol. II, pag. 58-59, nr. 670.

d'accordo, dal quale anche dipende il ben commune, il vantaggio della fede, perchè s'aiuteranno scambievolmente a far del bene.

PUNTO 5TO.

Dalla qualità del Generale dipendendo tutta la buona disposizione, buon governo, consequentemente tutto il vantaggio delle Missioni, s'incontrano ragioni per le quali dovrebbe essere nella sua carica advitale ed impromovibile, nisi expressum Sanctae Sedis vel Sacrae Congregationis mandatum accedat. Prima ragione: Perchè essendo solamente ad tempus, senza dubbio usarebbe qualche connivenza, forse stentarebbe a riprendere anche mancanti nelle Missioni. Sul riflesso che finita la sua carica non voglia qualcheduno vendicarsi o almeno disgustarsi con esso lui, ma restando advitale userà tutta la giustizia, procurerà che stante la sua carica si possa fare qualche (f. 284v) segnalato vantaggio delle Missioni, avranno più a tempo conoscere e pigliar le misure convenendolo e metterle in opra.

Perchè sia impromovibile la ragione l'è: poichè potrebbe facilmente darsi il caso, che vedendosi in questo grado, avrebbe la voglia d'aspirare anche al Vescovado, ed aspirando al Vescovado, non badarebbe tanto alle Missioni, al buon governo dè Monaci, quanto alle misure da prendersi per spuntare il suo intento. Le sue rendite forse non impiegarebbe al benefizio delle Missioni, ma vorrebbe conservarle da spenderle restando Vescovo. Dall'essere poi impromovibile ne risulta, che non lusingandosi più del suo avanzamento, tutti li suoi pensieri, le sue fatiche, voltarebbe all'avanzamento delle Missioni, al buon governo de' Monaci e la sua attività non avrebbe altro oggetto che il ben commune, tanto più che si troverà obligato a dar la parte alla S. Congregazione del frutto delle Missioni ogni anno.

Ho detto: *Nisi expressum Sanctae Sedis mandatum accedat*, perchè si potrebbe dare il caso in cui la Santa Sede trovarebbe ragioni di far passare questo Generale al grado di Vescovo o Metropolitano per esempio, se mai gl'affari dell'Unione fuossero in un stato tale che per condurlo al buon termine Generale pro tempore fuosse conosciuto dalla Santa Sede per un uomo veramente zelante per la fede e capace di riuscire nell'imprese ardue, per qual caso o simile reservando... Santa Sede il jus potrebbe commandarli che possa passare al grado per esempio di Metropolitano, e perciò si può mettere opportunamente quella Clausula: Nisi expressum Sanctae Sedis mandatum accedat.[71]

(f. 285) Ma se ancora mai non fuosse promosso Generale ad altre dignità, si potrà contentare della sua carica essendo questa advitale ed essendo egli Abbate Mitrato, come si crede assai convenevole che tale sia.

Io lo confesso che da noi, per così dire, ogni Monaco che si trova in

---

[71] Breve tale nunquam emissum fuit et proinde neque talis clausula unquam posita fuit.

qualche maniera qualificato, vorrebbe esser Vescovo; credo però che quello che sarà scelto per Generale, non avrà più questa ambizione, e potrà restare pago della sua carica advitale, coll'onore d'esser mitrato.

Alla fine quantunque il Generale sarà sempre un'uomo anziano, esperto e d'un merito particolare, niente dimeno, per provedere ad ogni caso, si potrebbe dare dà duopo stabilire che nelle cose di maggior importanza, quali sarebbero le misure da pigliarsi per l'avanzamento delle Missioni, il modo da tenersi nel provedere alla sudetta Missione di Brahin et in altre più rilevanti materie, adopri consilio ed aiuto de' Consultori e del Segretario dell'Ordine, conforme si usava sempre nella nostra Congregazione.

Nella suddetta maniera provedendo allo stato della Russia, speriamo nel Signore, che a capo di pochi anni vedremo le Missioni a gran segno avanzate, perchè li Missionari saranno ben impiegati, e stimolati ogni poco dal Generale ad operare col fervore, anzi da loro stessi si sforzeranno a garra per convertire li Scismatici, essendo questo mezzo principale per farsi merito, non si guasteranno li soggetti per l'ambizione d'avanzarsi senza merito; si levarà ogni occasione di scandalo ai Scismatici, i quali vedendo qualche sconcerto tra gl'Uniti, tacciano la loro condotta, e di quelli dai quali dipendono, i disordini degl'Uniti hanno quasi per motivo di non volersi convertire. Si levarà (f. 285v) ogni labile motivo di contese diffidenze e gelosie tra gli medesimi Uniti, i quali trovandosi sempre concordi, non baderanno ad altro, che al ben commune della Santa Fede; al contrario se li sudetti mezzi non si metteranno in opra, per dar riparo ad alcuni sconcerti, per infervorire maggiormente li Missionari, naturalmente è impossibile che si faccia qualche frutto segnalato nelle Missioni di Moscovia, anzi si deve temere che i Luterani non vi riescano nell'infettarli coi loro errori più presto, che noi altri nel ricondurli al grembo della Santa Madre Chiesa Romana, fuori della quale non est salus.

*Il ristretto del sudetto sistema etc. etc.*

In conformità del Breve d'Urbano VIII, ed altri Brevi annessi nel Somm. dovendo essere un Generale di tutta la Russia, la Provincia nuovamente fatta in Volhinia s'incorpora nella Congregazione antica sotto il titolo della SS.ma Trinità. Il sudetto Generale da sceglersi d'ambe le Provincie colla parità de Vocali, sarà advitale nella sua carica ed impromovibile ad altre dignità, *nisi expressum Sanctae Sedis mandatum accedat*, et per mezzo degli suoi Provinciali visiterà ogni anno tutti li Monasteri e Monaci anche Abbati in Persona, in conformità del Breve d'Innocenzo XI, ed altri e Decreto della Sacra Congregazione, annesso nel Somm. Saranno quattro Consultori advitali ed un Segretario dell'Ordine, per consilio ed aiuto del Generale, massimamente negl'affari di maggior importanza (f. 286). Ogni poi quattro anni visiterà in Persona o per mezzo d'uno de' Consultori li Monasteri già visitati dai Provinciali, e sarà Preside degli Capituli Provinciali, da farsi ogni quattro anni, per la scelta de' nuovi Provinciali.

Il medesimo Generale sarà tenuto a dar parte alla Sacra Congregazione ogni anno dell'avanzamento delle Missioni da farsi nelle parti di Russia.

Un Decreto a parte ci vorrà per conferma che le Persone da promoversi alle dignità, abbino la permissione degl'Ordine, secondo la constituzione dell'Ordine e Breve di Benedetto XIII.

Li Monasteri saranno posseduti tranquillamente da ambe le Provincie, respettivamente conforme erano posseduti fin'ora.

## Ragguaglio dell'ammazzamento di Don Emiliano, Ruteno Cattolico

Sul principio del mio scrivere al numero 2do ho promesso di far vedere che l'ammazzamento di Don Emiliano[72] non si può attribuire in nissun conto ai Moscoviti, e per maggior chiarezza si racconta il fatto ed è:

Bisogna sapere che tra gl'altri mezzi che tengono Ruteni Cattolici per avanzare la Santa Fede in quelle parti, si servono anche di questo cioè: — Appresso Signori che godono Jus Patronatus si procura affinché doppo la morte de Preti Scismatici presentino gl'Uniti per investirli di quei Benefizii. In questa maniera Monsignor Arcivescovo di Polocia[73] operò ultimamente appresso il Signor Conte di Sapieha, Cacciatore del Gran Ducato (f. 286v) di Lituania, il quale, pel zelo di Santa Fede, si compiacque due Ruteni Cattolici presentare per li benefizii nè suoi Beni ereditarii, situati e vacanti doppo la morte di due Scismatici; furono dunque successivamente investiti dal Monsignor Arcivescovo, e d'installarli toccò la sorte a Don Emiliano, qual Decano di Bichovia; a tal'effetto comparve a dì 25 Aprile dell'anno presente in Dascovca, parochia d'uno delli sudetti nuovamente investiti, ma Scismatici di quei contorni, fomentati anche dal Vescovo scismatico, Gioseppe Volcianski detto,[74] s'opposero fieramente, furono però respinti dalla soldatesca, somministrata dalla Corte del sudetto Conte per sicurezza degl'Uniti, ai quali doppo qualche zuffa, riuscì felicemente di pigliar possesso di quella Parochia.

Il giorno sussequente Don Emiliano, ansioso di sodisfare quanto prima al suo obbligo d'installare un'altro Prete Ruteno Cattolico nella parochia di Sidorovice, situata di là dal fiume Boristene, persuadendosi che li Scismatici non ripigliarebbero l'ardire di riattaccarlo, essendo stati respinti nel primo incontro, perciò non aspettando la guardia dè soldati, accompagnato da un solo Vice-Governatore della Città di Bichovia, mattina buon ora in un piccolo batello varcò il fiume Boristene, ed avviandosi in fretta alla

---

[72] Sac. Emilianus Klimontowicz, Decanus Bychoviensis fuit occisus a Schismaticis anno 1740, 27.IV.

[73] Florianus Hrebnyckyj, Archiepiscopus Polocensis (1716-1762).

[74] Josephus Volčanskyj, Episcopus non unitus Mohiloviensis (1735-1745); dein translatus in Episcopum Moscoviensem.

volta della parochia di Sidorovice ebbe la disgrazia d'imbattersi nè Scismatici, che vegliavano tutta quella notte per ucciderlo, e subito che lo viddero, li piomborono tutti adosso, e crudelmente l'ammazzarono.

Ora da questo fatto, partecipatomi da una penna autorevole, si scuorge chiaramente, che li Moscoviti (f. 287) non ebbero niente da fare in esso, ma furono soli Scismatici di Lituania, che si presero questo ardire d'uccidere un Prete Cattolico. Qui mi trovo costretto a scuoprire la sorgente di questo ardire, poiché come per tanti e tanti anni (conforme ho fatto vedere) non se lo pigliavano, così anche quella volta non se l'avrebbero preso se non si fuosse dato un'accidente, dal quale li Scismatici restorono impressionati d'una falsissima persuasiva o sia opinione.

L'accidente fu, che nell'anno 1737,[75] per una certa lite, la quale fin'ora resta indecisa, l'Arcivescovo di Polocia fu scommunicato dai Padri della Compagnia di Giesù nel giorno di S. Basilio, mentre si faceva la più solemne festa di quella Città. Non sò poi come sta succeduto, che nell'istesso tempo il suddetto Arcivescovo aveva dall'istesso Tribunale certa remedia juris, coi quali voleva schermirsi da quella scommunica, e facendo vedere ai sudetti Padri li detti remedii, espressamente contrarii a quel che facecevano li Padri, domandava da loro che desistessero dalla scommunica; ma senza badare a questi rimedii seguitarono a scommunicarlo per lo spatio di tre mesi e più ogni domenica ed ogni festa dai pulpiti delle chiese. Ma da queste più e più volte replicate scommuniche, quanto bisbiglio nacque in quella vasta Diocesi, quanti sconcerti e scandali venivano non solamente per i Luterani e Scismatici, ma anche per i Cattolici, non si può esprimere, poichè alcuni Signori essendo o parenti o ben affetti all'Arcivescovo, e trovandosi (f. 287v) nelle chiese dove si scommunicava l'Arcivescovo, uscivano con gran strepito da quelle chiese sdegnati e cominciavano a mormorare. Li Scismatici, de' quali sono assai molti in quella Diocesi, vedendo un tal bisbiglio, ed essendo per lo più gente rozza, non arrivavano a capirla giusta, ma cominciavano a gioire e far allegrezze lusingandosi, che non solamente l'Arcivescovo di Polocia, ma ancora tutti gli Ruteni Uniti fuossero abandonati e scommunicati dalla Chiesa Romana, e perciò si lusingavano in oltre che gl'Uniti potessero tornare da coloro; ma cessate quelle scommuniche, accorgendosi che nissuno dè Uniti veniva da coloro, allora disingannati in parte restarono però con questa falsa opinione che davero tutti gl'Uniti di quella Diocesi in Persona dell'Arcivescovo loro fuossero scommunicati, consequentemente non sarebbero più protetti dalla Chiesa Romana, ed in questa opinione restando cominciarono a diventare più arditi ed ostinati, poichè non avendo più soggezzione dell'Arcivescovo scommunicato, fecero venire nella Città di Mohilovia un falso Vescovo, su-

---

[75] Actus excommunicationis Floriani locum habuit anno 1723, die prima Januarii in ecclesia PP. Soc. Jesu; cfr. *Litterae Basilianorum*, vol. I, nr. 166, pag. 269-271; proinde annus 1737 est inexactus.

detto Gioseppe Volcianski, Scismatico, dal quale in appresso fomentati e maggiormente incorragiti con maggior baldanza s'opponevano all'avanzamento dell'Unione; alla fine poi vennero all'ardire di comettere quel misfatto, che da più anni in qua non s'era veduto, cioè l'ammazzare un Prete Cattolico nel Regno predominato dai Cattolici.

Ed io credo che forse fin'ora sono quelli Scismatici nella sua falsa opinione, che gl'Uniti di quella Diocesi siano davero scommunicati, poichè passando io nell'anno 1739, al mese di febraro (f. 288) per la Città di Sclovia predominata (conforme dissi suopra) dagli Scismatici, ebbi la congiuntura d'abboccarmi con un Monaco scismatico, e doppo che m'avanzai a dirli qualche cosa della fede, dell'Unione, mi rispose sfacciatamente dicendo: Voi altri non essendo con noi, non siete arrivati ad essere coi Latini, mentre li Vostri Vescovi si sentono scommunicare in tutte le città, e per consequenza anche tutti li Diocesani loro, ed appunto siete a guisa di quello che trovandosi appoggiato bene da una muraglia, si stacca da essa, e si mette al mezzo della camera, e non può arrivare colla mano ne a questa muraglia, dalla quale s'è staccato, ne a quell'altra per appoggiarsi.

Nel rispondere a questo suo poco ragionevole discorso, stentai molto per capacitarlo, che quella scomunica precisamente toccava la sola persona dell'Arcivescovo come fosse inobediente ai Decreti Romani, ma non già la sua Diocesi, conforme anche da voi (dissi io) si usa per chi non ubbidisce ai Prelati del vostro Sinodo. Si lasciò alla fine capacitare che questa scommunica non riguardava altro che solo Arcivescovo, ma non mi riuscì convertirlo in quella congiuntura.

Tutto ciò ho accennato precisamente perché portava l'intrapresa sul principio materia, del resto sarebbe sempre vantaggioso e meglio per l'avanzamento della Santa Fede in quelle parti, se non si fuosse venuto mai alla sudetta lite, o almeno se adesso si mettesse qualche riparo che non venghi qualche simile sconcerto, perchè noi altri Missionari potressimo dire con ragione che questa lite porta un gran pregiudizio all'avanzamento della (288v) Santa Fede, se si riflette à quello che passa tra le parti litiganti, attesa anche la situazione del Paese, in cui questi sconcerti succedono.

## 246.

*Vilno, 29. I. 1740.*

*Protoarchimandrita Basilius Polatylo commendat expositionem amplam Caesarei Stebnovskyj, nominati Procuratoris in Urbe.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, 439-440.

Illustrissime, Excell.me et Rev.me Domine,
Domine et Patrone Colendissime.

Tum adhibitos, tum adhibendos, divina opitulante gratia, meos totiusque Congregationis meae (cui ex sancta obedientia praesum) conatus circa pro-

movendam in Septemtrione Sanctam cum Romana Ecclesia Unionem nuper compendiose exposui Sacrae Eminentissimorum Cardinalium Congregationi de Propaganda Fide; praesentium vero exhibitor Pater Caesarius Stebnowski, pro munere Procuratoris in Urbe destinatus,[76] magis luculentam eorum omnium facere poterit relationem, utpote ille qui prope integro quadriennio partes (f. 440) Russiae peragrando confinia Moschoviae circuivit; illi proinde benignam praebendam aurem omnimoda demissione expeto, atque ab eodem proponenda, Ordinemque meum, nostrosque ad propagandam Unionem conatus altissimo Patrocinio, Apostolico Excellentiae Suae zelo et compertis favoribus commendo maneoque

Datt. Vilnae, die 29 Januarii 1740.

Illustrissimae, Excellentissimae et Rev.mae Dominationis Suae
humillimus et obsequ.mus Servus
Basilius Polatylo
O.D.B.M., Proto-Archimandrita (mpr)

## 247.

*Vilno, 20. III. 1740.*

*Expeditur Romam novus Procurator Caesarius Stebnovskyj, ut amplius informet de Russia Unita et labore unionistico quod peragitur.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, f. 456.

Eminentissime et Reverendissime Domine,
Domine et Benefactor Colendissime.

Non disistimus (absit jactantia verbis) exorare Divinam Maiestatem, quatenus Eminentiam Vestram penes diuturnam incolumitatem conservando tum nostra, tum aliorum addicta desideria coronet in sacra persona suae Eminentiae; cuius Apostolicum zelum et indefessos circa propagandae fidei negotia labores novit orbis catholicus; eiusmodi enim Suae Eminentiae zelus, ut alios crediderimus, ita nostros experimur in Unita Russia Operarios adeo inanimat, ut cuncti pro posse eorum in hac Vinea certatim laborando Schysmatis zizania exstirpare enitantur, quorum conatus detulimus equidem anterioribus litteris; quo tamen luculentius omnia suae Eminentiae innotescant et sub ejus auspicijs ulteriores mensurae ad promovendum fidei emolumentum assumantur, censuimus expediendum Romam P. Caesarium Stebnowski, apprime gnarum, qualis sit praesens Unitae status Russiae, utpote qui prope integro quadriennio Lithuaniam, Voliniam et confinia Moschoviae permeando scrutabatur. Eum proinde ab eoque proponenda benignitati Suae Emi-

[76] Procurator Generalis in Urbe Caesarius Stebnowskyj (1740-1744).

nentiae nos denique ipsos et Ordinem nostrum clementissimae protectioni commendantes, manemus in osculo Sacrae Purpurae.

Datum Vilnae, die 20 Martii 1740.

Eminentiae Vestrae Servi humillimi et Exoratores indefessi
Basilius Polatylo, O.D.B.M. Protoarchimandrita (m. pr.).
Thadaeus Jankiewicz, O.D.B.M. Consultor, Super. Zyrovicensis (m. pr).
Theodosius Rimaczewski, O.D.B.M. Consultor, Super. Biten. (m. pr.).
Nicanor Ulinski, O.D.B.M. Proconsultor, Rector Col. Vladim. (m. pr.).
Heraclius Lisanski, O.D.B.M. Secretarius (m. pr.)

## 248.

*Polock, 26. IV. 1740.*

*Heraclius Lisanskyj refert suum fructum missionarium in convertendis Schismaticis, secundum notas biographicas proprias et chronologicas singularum conversionum paroeciarum et Decanatuum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* a. 1742, vol. 713, f. 295-302.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini, Domini
et Protectores mei Clementissimi, Singularissimi.

Primis a meo e Ven. Collegio de Propaganda Fide exitu annis, statum, subsistentiam et labores meos curae animarum dicatos humillimis literis Sacrae Eminentiarum Vestrarum Congregationi detuleram. Post ultimam vero die 16 Januarij 1732 Anno Grodna expeditam, ob summum (qui hoc in Regno ab exotico milite excitatus quatuor circiter annos durabat) turbinem a secura arcentem correspondentia, in hanc usque diem abstinui a deferenda Eminentiis VV. ea, quae a me acta fuere; solummodo Rev.mo Patri Procuratori nostro Romae degenti, exponenda Sacrae EE.VV. Congregationi, communicabam, ratus verbali praefati Procuratoris nostri relatione de me statuque meo, Eminentias Vestras sufficienter fore informatas. Cum autem idem Pater Procurator noster nuper me commonuerit, gratius venire EE. Vestris, dum Alumni suos in Vinea Christi labores propria manu exarant, ego quoque praesentem obligatissimi animi vicariam sacris EE. Vestrarum plantis substernere resolvi, et de me, statu, ac exercitiis meis exactam Eminentiis Vestris dare noticiam statui.

A praefato 1732 anno ad Septembrem 1736 anni,[77] inchoatum in anno 1729 Secretarii ad latus Rnd.mi Patris nostri Generalis officium continuavi, visitans omnia nostrae Congregationis Monasteria, et in manutenenda ubique

[77] Annis 1732-1736 P. Heraclius Lisanskyj Romam non scribebat, ob res commotas Regni Poloniae et interventum Moscoviae in res polonicas, praesertim post mortem Regis Augusti II. Litteram ex anno 1730, 9.XI. cfr. in *Litterae Basilianorum,* vol. I, pag. 251, nr. 208, ubi invenitur sat copiosa nota bibliographica de Lisanskyj (491).

exactissima monastica observantia, eundem Rev.mum Protoarchimandritam, pro virium mearum imbecilitate, ac muneris exigentia, fideli obsequio (f. 295v) iuvi, occupationibus praedicti officii curam salvandae proximi animae nectebam, rudiori populo, plurimis in locis, Cathechismum explicabam, crebro Confessiones excipiebam, nec non in Sacris exedris interdum perorabam. Placuit tandem Superioribus meis ampliorem exercendae animarum curae aciem mihi subministrare anno 1736, Monasterium in Polocensi situm arce, Monachos viginti sex sustentans, meo concrediderunt regimini. Urbs Polock metropolis est Albae Russiae, a limitibus Moschoviae viginti milliaribus Polonicis distat, schismaticis erroribus impune grassantibus subiecta; habet Cathedralem Archi-Episcopi nostri, quae pyrio pulvere a Moschis supposito, in anno 1705 destructa, nunc ingenti sumptu a moderno loci Ordinario reparatur. Hoc in loco, memor solennis in Venerabili de Propaganda Fide Collegio a me emissi voti, laborem meum ac operam pro salute animarum impendere non desisto. Et iam, donante Dei Misericordia, tredecim personas e schismatica caligine, ad lucem Catholicae Fidei, et ad praestandam Visibili Ecclesiae Capiti obedientiam traxi. Duo horum insigniores, Theophilus Olowiaszko, filius Consulis, et Gregorius Lukianowicz, Praefectus Mensurarum Civitatis Polocensis; duo filii schismaticorum Presbyterorum, Timothaeus Owsianka, et Daniel Bluducha; caeteri Cives Polocenses: Gregorius Malochowicz, Joannes Szkred, Gregorius Stefanowicz, Petrus Sawosiewicz, Gregorius Chwiedorowicz, Adam Adamowicz, Zacharias Michalkiewicz, Jacobus et Agatha de Szapenki Sawicka. Hi omnes publica Catholicae fidei professione, et iurata Summo Pontifici (f. 296) obedientia, Sanctae Romanae Ecclesiae in nostra Ecclesia sese univerunt. Uberior assiduos labores fructus sequeretur, si vicina Moschovia sub continuis Albam Russiam non teneret terriculamentis; spargit enim per addictissimos sibi Schismaticos, hac in regione frequentissimos, suum exercitum in Poloniam rediturum, Unitos trucidaturum, et Unitorum ecclesias Rutenorum subversurum; quod in non exculto rudioris populi corde semen catholicae doctrinae suffocat, et nimium timidos ab ingressu ad Petri Ovile arcet.

Quoniam vero imposito mihi a mea Religione Polocensis Superioris muneri, Ill.mus, Excellentissimus et Reverendissimus Dominus Florianus Hrebnicki, Archi-Episcopus Polocen. etc. Vicariatus Generalis, et Visitationum suae amplissimae Dioecesis, per Ducatum Livoniae, tres Palatinatus: Polocensem, scilicet, Vitebscen. et Mscislaviensem, ac duos Districtus Orsanensem et Braslaviesem extensae, Decanatus viginti sex, Parochias vero ultra quingentas complectentis, onus mihi superimponere dignatus est; ideo tum ea, quae in hac Dioecesi Catholicae Fidei propagationem concernunt, tum meos, quos his in officiis saluti animarum, pretiosissimo Christi sanguine redemptarum, lito labores, Sacrae EE. Vestrarum Congregationi deferre aequum debitumque duco. Scio etenim nullo solatio magis Apostolicum Eminentiarum VV. oblectari animum, quam ubi Catholicae incrementum Fidei, frequens animarum conversio, et Alumnos, paternis Eminentiarum VV. gra-

tiis in Venerabili Collegio de Propaganda Fide educatos, in Vinea Christi non otiari, Eminentiis Vestris innotescit.

Suppono anterius Eminentiis Vestris innotuisse, quantum hac (f. 296v) in Dioecesi Fidei augmentum Antecessores praelibati moderni nostri loco Ordinarii fecere, ideoque non recenseo ea, quae anteactis annis acciderunt; ea solum quae moderni Antistis vigilantia, et indefessa sollicitudo Fidei et Ecclesiae Catholicae ab Anno 1716 (quo Ill.mus Florianus Hrebnicki Archiepiscopali Dignitate fuit insignitus) lucrata est, profunda vero eiusdem Pontificis humilitas, et innata modestia forsitan nunquam in publicum Eminentiis Vestris proponendum exire permisit; et quae ego, visitans nonnullos decanatus, in ipsis Moschovitici Imperii confiniis sitos, ecclesias Schismaticorum, catholicis Unitorum ecclesiis contiguas habentes, certa notitia cognovi EE. Vestris expono.

Vidi, Eminentissimi Principes, Protectores mei singularissimi, vidi, inquam anno elapso in Decanatu Siebiezensi duas a Schismate, in Decanatu Osviejensi duas a Lottavica superstitione amplas Parochias non ita pridem extractas; in Decanatu Horodecen., necdum plene visitato, duas ab errore schismatico parochiales ecclesias purgatas. Vidi anno praesenti in Palatinatu Mscislaviensi quindecim, in Orsanensi Districtu viginti octo Parochiales ecclesias, Matri omnium Ecclesiarum Romanae Ecclesiae, annis mox specificandis, unitas. Visitavi summo cordis cum solatio multos Sacerdotes in haeretico Schismate natos, educatos, ac a pseudo-Episcopis schismaticis Ordinatos his annis, afflatu Divini Pneumatis, ab errorum caecitate eductos, per Ill.mum modernum loci Ordinarium, praevia in manibus ejus revocatione, et ab haeresi absolutione, Ecclesiae Sanctae reconciliatos. Indagavi conversionis tempus, et probabilem conversarum animarum numerum, per publicam visitationem cognitum annotavi; atque haec omnia, servato annorum ordine Eminentiis Vestris explano.

(f. 297) 1717. - Anno Millesimo septingentesimo decimo septimo parochia Choslauscensis, animas circiter ducentas complectens, et parochia Korowczynen. cum suo Parocho, R.D. Eustachio Harbuz Bordzilowski, Catholicam Fidem sunt amplexae. Hic Eustachius a Pseudo-Episcopo schismatico Mohilovien. adhuc in anno 1699 in presbyterum ordinatus, ipse quidem Catholicam Fidem professus est anno millesimo septigentesimo decimo quinto; Parochia tamen Korouczynen. vix anno currenti plene schisma eradicavit. A praefato enimvero 1715 anno, ad annum 1730 nonnisi circiter centum animae lumine Catholicae Fidei erant illuminatae; novissimi decem anni uberiorem tulere fructum, ubi Parochus praefatus a suo Pastore, Roma reduce, paternis monitis animatus, et ipsi parochiani odore Pastoralis Benevolentiae allecti, animae circiter quadrigentae Graecum Schisma detestatae, Romanae Ecclesiae sese univerunt.

1718. - Anno Millesimo septingentesimo decimo octavo Paczynensis et Kulikoviensis Parochiae; anno Millesimo septingentesimo decimo nono Zimnicen., animas circiter trecentas, Blahovicensis ad mille animas, Vodvianen. animas prope centum quinquaginta complectentes Parochiae, et Rn.dus Do-

minus Petrus Konstantinowicz, in Schismate ordinatus, Petri Sedem adorarunt.

1720. - Anno Millesimo septingentesimo vigesimo R.D. Stephanus Zurawski, a schismatico Novogrodecen. Metropolita olim ordinatus, Fidem Sanctam amplexus est. Pro hac sua virtute e Beneficio Porzecen. per Schismaticos exturbatus, in praemium suae conversionis a zelosissimo lucrandi animas Pastore suo, Ill.mo moderno Archiepiscopo Polocensi, obtenta prius a censuris absolutione, pascendam Zadnostajensem Parochiam obtinuit.

(f. 297v). 1722. - Anno Millesimo septingentesimo vigesimo secundo R. D. Stephanus Waluzynicz cum integra Parochia Krasnosielen., prope ducentas animas; R.D. Cyrillus Raduta cum Parochia Kudzinensi, animas circiter ducentas quinquaginta complectentibus, a schismatici Pastoris (qui eos ordinaverat) obedientia recessere et cum ampla Holowczynen., tituli S. Salvatoris, Parochia, animas adultorum quadrigentas numerante, Vicariam Christi in terris potestatem supra se recognoverunt.

1723. - Anno Millesimo septingentesimo vigesimo tertio R. D. Maximus Budzinski, Parochus Holowczynen., ad ecclesiam SS. Triadis, cum trecentis parochianis, Catholico gregi sunt annumerati.

1724. - Anno Millesimo septigentesimo vigesimo quarto parochia Chociatovien., animas prope centum quinquaginta complectens, Romano Pontifici debitam vovit obedientiam.

1725. - Anno 1725 R.di Domini Alexander Cytowicz et Nicephorus Bielacki, actu Presbyteri, nec non ducenti Czerekovien. parochiani Fidem Catholicam sunt professi.

1726. - Millesimus septingentesimus vigesimus sextus annus duarum amplissimarum parochiarum, et duorum schismaticorum Parochorum conversione felicissimus, videlicet R. D. Symeon Klimontowicz cum Novobychovien. grege, ultra mille animas, R. D. Leontius Kozlowski cum Taymanoviensi ovili, ad mille animas numerantibus, in Parochia quoque Pietuchovien. rus Kuzmienicze dictum, animas prope centum claudens, in catholica Christi pascua sub Pastolarem Petri vigilantiam venêre.

1727. - Anno 1727 R. D. Theodorus Sawinicz, cum sua Lozovicen. Parochia, ex animabus circiter octingentis congregata, iurisdictionem Sedis Apostolicae recognovit. Eodem anno Sanctimoniales, in pago (f. 298) Mozolowszczyzna dicto, ab antiquis Schismaticis fundatae, veram Evangelii lucem aspexere. Chara et inaestimabilis harum Christi Sponsarum conversio insigni Catholicos, praecipue vero nostrum Ordinem (cuius filii summopere aeternam harum Virginum salutem curarunt) perfudit solatio. Hoc unicum dolendum, quod et conversae eandem vitae normam tenere, prae nimia paupertate, adiguntur, quam ante conversionem habuerunt! Non enim illis vita communis, aut praescripta a SS. Canonibus habetur clausura! ast quaelibet proprio manuum labore ad amictum necessaria sibi conquirere obligatur! Liber Saecularibus utriusque sexus ad eas patet aditus! Tantus disordo adhuc in solo hoc maneret Monasterio, sed (proh dolor!) omnia Sanctimonialium Ritus nostri Monasteria, ordinariae Archiepiscopi subiecta jurisdictioni (quatuor

universim numerantur), in hac Dioecesi sita, ob nimiam fundationis tenuitatem, et extremam Monasteriorum inopiam occludi nequeunt, nisi Eminentiae Vestrae pro innata sua clementia, et Eminentissimo Apostolico zelo aliquod efficax medium obviandi huic disordini provideant. Vocatas a Deo ad monasticam vitam virgines ab ingressu ad Religionem arcere, durum videtur et Schismaticis scandalosum; Professas vero, ad manutenendam competentem tanto statui disciplinam claudere, summa egestas reddit impossibile. Sed ad laetiora, et quae insignissimo Eminentiarum VV. Apostolico zelo aliquantulum correspondent, revertar.

1728. - Anno 1728. Parochia Czerniovien. trecentas quinquaginta.

1729. - Anno 1729. Parochia Botvinovien. centum animas.

1730. - Anno 1730. Svatoszynen. ecclesia ad bis mille animarum ad obedientiam oecumenici Pontificis accessu Ecclesiae (f. 298v) Catholicae annumerarunt.

1731. - Anno 1731. R. D. Paulus Siedlecki, relictis schismatica lue infectis ovibus, ipse ad Fidem Sanctam accessit, et ex manibus moderni Archiepiscopi Polocen. (ejurata haeresi) honestae sustentationis modum obtinuit. Eodem anno feliciori nexu Sanctae unitus est Ecclesiae R. D. Marcus Vierouko, quia et ipse, et integra Mackoviensis Parochia cum illo vocem Catholici Pastoris caepit audire. Idem ipse annus sacram lucri animarum cupidinem in corde Archi-Episcopi ferventem abunde saciavit, dum in oppido dicto Szacilow, a solita Archiepiscopi Polocen. residentia tribus leucis germanicis distante, gratiosa S. Nicolai Miren. Icone claro, ante hac supersticioso Schismaticorum concursui patente, uno die, Festo scilicet translationis SS. Lypsanorum S. Nicolai in Barum, die 20 Maij a Rutenis celebrari solito, tantae schismatici populi multitudini, et Catholicae Fidei professionem ipse praelegit, et publicam ab haeresi absolutionem, authoritate a Sede Apostolica sibi delegata, impertitus est Archiepiscopus, ut excipiendis neoconversorum confessionibus insignissima moderni nostri Protoarchimandritae, pro tunc Superioris Polocen., R.mi Patris Don Basilii Polatylo (qui et ipse praecipuus praefati populi conversionis cooperator extitit) Vicarij sui, et Concionatoris Basilianorum, duorum ex Ordine Praedicatorum, et duorum ex Seraphico Ordine Religiosorum, nec non aliquot saecularium Sacerdotum, ad hanc cooperationem ab Ill.mo moderno Archiepiscopo vocatorum, et in Socios laboris sui assumptorum charitas, et fixa in confessionalibus sedulitas vix ea die potuit sufficere.

1732. - Annus Millesimus septigentesimus trigesimus secundus, hoc potissimum Unioni secundus, quod quinque populosas parochias, Strykalovien. videlicet, Radomlen., Zarubescen., Osoviecen (f. 299) ac Trebuchovien, et parochum schismaticum Jacobum Ruklanski in manibus ejusdem Pastoris Polocen. schisma ejurantem, animas in universum ad quater mille sexcentas ex haereticis tractas tenebris, catholicae luci donavit.

1733. - Annus 1733, licet post nunquam satis dolenda Serenissimi Augusti II, Poloniarum Regis, fata, Patriam et potissimum Rutenos catholicos nimis afflixit, dum numerosissimum Moschoviticum militem, iuratum Sacrae

Unionis hostem, in Magnum Ducatum Lithuaniae et Regnum Poloniae invexit, attamen et hac ipsa tempestate de turbido schismatis profundo enatantes parochia Malaticen. animas prope centum complectens, Presbyter Zacharias Chociatowski, Parochia Vilczycen., animas circiter centum quinquaginta numerans; et in parochia Szaripensi ter centum animarum, necnon Athanasius Broncewicz, et Spiridion Czulec, in schismate nati et educati, ad Fidem, statum clericalem, et Sacrum Presbyteratus Ordinem, per eundem loci Ordinarium Polocen. evecti, vivam Catholicae Fidei aquam hausêre.

Tres anni qui mox subsequebantur, continuis hoc in Regno calamitatibut, et immani Moschovitici militis barbarie memorabiles, exactam Pastorum vigilantiam demonstrarent, si illi non iam aberrantes oves ad Christi Ovile reducerent, sed saltem cunctas oves in suis ovilibus reperibiles a rapina lupi impune grassantis defenderent. Verum in hac proxima Moschoviae Dioecesi, illis ipsis etiam annis, nempe Anno 1734, Presbyter Theodorus Kolunowski, et parochia Zbyszynen., animae circiter centum. (f. 299v) Anno 1735. — Cosmas Czyhryn, iuvenis earum qualitatum, quae post abjurationem schismatis, et sacerdotalem characterem, et Vodvianen. beneficium curatum ipsi conciliarunt.

Anno 1736. Parochia Boscinovien., ad ter centum animas complectens, nec non Demetrius Makarzewicz, ejurata haeresi, sacerdotio insignitus ac Zbyszynen. Parochus creatus, ad Christi Ovile, sub obedientiam Summi Pontificis redierunt.

1737. - Annus 1737 Regnum hoc ab exotico milite liberavit, et tres parochias, scilicet Slaunovien., Tomsinen. et Paszkovien., ultra quingentas animas complectentes, quatuor quoque viros Romanum Slaunowski, Symeonem Wierowka, Petrum Paciomkowicz et Mathiam Zubakowicz, in schismate natos, in Fide Catholica presbyteros factos, Romanae Ecclesiae annumeravit.

1738. - In principio anni 1738 Josephus Stratonowicz et schisma detestatus et in presbyterum est chyrotonizatus. Ipsa vero Immaculatae Conceptionis Virginis Sacratissimae Festivitate, in Abbatiali Borisohlebensi Polocensi, Ill.mi nostri Archiepiscopi ecclesia, primarius huius Civitatis Satrapa, vir aetate quinquagenarius, zelosissimus schismaticae haeresis propugnator, hac in Urbe omnibus notus, et ab omnibus Schismaticis veluti suae sectae antesignanus, speciali cultu habitus, Stephanus Sicienko arrisit tandem diuturno loci Ordinarii desiderio, ubi post multas in familiari discursu crebro cum ipso institutas de Fidei articulis disceptationes, solidissimis tum ipsius Archiepiscopi, tum nonnullorum nostri Ordinis Religiosorum convictus argumentis, adstante prae stupore attonito numerosissimo ad Divina audienda congregato populo, et schisma in manibus ipsius praelaudati (f. 300) Archiepiscopi abjuravit, et generali confessione suam expiavit conscientiam coram D. Auditore eiusdem Praesulis, et Sacram Synaxim inter Missarum solemnia de Pastorali Dextera suscepit.

1739. - Anno 1739. Feliciora Catholica Fides habuit incrementa, quia quatuor schismatici Presbyteri, nempe: Michaël Demianowicz, Paulus Szy-

lo, Jacobus Polykarpowicz, et Gabriel Zaruba, nec non quinque populosissimae Parochiae: Volczanen., ad mille, Laninen., ad trecentas septuaginta, Czyrynen., ad quadringentas, Litvinovien., ad quadringentas septuaginta, et Chaminensis ad ter centum animas numerantes, Catholicis sese univerunt. Coronavit hunc annum sua ad fidem conversione R.dus Pater Laurentius Koroncewicz, vir aetate gravis, doctrina apud suos conspicuus, professione Monachus, qui publici ordinarii schismaticae ecclesiae Concionatoris munus in Urbe Polock obibat. Hunc qua monitis, qua dulci conversatione ad conversionem Ill.mus modernus loci Ordinarius allexit, conversum prius in sua Aula paterne fovit, tandem in Abbatiali suo Monasterio, in eadem civitate Polocen. trans fluvium situato, locavit, ut et ipse conversus exactam monasticae vitae iuxta Regulas S. Patris nostri Basilij Magni disciplinam addisceret, et eos, qui se schismate praedicantem libenter audiverunt, Unitus exemplo suo et verbo ad catholicam vitam pertraheret.

1740. - Currens autem annus 1740 ineffabili cor meum perfudit solatio, ubi in actu visitationis Decanatus Bychoviensis ecclesia suburbana Bychovien. tituli S. Georgij Martyris, et Parochia ad illam spectans, fidelium animas prope mille, Parochia Daszcovicen., prope ter centum quinquaginta animas numerantes, (f. 300v) Unioni Sanctae cor et nomen inscripsere, ac idoneos Parochos ab Ill.mo loci Ordinario Polocensi obtinuere. Immediate vero ante meum illuc adventum, in Decanatu Horecensi Parochia Horodiscensis, ad quadringentas animas complectens, in parochia Horecensi animae bis centum, in Horscensi animae quingentae, in Kocieloviensi animae circiter ducentae et Michaël Swita Sacris initiandus Ordinibus Romanam Fidem sunt amplexi.

Hoc est, Eminentissimi Domini Protectores mei, hoc in septem Decanatibus (quos solos his duobus annis, publicis Religionis nostrae et Monasterii meo regimini subjecti negotiis impeditus, potui visitare) Unionis Sanctae incrementum, quod prout tum Parochi sub nexu juramenti, tum Collatores visitatarum ecclesiarum, tum ipsemet per me in actu visitationis congregatus et examinatus populus in Verbo veritatis coram me deposuerunt, ita ego pro mea jurata Sacrae Congregationi fidelitate, id totum sincere et fideliter Eminentijs VV. expono.

Ast dum alienam (ipsius videlicet vigilantissimi huius Archidioecesis Pastoris) uberrimam messem Eminentijs VV. praesento, et meos exiguos reticeo labores, prae iusto timore ne contra solenni obstrictam voto debitam Eminentijs VV. peccem fidelitatem, id ingenue fateri cogor, quod illas supra expressas novellas Vineae Christi plantas, quas Ill.mus modernus Archiepiscopus Polocen. plantavit, ego rigare, et colere toto virium conatu enitor. Spreta asperrimae hyemis (f. 301) intemperie, non apprehenso Schismaticorum rumore, vicinae monarchiae Moschoviticae inevitabilem vindictam minante, per viarum incommoda, per ipsos Moschoviticos limites, incommodissima pauperrimorum parochorum ergastula visito, in qualibet parochiali ecclesia Christianam doctrinam, congregato pro visitatione populo,

praedico, devia in viam rectam reducere, confracta alligare, plantata solidare, Clerum reformare, mores eorum corrigere, ordinationibus, Sancitis Apostolicis et Sacris Canonibus conformibus in scripto relictis, ad exacte satisfaciendum Parochiali Officio manuducere, cunctos denique in Fide Catholica et Christianos decente vita manutenere incessanter studeo.

Et certe, Eminentissimi Principes, messis est multa in hac Alba Russia, et operarii non sunt quidem pauci, tanto tamen operi minus idonei. Maxima enim in parte Clerus noster saecularis rudissimus, vix Sclavonicum tantum idioma callens. Nullum in tam ampla et populosa Dioecesi invenitur Seminarium, nullos iuvenes, ad Clericalem aspirantes Statum, debite educandi datur modus. Si Eminentiae Vestrae aliquo medio, suo altissimo iudicio adinvento, huic Dioecesi subvenire dignarentur, uberrimus procul dubio haberetur fructus, flagrantissimo Eminentiarum Vestrarum desiderio lucrandi animas arrisurus. Si enim in septem Decanatibus, a (f. 301v) me visitatis, perrudes operarios sola pastoris sui informatione animatos, tantum gratia Dei produxit fidei incrementum, quid non esset sperandum, si docti et tanto operi apti haberentur in Ritus nostri saeculari Clero operarii? Ego, quantum in me erit, misericordissima Omnipotentis Dei adjutus Providentia, et suprema Eminentiarum Vestrarum instructus Benedictione, etiam residuos huius amplissimae et populosissimae Archidioecesis novemdecim Decanatus visitare, et reperibilem in iis Sanctae Unionis successum (spero pariter fortunatissimum) Eminentijs Vestris secuturis literis meis fideliter deferre curabo, nullique parcam labori, quin illi altissimo lucrandi animas pretiosissimo Jesu Christi Sanguine redemptas fini, a protectrice Eminentiarum Vestrarum gratia, in Martyrum gymnasio, Apostolorum Seminario (nuncupo Venerabile Collegium de Propaganda Fide) mihi praefixo adamussim correspondeam, et incessantem Eminentiarum Vestrarum promerear protectionem. Nil enim mihi in vita iucundius, nil fortunatius et desiderabilius accidere potest, quam tum anteactos iugi memoria et obligatissimo animo recolere favores, tum consecuturos meos quotidie in Vinea Christi exercendos labores promereri Eminentiarum Vestrarum gratias, quibus ubi me prostratus ad pedes Eminentiarum Vestrarum humillime recomendo, penes reverentissimum Sacrae Purpurae osculum, suprema Eminentiarum Vestrarum mandata (f. 302) expecto et expeto manens cum perennatura obligatione.

Polociae, die 26 Aprilis 1740.

Eminentiarum Vestrarum obligatissimus et humillimus Suppedaneus
HERACLIUS LISANSKI
Ord. D. Basilij M. Secr., Alumnus V. Coll. de Prop. Fide,
S. Th. D., Off. et Visit. Generalis totius Albae Russiae,
Superior Polocensis (mpr)

(fol. 302v) - Risp. 26 Augusti 1741.

## 249.

*Polock, 17.V.1740.*

*Heraclius Lisanskyj, Alumnus olim Romanus, reddit obsequia Congregationi et certiorat de occisione sac. Emiliani Klimontovycz.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* a. 1742, vol. 713, f. 294rv, 303.

Em.mi et Reverendissimi Domini, Domini
et Protectores mei Singularissimi.

Laetum die 26 Aprilis elapsi[78] de non pauca Catholicae Fidei his in oris propagatione transmisi nuntium, hodie lugubre cogor S. Eminentiarum VV. Congregationi repraesentare factum. Rubet etiam nunc hac in Regione Unita cum Sancta Romana Ecclesia Russia, ubere fuso pro Fide Catholica sanguine, et in orthodoxo Regno Schisma vesanam saevit in Unitos. Anno currenti die 27 Aprilis in Districtu Orsanen., in Comitatu Bychovien., Bonis Ill.mi Comitis Sapieha, Venatoris Magni M.D. Litt., penes oppidum dictum Sidorowicze (f. 294v) Admodum Rn.dus D. Emilianus Klimontowicz,[79] Dacanus Bychowiensis, Parochus Moszonacen., speciali propagandae Catholicae Fidei zelo insignis, mandata sui Pastoris exequens, ecclesiam a praefato Ill.mo Comite Unitis destinatam, praesentato iuxta iura Patronatus ab eodem Ill.mo Comite Presbytero regendam tradere appropinquans, a Schismaticis immanissime trucidatus est. Athomae tanti facinoris circumstantiae necdum mihi innotuerunt; integram hanc tragoediam ab ipso Ill.mo nostro loci Ordinario Eminentiis VV. describendam spero. Ego vero, postquam iuratae meae satisfaciens obligationi, ipsum factum breviter expresserim, spero laetiora circa continuationem coeptae visitationis huius Dioecesis reperta (f. 303) sequentibus Eminentiis Vestris deferre; et penes et reverentissimum Sacrae Purpurae osculum, maneo Emin.rum Vestrarum oblig.mus et humillimus Suppedaneus

Heraclius Lisanski
Alumnus V. Coll. de Prop. Fide, Ord. D.B.M.
Secretarius, Officialis et Visitator Albae Russiae,
Super. Polocensis (mpr).

Polocia, die 17 Maij 1740.

## 250.

*Krasnopuscza, 3.VI.1740.*

*Alia Provincia mittit quemdam Procuratorem specialem in Urbem ad informandam Sanctam Sedem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, f. 462.

---

[78] Cfr. litteram praecedentem nr. 248, pag. 63-70.

[79] De Emiliano Klimontowicz, Decano Bychoviensi, occiso a Schismaticis cfr. documentum 245, pag. 59-61.

Emin.mi ac Rev.mi Domini, S.R.E. Principes Cardinales,
Domini et Patroni Colendissimi.

In unum redacta corpus Basiliana Russiae Monasteria, uti primum quoad meliorem ordinem esse a faventissimis Eminentiarum Vestrarum sunt nacta patrociniis, ita ulteriora quoque ad eiusdem conservationem efflagitant subsidia. Nec ambigimus sane in nova Congregatione nostra exoptata nos recepturos solamina, dum expeditus a nobis specialis Procurator ad osculum S. Eminentiarum Vestrarum Purpurae facile admittetur, singulaque desideria nostra expertae Eminentiarum Vestrarum subjiciens protectioni, benignam pro iisdem resolutionem, et decisionem implorabit. Quo certior autem de obtinenda Eminentiarum Vestrarum gratia spes nobis affulget, eo maiori cum alacritate Sacris Eminentiarum Vestrarum advolvimur fimbriis, unaque profitemur, quod intra spheram profundissimae adorationis simus.

Eminentissimarum ac Rev.marum Dominationum Vestrarum humillimi et obsequentissimi Clientes.

In Monasterio Krasnopustinen., die 3 Iunij 1740.

PATRICIUS ZYRAWSKI, Ord. D.B.M., Protoarchimandrita (mp).
INNOCENTIUS LIPNICKI, O.D.B.M., Consultor (mp).
GEDEON KOZUBSKI, O.D.B.M., Consultor (mp).
HYPATIUS BILINSKI, O.D.B.M., Consultor (mpr).
GABRIEL POZNACHEWSKI, Ord. D.B.M. Proconsultor (mp).
PAPHNUTIUS MANKOWSKI, Ord. D.B.M. Secretarius (mp).

## 251.

*Varsavia, 14.XII.1740.*

*Heraclius Lisanski de sua activitate in Alba Russia, de adventu Varsaviam, de Brevi ad Regem scribendo etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, f. 491-492.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini,
Domini Protectores mei Singularissimi.

Requisitus ab Ill.mo et Rev.mo Domino Floriano Hrebnicki, Archi-Episcopo Polocen. et suae voluntati, et meae juratae negotia Fidei Orthodoxae promovendi obligationi satisfacturus, longinquum ex Alba Russia usque Varsaviam, hacce incommodissima autumnali tempestate, iter perfeci. Ast non inventa iam tum Serenissimi Poloniarum Regis,[80] tum Ill.mi Excellentissimi et Rev.mi Domini Nuntii Apostolici Varsaviae subsistentia, intellectoque

---

[80] Rex Poloniae Augustus III Saxo, qui saepe in Saxoniam (Dresdam) proficiscebatur.

Literas Apostolicas ad Suam Maiestatem, Eminentissimum et Rnd.mum Dominum Cardinalem Lipski [81] et varios Regni Proceres directas et opportuno tempore per generalem Ordinis nostri in Urbe Procuratorem Varsaviam transmissas, ante meum adventum iis, ad quos inscriptae erant redditas fuisse; hocce praestantissimum et efficacissimum tum vindicandae injustae necis impie trucidati Decani Bychoviensis, Klimontowicz dicti, [82] tum eradicandi ex Alba Russia Schismatis ab Eminentiis VV. porrectum remedium quidnam fuerit operatum, suppono EE.VV. ab ipso praelaudato Excellentissimo Domino Nuntio Apostolico, prudentissimo huius negotii Directore, et zelosissimo Promotore innotuisse. Ego autem humillime ad (f. 491v) Pedes EE.VV. prostratus hoc unicum deferre valeo, quod Ill.mus et Rev.mus Dominus Archiepiscopus Polocen. vigilantissima continua sollicitudine ac non parvis sumptibus et schisma ex sua amplissima Dioecesi evellere, et intrusum pseudoepiscopum Mohilovien. Wolczanski [83] e Catholico Regno, mediantibus Regiis Rescriptis, eiicere satagit indefesse; ad quae Rescripta obtinenda Eminentissimus Cardinalis Lipski,[84] nec non omnes Illustrissimi, Excellentissimi et Rn.dissimi Domini Episcopi Ritus Latini Pastorales Archi-Episcopi Polocensis conatus suo zelo, Senatoria authoritate et ferventi interposita prece ad Serenissimum Regem penes suum felicem, Deo dante, in Polonia ex haereditariis Principatibus regressum fortissimam ferre opem appromittunt. Sed haec omnia media ad assequendum nostri, verius dicam, Fidei Catholicae negotii optatum finem proderunt, inquantum EE.VV. novum a Sanctissimo Patre et Domino Nostro, Pontifice Maximo, ad Serenissimum Poloniarum Regem Breve Apostolicum obtinere et ad manus Archi-Episcopi Polocen. transmittere dignabuntur (f. 492). Permovendus est enim Rex Serenissimus, ut piissima Genitoris sui Augusti II (qui duos pseudoepiscopos Mohilovien. Schismaticos, unum scilicet Sylvestrum Polchouski,[85] a suamet Majestate ad male narrata nominatum, alterum Berlo,[86] a Moschis missum, obsequendo postulatis Sanctae Sedis Apostolicae, ex Civitate Mohilovien. et e Regno eiecit) sequendo exempla, toties dictum pseudo-episcopum Wolczanski e Regno proscribere velit. Hac accidente EE.VV. gratia, firmam spem concipio, Eminentissimi Patres, brevi insignes Fidem Catholicam in Alba Russia habituram progressus, et assiduas Ill.mi Archi-Episcopi Polocensis curas, nec non meam exiguam cooperationem Apostolico EE.VV. consilio (gratia Dei adjuvante) solatium allaturas. Haec

---

[81] Nuntius Ap. Varsaviensis tunc temporis erat Fabritius Serbelloni (1738-1746), Cardinalis Joannes Lipski, Episcopus Cracoviensis (1732-1748), nominatus die 20.XII.1737, obiit 20.II.1747.

[82] De Emiliano Klimontowicz, Decano Bychoviensi, trucidato a Schismaticis cfr. notam 79.

[83] De Josepho Volcanskyj cfr. supra notam 74.

[84] De Joanne Lipski cfr. notam 81.

[85] Serapion Polchovskyj, Episcopus Mohiloviensis non unitus (1697-1704).

[86] Arsenius Berlo, Episcopus Mohiloviensis (1729-1733); non agnitus a polonis, et nova electio parabatur; sed translatus fuit initio anni 1733 in Episcopum Perejaslaviensem.

ubi iurata EE.VV. expono fidelitate, incessantem EE.VV. mihi imploro Protectionem, et penes humillimum Sacrae Purpurae osculum maneo.

Varsavia, die 14 Decembris 1740

Eminentiarum Vestrarum humillimus, obsequentissimus et obligatissimus Servus

HERACLIUS LISANSKI
ODBM Secretarius, Vicarius Generalis Albae Russiae,
Sup. Pol. (mp).
Ven. Coll. de Prop. Fide Alumnus

## 252.

*(Roma), ... 1740.*

*Procurator in Urbe Stebnovskyj de quodam negotio ad Secretarium de Prop. Fide.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, f. 498.

Ill.mo e Rev.mo Signore, Padrone Singularissimo.

L'annesso foglio ho fatto in fretta sul riflesso che si dovrebbe discorrere quanto prima sulla contenuta in esso materia; caso poi che non s'avesse trattare così presto il contenuto affare non mancherò di metterlo in miglior ordine e polizia. Farà V.S. Ill.ma per l'amore della Santa Religion Cattolica, quando si compiacerà di compatire e la confidenza e l'incommodo che vengo a recarli nelle presenti congiunture ed io sin'a tanto che sarò vivo me ne glorierò d'essere costantemente

Di Vostra Signoria Ill.ma e Rev.ma
divotissimo, oblig.mo Servidore vero
CESAREO [87] (mpr).

## 253.

*Polocia, 1.X.1743.*

*Heraclius Lisanskyj, Consultor Generalis, refert de sua vita et activitate ut Alumnus pontificius, nec non quaedam narrat de Capitulo Generali Dubnensi et sua activitate, ut Vicarius Generalis Albae Russiae et Superior Polocensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, fol. 624-625v.

---

[87] Caesareus Stebnowskyj, Procurator Generalis in Urbe (1740-1744).

Emin.mi et Reverendissimi Domini,
Domini et Protectores mei Singularissimi.

Per tres circiter annos reverenter abstinui a literali coram Eminentijs VV. comparitione;[88] continuo tamen Rev.mum Patrem Procuratorem Ordinis nostri Romae degentem de me meisque exiguis in Christi Vinea laboribus informavi; ut ille, captato tempore, Eminentijs VV. scienda exponeret. Nunc, tum jurata fide, tum praesentibus circumstantijs animatus, resumo pennam, et me gratiosissimis Eminentiarum VV. sisto plantis.

Non otior hisce in oris, ad limites Moschoviae sitis, verum pro imbecillitate virium mearum, Dei adjuvante gratia, lucrandis animabus pretiosissimo Christi sanguine redemptis incumbo. Porto onus Vicarij Generalis et Visitatoris vastae Archidioecesis Polocen. et totius Provinciae Alba Russia nuncupatae. Quantum monasticae permittunt occupationes, reliquum tempus visitandae Dioecesi impendo, et penes Actum Visitationis in unaquaque ecclesia Parochiali Verbum Dei praedico, Clerum, alias rudissimum, quantum possum, erudio, nec non ex populo, promiscue cum Haereticis et Schismaticis habitante, vitia extirpare conor.

Verum est Ill.mum et Rev.mum Dominum Florianum Hrebnicki, Archi-Episcopum Polocen., tanta circa concreditum sibi Ovile vigilantia excellere, ut nihil desideretur, quod ille non facit, quatenus in sua Dioecesi Catholica Fides, et optimi Christiani mores floreant incessanter. Hisce etiam prope tribus annis numerorissimae Parrochiae Sochonen., Morohovien., Popielovien., Dobrosielen., Koszanen., Kaniczen., in Mscislavien. Palatinatu, et Dombrovnen., in Orsanen. Districtu sitae, vocem (f. 624v) Pastoris audierunt, et Archi-Episcopali cura a Graecis erroribus ad Romanam Fidem accesserunt. Nihilominus (absit gloria verbo) et in his revocandis, et in alijs juvandis lucrandisque animabus meus quoque labor cooperabatur.

In hac ipsa Urbe Polocen., Metropoli Albae Russiae (misericordissima Dei Gratia juvante) variae conditionis homines, in annexa scheda conscripti, schismaticam haeresim proscripserunt, et tum in meis, tum, de meo consensu, in mihi subordinatorum Religiosorum manibus Catholicam Fidem sunt professi. In Thaddulinen. Oppido, cum in neo-fundatum ab Excell.mo Comite Oginski, Notario Magno Magni Ducatus Lituaniae, Monasterium nostri Monachi solemnem, me duce, facerent ingressum, et numerosissimus solemni Divinorum celebrationi, ac nostris concionibus adfuisset populus, civis una Holomyscen., non postremae notae domina, dicta Melania Siniewiczowa Fidem Catholicam professa, et ab haeresi per me absoluta fuit.

Memor jurati debiti mei, nunquam desistam Vestris, Eminentissimi Patres, obsequi votis; ineunte hyeme, spretis viarum incommodis, iterum

---

[88] Heraclius Lisanskyj ultima vice ad S. Congregationem scripsit die 14.XII.1740; cfr. supra documentum nr. 251.

Visitationem Dioecesis instituam, et quos Gratia Dei salutares terminabit fructus Eminentijs VV. fideliter deferre non negligam.

Anterius iam hoc Apostolicum perfecissem iter, nisi me peractum de mandato Eminentiarum VV. Dubnae Monasticum nostrum Capitulum impedijsset.[89] Cum enim Dubna, Civitas ab hac Urbe ultra centum quinquaginta leucas Polonicales (f. 625) distaret, fere totam aestatem in via et in Capitulo consumpsi. Quanti motus in illo Capitulo a Monachis in Congregationem de mandato Summi Pontificis redigendis, nonnullorum Praelatorum Patrocinio innixis, concitati! quantae et quales scandalosae, et Sanctae Apostolicae Sedis Authoritati injuriosae propositiones prolatae fuerant! Credo iam Eminentijs VV. ab Ill.mo, Excellentissimo et Rev.mo Domino de Lascaris[90] (qui nomine Sanctae Sedis, loco Ill.mi, Excellentissimi et Reverendissimi Domini Nuntij Apostolici nostro interfuit Capitulo), Episcopo Zenopolitano innotuisse. Iste dignissimus, et pro Sede Petri, ac pro justitia zelantissimus Praelatus inenarrabili prudentia, summo labore et incomparabili activitate, mandata Vicariae in terris Christi Domini Potestatis exactissime exequi nitebatur; et certe irrito effectu Dubnense Capitulum[91] dissolveretur, nisi insignissima praelaudati Praesulis dexteritas, in multa patientia et longanimitate res nostras feliciter direxisset. Ego speciali, (qua indignus Ven. Collegij de Propaganda Fide Alumnus) jurata obligatione stimulatus non dissimulavi, nec tacui, ubi visibilis in terris Christi Potestas, oraculum Summi Pontificis oppugnabatur. Plurimis me opposui, et aversam Potentum faciem veneratus non erubescens, Pontificium Decretum Sacrosancte observandum urgebam. Ast per hoc magnum incurri odium tum nonnullorum Praelatorum, tum multorum Monachorum, Sancitum Eminentiarum Vestrarum impugnantium, qui et in supradicto Capitulo varijs modis inique me vexarunt, et nunc meae iniustissime inhiant oppressioni. Quare prostratus ad beneficos Eminentiarum Vestrarum pedes potentissimam imploro Protectionem. Munite me (625v), Eminentissimi Patres, clementissimo Vestro patrocinio, in officijs a Sancta Religione pro labore non pauco mihi collatis, suprema Vestra authoritate manutenete gratiosissime. Ego vero clementia Eminentiarum Vestrarum protectus, strenue in Vinea Christi laborare, et Eminentijs Vestris fidelissime obsequi satagam.

Rev.mus Pater Caesarius, Procurator Generalis Ordinis nostri,[92] omnium

---

[89] Habuit partem in Capitulo Generali Dubnensi in aestate (27.V-12.VI) an. 1743, in quo Basiliani in unum coaluerunt Ordinem.

[90] Capitulum Generale Dubnense celebratum fuit die 27.V-12.VI.1743. In hoc Capitulo nomine Nuntii Varsaviensis Fabritii Serbelloni praesidebat Theatinus Georgius Maria Lascaris; professus an. 1724; venit in Poloniam an. 1731; 1738-1740 Rector Pont. Coll. Armenorum et Ucrainorum; 1741-1754 Episcopus Zenopolitanus, dein Archiepiscopus Theodosiopolitanus (1754-1762) et demum Hierosolymitanus (1762-1795); natus fuit 16.II. 1706; obiit Romae 11.XII.1795. Cfr. *Hierarchia Catholica*, vol. VI, pag. 235, 402, 450.

[91] Capitulum Generale Dubnense, an. 1743, 27.V-12.VI, in quo Basiliani in unum coaluerunt Ordinem.

[92] Caesarius Stebnowskyj, Procurator in Urbe (1740-1744).

optimè gnarus, luculentius et plenius informabit Eminentias VV., a quo et quales patior, nec non ulteriores rationabiliter timeo oppressiones. Ego dum anterius appromissam mihi clementissimam Eminentiarum VV. protectionem incessanter flebili voce imploro, in reverentissimo Sacrae Purpurae osculo maneo.

Polociae, die 1. 8bris 1743.

Eminentiarum Vestrarum humillimus, oblig.mus, et obsequ.mus Servus

HERACLIUS LISANSKI
Alumnus Venerabilis Collegij de Propaganda Fide,
Ord. S. Basilij M. Cnstr.,
Vicarius Generalis Albae Russiae,
Superior Poloc. (mpr).

## 254.

*Polocia, 1.X.1749.*

*Catalogus conversorum ad fidem catholicam a Heraclio Lisanskyj suisque subditis Basilianis in Alba Russia.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, fol. 634.

Cathalogus Personarum, quae in Ecclesia Cathedrali Polocen., in manibus Patris Heraclij Lisanski, Alumni Ven. Collegij de Prop. Fide, Monachi Basiliani, Superioris Polocen. et aliorum Monachorum sub suo regimine habitantium, cura eorundem, schismate et haeresi Graecorum ejuratis, Catholicam Fidem sunt professi, ab Anno 1740 finito, ad diem primam 8bris 1743.

*In Anno 1741.*

Die 26 Febr. Cyrillus Parfionow, Moschovita.
Die 10 April. Philippus Dubinka, Civis Polocen.
Die 10 April. Michaël de Zapolocie.

*In Anno 1742.*

Die 13 Febr. Gregorius Iwanow, Oriundus ex Moschovia.
Die 31 Mart. Basilius Mikitowicz, Civis Polocen.
Die 29 April. Procopius Orech, Civis Polocen.
Die 29 April. Symeon Korotki, Civis Polocen.
Die 30 Maij Helena Zachoza.
Die 20 Xbris Theodorus Gryszkow, Oriundus ex Moschovia.

*In Anno 1743.*

Die 20 Mart. Helias Kabiak, Civis Polocen., inter primarios cives, opibus et authoritate conspicuus.
Die 20 Mart. Isaac Kabiak, filius modo dicti Heliae Kabiak.
Die 25 Mart. Joannes Koziol, Civis Polocen.

Die 12 April. Anna Karzynska, Civis Polocen.
Die 13 April. Joannes Salinski, Civis Polocen.
Die 14 April. Josephus Panasowicz, Civis Polocen.
Die 14 April. Petrus Parfianowicz, Civis Polocen.
Die 1 Maij Gregorius Michnikiewicz, Civis Polocen.

Anno Domini 1743, Die prima. 8bris. — Ego infra scriptus hos omnes, in hac scheda expressos, ejuratis Graecorum erroribus, Catholicam Fidem, juxta Formulam a fel. rec. Urbano VIII, Pontifice Maximo, pro Orientalibus editam, esse professos testor; et pro majori fide me propria manu subscribo. Datt. in Monasterio nostro Arcis Polocen., die 1.8bris, Anno ut supra.

Heraclius Lisanski
Ven. Collegij de Prop. Fide Alumnus,
Ordinis S. Basilij M. Cnstr,
Vicarius Generalis per Albam Russiam,
Spr. Polocen. (mmpr).

## 255.

*Niskienice, 7.XII.1743.*

*Instantia Hieronymi Oziemkiewicz cum sua communitate de confirmatione Apostolica fundationis Kisieliano-Nizkinicensis cum specificatione diversarum summarum et obligationum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 720, fol. 526rv, 529rv.

Informatio ad Almam Urbem procurandae apud S. Sedem Apostolicam approbationis Fundationum Monasterii Kysieloviani-Niskinicensis ab Ill.mo olim piae memoriae Adamo Methodio de Brusilow Kysiel,[93] prius Terrarum Kyioviae Czernichoviaeque Castellano Generali, post earumdem Terrarum Palatino, in Bonis Villae Nizkinicze in Palatinatu Volhyniae, Districtu vero et dioecaesi Vlodimiriensibus, pro monachis Ruthenis Basilianis fundati, et erecti, variis in locis scriptarum et variis coram officiorum Actis per eundem Ill.mum Fundatorem, ad mentem Constitutionum Regni, personaliter recognitarum et ad libros Actorum inscriptorum. Ex eodem monasterio Kysieloviano-Nizkinicensi Anno 1743, die 7ma.Xbris emissa. Quae Fundationes seu Fundationum Inscriptiones sunt sequentes.

*Prima*: Fundatio seu Fundationis inscriptio Anno 1643, die 15 Septembris Luceoriae scripta, ibidem coram Actis Castrensibus Luceoriensibus,

---

[93] Adamus Methodius Kisiel, Nobilis ruthenus de Brusilov, Castellanus Braclaviensis, dein Palatinus Kioviensis, Castellanus Czernihoviensis; partem sat activam habuit tempore insurrectionis cosacorum (1648-1653). Obiit anno 1653.

sub tempus Comiciorum die, mense et anno ijsdem personaliter recognita, et ad libros Actorum ingrossata.

*Secunda*: Prima corroborativa Inscriptio Reemptionis dicta, anno 1646, die 18 Augusti, in Civitate Hoscensi scripta eodem anno die 26 Septembris in Castro Kijoviensi recognita, ad Acta vero Castrensia Vlodimiriensia Anno 1647, die 28 Martii per oblatam translata est et ad libros inscripta.

*Tertia*: Inscriptio manualis itidem in Civitate Hoscen., Anno Domini 1648, die 1ma Junij data, ad Acta autem Castrensia Horodliensia Sabbatho intra Octavam Festi SS.mi Corporis Christi Domini, Anno ejusdem 1663tio, per oblatam porrecta est.

Quibus praemissis omnibus tribus Erectionum seu Fundationum Inscriptionibus idem piae memoriae Ill.mus Dominus Adamus Methodius de Brusilow Kysiel, prius Terrarum Kyioviae Czernichoviaeque Castellanus Generalis, post Palatinus, eidem praefato Monasterio suo in bonis suis haereditariis, in Villa Nizkinicze dictis, per se fundato et erecto, Fundos certos, delimitatos, circumscriptos, cum subditis, stagnis, piscinis, fenificiis, omnis segetis hyemalis et vernalis manipularibus (tum feni) decimis, in ijsdem Inscriptionibus expraessis, tum summas binas, scilicet unam Summam quinque millia Talerorum Imperialium, alteram Summam quinque millia Florenorum Polonicalium in ijsdem et super iisdem Bonis Villae (f. 529v) Nizkinicze dedit, donavit et in perpetuum inscripsit; sic inscriptis, monachos ejusdem Monasterii pro quolibet omni die ad duas Missas ad Intentionem sui Fundatoris imperpetuum celebrandis obligavit. Quamvis vero praemissa omnia data et donata in pacifica Monasterii praetacti possessione illaese hucusque existunt, et Missae assignatae quotidie ad mentem Ill.mi Fundatoris celebrantur, quia tamen hae praedictae Fundationes seu Fundationis Inscriptiones necdum sunt a Sancta Sede Apostolica approbatae, idcirco Monachi ejusdem Monasterii Kysieloviani-Nizkinicensis humillime supplicant Sanctae Sedi Apostolicae, quatenus ex benignitate sua easdem praedictas Fundationes seu Fundationis Inscriptiones, tam quoad fundos, subditos, stagna, piscinas, fenificia, omnis segetis hyemalis et vernalis manipularibus (tum feni) decimas, quam quoad Summas binas unius quinque millia Talerorum Imperialium, alterius quinque millia Florenorum Polonicalium, generaliter quoad omnes articulos et clausulas in bonis, et super bonis ijsdem Nizkinicze inscriptas et donatas approbare, ratificare, quo vero ad obligationes impositas scilicet duas Missas quotidie, ad vota Fundatoris imperpetuum dicendas et celebrandas, eosdem Monachos Basilianos Ruthenos nunc existentes et imposterum extituros et auctoritate Sua S. Apostolica obligare sub onere conscientiae dignetur etc.

Ita supplicat Suae Sanctitatis

Hieronymus Oziemkiewicz
Or. S.B.M., Monasterii Kysieloviani-Nizkinicensis
Hegumenus, cum sua communitate.

## 256.

*(Romae), 1744.*

*Explicatio instantiae P. Theophili Passich, Basiliani, de restitutione monasterii Marcensis in Croatia et repressione audatiae Schismaticorum, opera Imperatoris Austriae, instante Sancta Sede.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 721, fol. 228-231.

Essendo ricorso a questa Sacra Congregazione sin dall'anno 1737, il P. D. Teofilo Passik,[94] Monaco Basiliano Unito del Monastero di Marca nella Croazia, per implorare l'assistenza, e favore della S. Sede contro i Greci scismatici, dà quali era stato violentemente occupato, e saccheggiato il detto Monastero, e precisamente contro il Vescovo scismatico per nome Simone Filippovich, fu data speciale incombenza al Signor Cardinale Passionei,[95] allora Nunzio in Vienna, di procurare che dalla Maestà dell'Imperatore defonto fossero emanati ordini pressanti per la restituzione del Monastero; quali uffizj jurono rinovati all'Uditore della stessa Nunziatura nell'anno seguente, nel quale ancora, a nomina del medesimo Imperatore, e ad insinuazione di questa S. Congregazione e del Vescovo latino di Zagabria fu dalla Santità di Nostro Signore deputato il sudetto P. Teofilo Vescovo delle Piazze, Abbate dello stesso Monastero Marcense, e Vicario Apostolico e Suffraganeo del suddetto Vescovo di Zagabria, per i Cattolici del Rito Ruteno di quelle parti.

Ciò premesso, ricorre ora di bel nuovo il detto Vescovo Passik, e con memoriale diretto alla Santità di (f. 228v) Nostro Signore rappresenta, che non ostanti le diligenze praticate sì dal Signor Cardinale Passionei, come dal Signor Cardinale Paulucci[96] presso rispettivamente al defonto Imperatore,[97] ed alla Regina regnante per la restituzione del Monastero, refezione dè danni, ed espulsione del Vescovo intruso scismatico, questo tuttavia prosiegue la sua dimora in quelle parti, ed i Monaci scismatici, dopochè avuta la prima notizia del ritorno colà del Vescovo Oratore l'incendiarono, seguitano parimente a tenerlo in possesso con tutti i Beni ad esso adiacenti; onde sono costretti e l'Oratore e i suoi Monaci come esuli a vivere una vita miserabile, oltre il danno di tante anime fedeli, che già da otto e più anni restano prive del pascolo salutare, che ricevevano dall'assistenza e cura dè Monaci uniti di detto Monastero.

---

[94] Cfr. notam 24.

[95] Dominicus Passioneus, Archiep. Ephesinus, Nuntius Apost. Viennensis, nominatus Cardinalis die 23.VI.1738; plura officia in Urbe habuit; obiit die 5.VII.1761.

[96] Camillus Paolucci, Archiep. Iconiensis, Nuntius Apost. ad Imperatorem Vindobonensem, nominatus Cardinalis die 9.IX.1743; post plura munera expleta in Urbe, obiit in Urbe die 11.VI.1763.

[97] Forsan agitur de Carolo VII Alberto (1742-1745).

Supplica dunque che Sua Beatitudine voglia degnarsi di trasmettere un Breve Pontificio alla Maestà della Regina[98] con le seguenti istanze.

Primo: Che il Patriarca scismatico, il quale risiede in Carlowitz nel Sirmio, non possa esercitare, come non l'ha mai per prima esercitata, veruna giurisdizione nel Vescovato delle Piazze, che comprende (f. 229) i Generalati Varadinense e Carlostadiense; maggiormente che tale giurisdizione viene al medesimo Patriarca inibita espressamente dall'articolo dell'ultima Dieta di Posonio, emanato a favore de' Greci Uniti. — Sopra questa istanza Monsignor Segretario motiva, che la giurisdizione di Monsignor Passich si stende per i Vallacchi o Greci dimoranti in Zagabria, e nelle Provincie di Croazia e Schiavonia, per i quali egli è Vicario Apostolico; che perciò la detta sua giurisdizione non può chiamarsi Vescovato delle Piazze, essendo questo un Vescovado in partibus Infidelium, dato in titolo al detto Monsignor Passich, Vicario Apostolico di Zagabria.

2°. Che il Vescovo scismatico sudetto venga onninamente rimosso non solamente dal detto Monastero Marcense, ma anche dalla giurisdizione, che esso si è usurpata di Lika e Corbovia, che appartiene al Vescovo delle Piazze, per il Generalato Carlostadiense, ove il Vescovo Oratore ha ricevuto la sua Istallazione, ed ha fatta la Visita.

3°. Che i Monaci inobedienti dei Generalati Carlostadiense, e Gomarense, come altresì i Monaci Lepovinensi del Generalato Varasdinense (f. 229v), amanti la libertà, vengano sottoposti come perturbatori del Popolo alla giurisdizione dell'Oratore, come lo sono stati per avanti ai di lui predecessori, con ingiungere singolarmente ai medesimi di ricevere i Sagri Ordini dal Vescovo unito, e quando per lo contrario li ricevessero dal Vescovo scismatico, non solo restino ipso facto sospesi, ma siano arrestati, e consegnati nelle mani del Vescovo unito, o discacciati dalla Diocesi del medesimo.

Per facilitarsi la consecuzione della grazia, ha trasmessa il Vescovo Oratore copia del memoriale o sia rappresentanza già fatta sopra di ciò dall'Arcivesco di Colotza, come Metropolitano, all'istessa Maestà della Regina sotto i 9 di Settembre dell'anno scorso, nella quale si riporta per extensum l'origine, e proseguimento dell'intrusione in quelle parti del Vescovo, e Monaci scismatici, con danno estremo di quelle povere anime.

Si dice dunque, che sin dall'anno 1735, essendo stato destinato a nomina, come sopra, dall'Imperatore defonto,[99] ed approvazione della S. Sede Vescovo delle Piazze Monsignor Silvestro Ivanovich, Preposto dè Monaci Basiliani Uniti del sudetto Monastero di Marcia, nel giorno (f. 230) che esso

---

[98] Agitur de Maria Theresia, Regina Hungariae, nata 13.V.1717, filia Imperatoris Caroli VI; regina hungarica post mortem patris Caroli VI (1740); anno 1745 vir eius Franciscus I erat coronatus Imperator Austriae; ab anno 1764 (27.III) erat Regens imperii, nomine Josephi II eius filii. Obiit die 29.XI.1780. Cfr. *Enc. Powszechna*, vol. 18, pag. 85-88.

[99] Imperator S. Romani Imperii Carolus VII Albertus (1740-1745).

pubblicamente riceveva l'istallazione, si eccitò tal rumore in quei Scismatici, concorsi in maggior numero del solito per impedire la funzione, che se non si fossero opposte le Guardie Militari, l'avrebbero anche tolto di vita.

Che ciò non ostante fu sedato il tumulto, ma terminata la funzione, fu dato il sacco al Monastero, discacciati i Monaci, quasi tutti feriti, e costretto il Vescovo a nascondersi, e salvarsi con la fuga dalle lor mani, essendo stato per fine incendiato il Monastero, talmente che quella Casa, che per tanti secoli avanti era stata il rifugio della pietà e divozione, divenne in un momento spelonca di ladroni.

Che non essendo stato apprestato, come doveasi, l'opportuno rimedio à detti disordini, prese l'ardire il sopranominato Simone Filippowicz, uomo sedizioso, e che avea già eccitate altre volte sedizioni nei stati Varasdinensi, ed altre parti confinanti della Croazia, e sopratutto infensissimo nemico dè Greci uniti, di conseguire sotto titolo di Vescovo, non si sà con quali mezzi, un Diploma à favore de' Greci scismatici, (f. 230v) e così s'introdusse al possesso della Chiesa Marcense, nel quale si mantenne sin' all'estremo di sua vita, ad esclusione del sopradetto Vescovo cattolico, che morì nel suo esilio.

Che finalmente adoperatosi ogni sforzo e dall'odierno Vescovo di Zagabria, e dall'Arcivescovo di Colotza rappresentante, fu destinato dall'Imperatore defonto per Vescovo il presente Monsignor Passich. Ma con tale destinazione però, benché siasi rimesso in piede il diritto ai Greci uniti, ciò non ostante non ha quegli potuto riprenderne il possesso, anzi rimanendo tuttavia lo stesso Monastero, e rendite al medesimo appartenenti sotto la podestà dè Scismatici, il Vescovo è costretto à menare una vita miserabilissima, sostenuto finora con le limosine del Vescovo di Zagabria.

Che pure se si trattasse solamente di provvedere anche in avvenire al sostentamento di esso, ciò sarebbe facile, ma come non si proveda al ritorno e sicurezza de' Monaci esuli, la religione cattolica anderà sempre di male in peggio.

Implora pertanto l'autorità suprema della Maestà Sua per il riparo di così gravi mali, e per rimettere nel pristino decoro la stessa chiesa Marcense, (f. 231) alla quale dicesi essere stati conceduti per l'addietro dai Re d'Ungaria singolarissimi Privilegij, e dalla S. Sede Apostolica non minori grazie, ed esenzioni, per il copioso frutto delle anime, che da essa è sempre risultato, singolarmente perchè per mezzo dell'esemplarità, dottrina, e predicazione di quei Monaci uniti è restato in ogni tempo impedito ogni progresso dè Scismatici.

Per fine è da notarsi, che lo stesso Monsignor Arcivescovo di Colotza in una lettera de' 14 Aprile dell'anno corrente, di cui si esibisce copia, dà avviso à Monsignor Passik, che la calamità dè tempi presenti fà sì, che dove si tratta delle pretensioni degl'inimici della Cattolica Religione, neppure i Prelati Primari delle Chiese d'Ungaria vengono chiamati à consiglio, e che perciò ad altro non si avanzano per ciò che riguarda le loro ragioni, se non

che ad interporre proteste in generale. Che ciò non ostante però ha egli avuto certa notizia, che perciò che riguarda la Chiesa Marcense, vi è piuttosto da sperare che temere dal Congresso di Carlowitz, ma che conviene aspettarne con pazienza l'esito finale.

## 257.

*Bytenj, 6.I.1744.*

*Relatio Feliciani Zablockyj, Consultoris Generalis Basiliani, simul et Magistri Novitiatus Bitenensis, ut Alumno olim pontificio.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, fol. 639-640.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini,
Domini et Patroni Colendissimi.

Movent me sancta Eminentiarum Vestrarum desideria circa Propagandam Fidem Catholicam et Apostolicam, per universos Orbis plagas; movent Beneficia in Venerabili Collegio de Propaganda Fide vix non integro quadriennio mihi collata; obstringit juramentum ibidem a me emissum, ut post meum ex hac Alma Urbe in Patriam reditum, Statum et Laborem meum in Vinea Domini impensum, Eminentijs Vestris fidelissime exponam.

Voluerunt prae primis Superiores mei, ut in Tyrocinio Bitenensi Magistrum Novitiorum agam, subjectosque mihi Novitios in Doctrina Catholica Romana, pietate et zelo Apostolico instruam. Parui huic Superiorum meorum mandato, non absque vano futuri incrementi Unionis Sanctae omine, (f. 639v) quandoquidem septuaginta sex Novitios per decursum meae hic mansionis, Divina Gratia me juvante, S. Religioni Basilianae in pietate et zelo, in ordine ad propagandam Unionem Sanctam erudivi. Inter quos aliqui, cum ex Moschovia Monachi essent, nefandi Schismatis labe infecti, idcirco pro tenuitate virium mearum illis persuadere studui, ut pro priori Professionem Fidei emitterent, deinde illibatum Monasticum Divi Basilij Magni Institutum (absoluto nihilominus integro anno Canonicae probationis) profiterentur. Missiones praeterea Sacras jam per me, jam per subordinatos mihi in Castello et Pagis peregi, et depravatos Fidelium mores corripui et quanto potui in Domino emendavi.

Superiore deinde Monasterij, moderno R.ndo Patre Provinciali [100] in Vicarium Generalem assumpto, munus Superioris ejusdem Monasterij, jussu eorum ad quos (f. 640) pertinebat, suscipere sum necessitatus, ac tandem in Capitulo Generali, anno elapso Dubnae celebrato, utriusque Provinciae

---

[100] P. Provincialis Lithuaniae electus fuit anno 1743 Theodosius Koniaczewskyj (1743-1747), qui fuit anno 1743 Vicarius Generalis ante reunionem Basilianorum in unum Ordinem, i.e. Provinciae Lithuaniae. Cfr. M. M. Wojnar, *De Protoarchimandrita Basilianorum,* pag. 283.

nostrae Suffragiis centum octuaginta duobus, in Consultorem Rev.mi Generalis sum electus, et ad id ipsum Monasterium, in quo ante Capitulum Superior fueram sum destinatus; sub tempus vero praefati Capituli Dubnensis, tam ego quam etiam Illustrissimus D. Episcopus Chelmensis,[101] mihi sanguinis nexu junctus, totas vires nostras impendebamus, ut Decreta Sanctae Sedis Apostolicae sacrosancte observentur. His fidelissime relatis mandata Vestrarum Eminentiarum expecto et maneo in osculo Sacrae Purpurae.

Bitenio, die 6ta Januarij, 1744 Anno.

Eminentiarum Vestrarum infimus Servus
P. Felicianus Zablocki,[102]
Ord. D.B.M., Consultor Generalis
et Superior Biten (mpr)

## 258.

*Zločovia, 27.VII.1744.*

*Consultorium Provinciae Ruthenae et Consultores Generales ex eadem Provincia parati se declarant obedientiam Superiori Generali Mihuniewicz non conditionate, sed absolute praestandi, post approbationem Cap. Dubnensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, fol. 679-680.

Beatissime Pater, Domine, Domine Clementissime.

Minima Basilianorum Russiae Provincia tanto profundiori cum adoratione ad oscula Pedum Sanctitatis Vestrae properat, et festinat, quanto majori cum solatio diu vertenti causae suae per supremam Sanctitatis Vestrae authoritatem finem imponi intellexit; adeoque clara in prolatis nuper Decretis Paternae Clementiae recepit Documenta, ut ad ultimum sui (f. 679v) esse horum oblivisci minime valeat. Quomobrem mancipata cunctorum vota in debitam gratiarum offerentes actionem, singula Sanctitatis Vestrae Beneplacita sacrosancte adimplere spondemus et promittimus. Dumque ulterioribus etiam supplicationibus nostris innatam Sanctitatis Vestrae benignitatem plus quam certo adfuturam speramus, Divinam Majestatem, ut (f. 680) felici Sanctitatis Vestrae benedicat Regimini, continuo precari pollicemur.

In Monasterio Zloczovien., die 27 Julii 1744.

Sanctitatis Vestrae D.ni, D.ni Clementissimi Scabella pedum, et devinctissimi Clientes

---

[101] Philippus Volodkovyč, Episcopus Chelmensis (1730-1756).

[102] Felicianus Zablockyj, Basilianus, Alumnus Pontif. Coll. de Prop. Fide, ingr. 15.IX. 1737, Superior Bitenensis, Magister novitiorum. Cfr. D. Blazejowskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students in the Pont. Coll. Urbano de Prop. Fide (1626-1846),* pag. 212.

Hypatius Bilinski, Ord. Divi Basilij M., Provincialis Russiae (mp).

Ambrosius Seredowicz, Ord. ejusdem, Consultor Generalis Congregationis, Coll. Hoscen. Rector (mpr).

Hieronymus Kamczyc, Ord. S.B. Magni, Consultor Generalis Congregationis (mpr).

Sylvester Koblanski, Ord. D.B.M., Secretarius Generalis Congregationis (mpr).

Josaphat Prunicki, O.D.B.M., Consultor Prov. (mpr).

Gervasius Paslauski, Ord. D.B.M., Consultor Prov. (mpr).

Augustinus Tarnogrodzki, Consultor Prov. (mpr).

Hieronymus Oziemkiewicz, Or. S.B.M., Provinciae Russiae Secretarius (mp).

## 259.

*Zločovia, 27.VII.1744.*

*Consultorium Provinciae Ruthenae simul cum Superioribus Monasteriorum obedientiam absolutam declarant Superiori Generali in Capit. Gen. Dubnensi electo.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, f. 681-82.

Copia Literarum a Provincia Ruthena, de 17 Iulij Anno currenti, ad R.dissimum Generalem datarum.

Reverendissime in Christo Pater,[103]
Pater et Patrone Colendissime.

Satis omnibus perspectum esto non dubitamus, quod Provincia nostra, postquam Rd.mam Paternitatem Vestram, magnis in Sancta Religione meritis conspicuam, in primum sui Ordinis Moderatorem ac Generalem elegit, et assumpsit, debitum tali dignitati honorem eiusque indemnem servavit, et licet actualem R.mae Paternitatis Vestrae super se Iurisdictionem ad decisionem Sanctae Sedis et exoptatam Actorum Capituli Dubnensis approbationem, sub tempus ejusdem Capituli aliquantisper visa est suspendisse, nihilominus non in diminutionem vel coarctationem auctoritatis Rev.mae Paternitatis Vestrae, sed ob solam sui securitatem et nonnullarum remorarum amotionem hunc passum facere fuit adacta; dum voto ad praesens, de benignitate supremi Pastoris, desiderijs et petitis nostris sat bene prospectum esse et praecitata Capituli Acta approbata videmus, lubenti animo ab allegata suspensione recedimus omnemque subjectionem et debitam Rev.mae Paternitati obedientiam cunctorum (f 681v) Fratrum nostrorum nomine re-

[103] P. Polycarpus Myhuniewicz, Protoarchimandrita Basilianorum, electus in Cap. Dubnensi (1743-1747).

novamus et profitemur, id unicum pro nunc exposcendo, ut concredita RR.PP.bus Consultoribus ex Provincia hacce electis desideria nostra circa benignitatem Rev.mae Paternitatis quamtotius resolvi possint et dum hanc gratiam nos obtenturos speramus cum debita observantia manemus.

Reverendissimae Paternitatis Vestrae humillimi Servi ac Exoratores indefessi

Hipatius Bilinski, O.D.B.M., Prov. in Russia.
Paphnutius Mankowski, O.D.B.M., Consultor.
Gervasius Paslawski, O.D.B.M., Cons. Pr.ae, Conventus Dob. Super.
Augustinus Tarnogrodzki, O.D.B.M., Provinciae Ruth. Consultor.
Hieronymus Ozimkiewicz, O.D.B.M., Prov. Ruth. Secretarius (mpr).
(f. 682) M. Bohaczewski, O.D.B.M., Sup. Leopoliens.
Methodius Hordowski, O.D.B.M., Sup. Trembov.
Josaphat Swiatkowski, O.D.B.M., Sup. Krechovien.
Hieronymus Tierlikowski, Or. D.B.M., Super. Cath. Luceorien.
Justinus Makovski, O.D.B.M., Sup. Zulkiewiensis.
Januarius Wasiutynski, O.D.B.M., Sup. Cremenecen.
Gervasius Strzelecki, O.D.B.M., Sup. Czernielov.
Metrophanes Paslauski, Sup. Szczeplot., O.D.B.M.
Sophronius Dobrzanski, O.D.B.M., Sup. Podhorecen.
Innocentius Dydycki, O.D.B.M., Super. Vicinen.
Pater Hilarion Czolowski, O.D.B.M., Sup. Letnianen.
Theophilus Theodorski, O.D.B.M., Sup. Zloczowien.
Josephus Lechowicz, O.D.B.M., Sup. Bucynen.

Datum in Monasterio Zloczoviesi, die 27 Iulij 1744.

## 260.

*Biala, 20.VIII.1744.*

*Protoarchimandrita Polycarpus Myhuniewicz certiorat Nuntium Varsaviensem de declaratione submissionis absoltae Provinciae Ruthenae suo regimini, obtenta confirmatione Capit. Gen. Dubnensis et aliis promissis S. Sedis, et quidem littera ad praesens solummodo privata.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, fol. 687.

Illustrissime, Excellentissime, Reverendissime
Domine, Protector Gratiosissime.

Praemisso reverentissimo Excellentiae Vestrae cultu, annexas literarum copias praesenti cursore transmittere non differo, ex quibus facile Excellentia Vestra colligere poterit, quod etiam Provincia Ruthena, juxta dispositionem Sanctae Sedis Apostolicae et Decreta novissime emanata, sublata per confirmationem Capituli omni Conditionum ratione, longo tempore expectatam literis a se conscriptis per Venerabile Consultorium Generale prae-

stare obedientiam ulterius non intermittat, et debitam Jurisdictioni meae voveat subjectionem, quod autem eandem in hanc usque diem, post devolutam ad se Epistolam Decretalem, distulerit, distantia loci et magnis viarum excusabatur incommodis. His igitur ex mandato Excellentiae Vestrae delatis, plura successivis Postis vigilantissime significari curabo, nunc autem profundissima veneratione maneo.

Dat. in Alba Ducali, die 20 Augusti 1744.

Ill.mae, Ecellentissimae, Rdss.mae Dominationis V.rae
humillimus Servus
POLYCARPUS MIHUNIEWICZ [104]
Ord. D. Basilij Protoarchimandrita (mpr).

## 261.

*Biala, 19.IX.1744.*

*Documentum autenticum et formale subiectionis regimini Protoarchimandritae Provinciae Ruthenae, subscriptionibus Superiorum Provinciae declaratum coram Notario, in praesentia testium ex Provincia Lithuana et aliis formalitatibus consuetis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 6, fol. 690-691v; fol. 699-700v.

In nomine Domini Amen. — Cunctis pateat evidenter ac sit notum, quomodo anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi Millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, Indictione Romana VII, Pontificatus SS.mi Domini Nostri D. Benedicti Divina Providentia Papae XIV, Anno ejus quinto, die vero Saturni, XIX mensis Septembris, in mei Prothonotarij Publici Apostolici Testiumque infrascriptorum praesentia, constituti personaliter Religiosi in Christo Patres Ambrosius Seredowicz, Hieronymus Kamczyc, Consultores Generales, tum Sylvester Koblanski, Secretarius Provinciae Polono-Ruthenae Ordinis Divi Basilij Magni, sani mentibus et corporibus existentes, suis ac totius Provinciae Religiosorum Patrum sui Ordinis nominibus, palam, sponte, libere, ac per expressum recognoverunt praesentibusque recognoscunt: Quia ipsi, licet se Jurisdictioni Religiosissimi in Christo Patris Polycarpi Mihuniewicz, ejusdem Ordinis Divi Basilij Magni pro Generali seu Proto-Archimandrita Provinciarum, tam suae Polonae, quam Lithuanae in Capitulo Generali Dubnen. in Anno Millesimo septingentesimo quadrage-

---

[104] Protoarchimandrita Basilianorum, primus ab unione Basilianorum in unum Ordinem in Cap. Dubnensi (1743-1747). Natus an. 1679, studia theologica Brunsbergae peregit; in Synodo Zamostiana 1720 partem habuit, ab anno 1730 Consultor abvitalis, et Superior Novogrodensis, in Cap. Dubnensi an. 1743 electus primus Protoarchimandrita Ordinis Basilianorum unitorum (1743-1747) ad quadriennium. Post Cap. an. 1747 nominatus Archiep. Smolenscensis. Cfr. M. M. WOJNAR, *De Protoarchimandrita Basilianorum,* Romae 1958, pag. 285-286.

simo tertio celebrato electi, pro tunc subjecerunt, verum quoniam Decretum S. Sedis Apostolicae sub die 2 mensis Maij anno nunc currenti latum, absolutam subjectionem, similem prout fecit Provincia Lithuana, etiam a Polona eidem Religiosissimo Proto-Archimandritae faciendam requirit, idcirco mandatis S. Sedis Apostolicae obtemperando, ejusmodique subjectionem suam meliorando, jam ex nunc, absque ulla clausula aut conditione, absolutam obedientiam et subiectionem debitamque reverentiam praefato Rev.mo Polycarpo Mihuniewicz, uti Protho-Archimandritae suo spondent ac declarant, imo totaliter se Jurisdictioni ejus subijciunt, hac sua recognitione ad praemissa accedente; in cujus supplementum Literas a Religiosissimo Patre Provinciali, totaque Provincia sua Polono-Ruthena ad eundem Rev.mum Protho-Archimandritam scriptas, originales, sanas, salvas, illaesas, omnique suspitionis nota carentes produxerunt, ac easdem suscipi, et Actis Prothonotariatus mei ingrossari petierunt, quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur ejusmodi:

Rev.mo in Christo Patri Polycarpo Mihuniewicz, Ord. D. Basilij Magni Provinciae Polonae et Lithuanae Generali, Patri et Patrono Colendissimo. — Rev.me in Christo (f.6 90v) Pater, Pater e Patrone Colendissime. Satis omnibus perspectum esse non dubitamus, quod Provincia nostra, postquam Rev.mam Paternitatem Vestram, magnis in S. Religione meritis conspicuam, in primum sui Ordinis Moderatorem ac Generalem elegit, et assumpsit, debitum tali dignitati honorem ejusque indemnem servavit, et licet actualem Rev.mae Paternitatis Vestrae super se Jurisdictionem ad decisionem S. Sedis et exoptatam Actorum Capituli Dubnensis approbationem, sub tempus ejusdem Capituli aliquantisper visa est suspendisse, nihilominus non in diminutionem, vel coarctationem authoritatis Rev.mae Paternitatis Vestrae, sed ob solam sui securitatem, et nonnullarum remorarum amotionem hunc passum facere fuit adacta; dum vero ad praesens, de benignitate supremi Pastoris, desiderijs et petitis nostris sat bene prospectum esse, et precitata Capituli Acta approbata videmus, lubenti animo ab allegata suspensione recedimus, omnemque subjectionem et debitam Rev.mae Paternati obedientiam cunctorum Fratrum nostrorum nomine renovamus, et profitemur, id unicum pronunc exposcendo, ut concredita RR. Patribus Consultoribus Generalibus ex Provincia hacce electis desideria nostra, circa benignitatem Rev.mae Paternitatis quantocius resolvi possint, et dum hanc gratiam nos obtenturos speramus, cum debita observantia manemus. — Rev.mae Paternitatis Vestrae humillimi Servi, ac Exoratores indefessi. —

Hypatius Bilinski, Ordinis D.B.M. Provincialis in Russia (mpr). — Pafnutius Mankowski, Ordinis D.B.M. Consultor (mpr). — Josaphat Prunicki, Ord. D.B.M. Consultor (mpr). — Gervasius Paslawski, Consultor Provinciae Ruthenae Ord. Divi Basilij M., Conventus Dobromiliensis Superior (mpr). — Augustinus Tarnogrodzki, Provinciae Ruthenae Consultor (mpr). — Hieronymus Oziemkowicz, Ord. D.B.M. Provinciae Ruthenae Secretarius (mpr). — M. Bochaczewski, Ord. D.B.M., Superior Leopoliensis (mpr). — Methodius

Hordowski, Ord. D.B.M., Superior Trembovlensis. — Josaphat Swiatkowski, Ord. D.B.M., Superior Krechovien. — Hieronymus Tierlikowski, Ord. D.B.M., Superior Cathedrae Luceorien. — Justinus Makovski, Ord. D.B.M. Superior Zolkievien. — Januarius Wasiutynski, Ord. D.B.M., Superior Kremenecen. — Gervasius Strzelecki, Ord. D.B.M., Superior Czernielav. — Metrophanes Paslawski, Ord. D.B.M., Superior Szczeploten. — (f. 691) Sophronius Dobrzanski, Ord. D.B.M., Superior Podhorecen. — Innocentius Dydycki, Ord. D.B.M., Superior Vicinen. — Pr. Hilarion Czolowski, Ord. D.B.M., Superior Letnian. — Teophilus Teodorski, Ord. D.B.M., Superior Zloczovien. — Josephus Lechowicz, Ord. D.B.M., Superior Bucinievien. — Datum in Monasterio Zloczovien. — Die 27 Iulij, 1744 Anno. —

Post quarum quidem literarum taliter factam Actis praesentibus ingrossationem, iidem Recognoscentes Originale ad manus praelibati Rev.mi Mihuniewicz, Proto-Archimandritae, reddiderunt, ac infrascriptum de extraditis quietarunt et in majorem fisdem ac evidentius testimonium omnium praemissorum se manibus proprijs subscripserunt: —

Ambrosius Seredowicz, Ord. D.B.M., Consultor Gen. Provinciae Ruthenae, Collegij Hoscen. Rector, suo et totius Provinciae praefatae nomine (mpr). — Hieronymus Kamczyc, Ord. D.B.M., Consultor Gen. nomine suo et totius Provinciae Ruthenae, Monaster. Confraternitatis Luceorien. Superior (mpr). — Sylvester Koblanski, Ord. D.B.M., ex Provincia Ruthena Secretarius Gen., suo e totius Provinciae Ruthenae nomine (mpr). —

Acta haec sunt praemissa omnia in Oppido Biala Monasterioque Religiosorum in Christo Patrum Ord. D.B.M. Anno, Indictione Romana, Pontificatu SS.mi D.ni Nostri, Die e Mense quibus supra.

Praesentibus Perill.mo ac Rev.mo Domino Ludovico Riancour V.S.D., Archicathed. Gnesnen. et Luceorien. Cathed. Vicario in Spiritualibus et Officiali Generali Bresten. ac per Podlachiam, Biallen. Stelcen. Narvensique Praeposito, Religiosissimo, ac Relig. in Christo Patribus Ord. D.B.M. Theodosio Koniaczeuski, Provinciali Provinciae Lithuanae, Nicanore Ulinski, Consultore Provinciae Lithuanae, Feliciano Zablocki, Consultore Generali Provinciae Lithuanae, Sylvestro Artecki, Secretario Generali ex Provincia Lithuana. Marco Czaplic, Auditore Ill.mi et Rev.mi Episcopi Kelmen. alijsque plurimis Testibus ad praemissa rogatis.

Super quibus omnibus petitum fuit a me Protonotario pubblico Apostolico, quatenus unum vel plura publicum seu publica Instrumentum aut Instrumenta conficerem. — Et quia ego Adalbertus Josephus de Leczycki Leczycka, olim Nobilis Michaëlis Filius, Incola Palatinatus (f. 691v) Podlachiae, Dioecesis Bresten., Prothonotarius Apostolicus, ejusmodi recognitioni, ad requisitionem praedictorum Recognoscentium, in praesentia supradictorum Testium ad Acta Protho-Notariatus mei suscepi, praemissisque omnibus una cum praenominatis Testibus praesens et personaliter interfui, ideo super his omnibus hocce Instrumentum confeci, et extradidi ac illud manu mea propria subscriptum nomine et cognomine sigilloque meis solitis com-

munivi, ut in talibus his utor, specialiter requisitus atque rogatus. Idem qui supra (mpr). — Locus — Sigilli. —

Praesentem Copiam ex suo originali documento transumptam, confrontatam et collationatam cum eodem suo originali documento concordare attestor. In cujus rei fidem praesen. subscripsi et sigillo Ill.mi et Rev.mi Domini D. Fabritij Serbelloni, Archiep. Patracen. et Nuncij Apostolici in Regno Poloniae [105] etc. communivi. Varsaviae, in Cancellaria Nuntiaturae Apostolicae hac die ultima mensis Decembris, Anno Domini Millesimo septingentesimo quadragesimo quarto.

PETRUS JASTRZEMSKI
Publicus Auth. Apostolica Notarius et Nuntiaturae Apostolicae in Regno Poloniae Vice-Cancell. (mpr)

## 262.

*Biala, 1.X.1744.*

*Consultorium et Consultores Generales certiorant S. Congregationem de Prop. Fide de submissione Provinciae Ruthenae regimini Protoarchimandritae, post approbationem Capituli Gen. Dubnensis et obtentis assecurationibus S. Sedis, nec non de missione Procuratoris Generalis ex Provincia Ruthena in Urbem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, fol. 697-698.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini,
Domini et Patroni Colendissimi.

Ingentes gratitudinis toti Basiliano Ordini Eminentiarum Vestrarum favores praestiti, uti cunctorum Fratrum nostrorum manciparunt corda, ita perennaturam pro peculiaribus nuper ad Causam suam suffragijs traxerunt ab omnibus obligationem, quorum cum in exaratis Sanctissimi Domini Nostri Literis, Provincia etiam Ruthena magno animorum cum solatio acceperit documenta, minime cunctata debitam Officio Proto-Archimandritali praestare obedientiam et subjectionem, quam non solum privatis, verum etiam publicis, in praesentia Notarij Apostolici, adornare solennitatibus (f. 697v) non intermisit. Cujus rei seriem in transumpto ex Actis authentico documento, una cum demisissimo Eminentijs Vestris cultu, ex beneplacito Excell.mi in Regno Poloniae Nuntij Apostolici praesentamus. Ulterioribusque Sanctitatis suae summa cum promptitudine parendo Decretis, in Generalem totius Ordinis nostri Procuratorem, R.P. Athanasium Czarkowski [106] ex Provincia Ruthena pleno in Consultorio Generali elegimus, electumque una cum

---

[105] Fabritius Serbelloni, Nuntius Varsaviensis (1738-1746).
[106] P. Athanasius Czarkowskyj, Procurator in Urbe (1744-1747).

minima Religione Gratiae et Protectioni dum commendamus, supplices adhuc fundere preces non cessamus, ut unus Frater ex Provincia Ruthena in Consultorio Generali Romam pro studio dispositus, et bini a R.P. Provinciali Lithuano ex sua Provincia in ante ad Urbem expediti, loco in Alumnatibus (f. 698) ex benignitate Sanctae Sedis nostro etiam Ordini concessis, gaudere possint. Quam Gratiam cum illos ex respectu Eminentiarum Vestrarum obtenturos speramus, circa millena Sacrae Purpurae oscula manemus.

Ex Alba Ducali, die 1ma Octobris, 1744 anno.

Eminentissimarum ac Reverendissimarum Dominationum Vestrarum humillimi Servi

POLYCARPUS MIHUNIEWICZ, Ord. D. Basilij M. Gen. (mpr).

FELICIANUS ZABLOCKI, Ord. D.B.M., ex Provincia SS.mae Trinitatis Consultor Generalis (mpr).

AMBROSIUS SEREDOWICZ, Ord. D.B.M., ex Provincia Ruthena Protectionis Bss.mae Mariae Virginis Consultor Generalis (mpr).

NICANOR ULINSKI, Ord. D.B.M., ex Prov. SS.mae Trinitatis Consultor Generalis (mpr).

HIERONYMUS KAMCZYC, Ord. S.B.M., ex Provincia Ruthena Protectionis Beatissimae Virginis Mariae Consultor Generalis (mpr).

SYLVESTER ARTECKI, Ord. S.B.M., ex Provincia Lith. Congregationis SS.mae Trinitatis Secret. Gen.lis (mpr).

SILVESTER KOBLANSKI, Ord. D.B.M., ex Provincia Protectionis Bss.mae Virginis M. Ruthena Secretarius Generalis (mpr).

## 263.

*Antopol, 14.II.1745.*

*Consultatio Generalis Antopolitana et dein Volodimiriensis de electione Vocalium Ordinis numero 80 membrorum; acta et electio.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 7, fol. 57-62; alia: fol. 84-85v.

*Transumptum ex Actis Consultationum Generalium Ordinis S. Basilij Magni Congregationis Ruthenorum.*

Consultatio Generalis Provinciarum SS.mae Trinitatis, et Protectionis B.mae Virginis Mariae, Ordinis D. Basilij Magni, circa intimationem R.mi Polycarpi Mihuniewicz, eiusdem Ordinis Congregationis Ruthenorum Generalis, ad actum infrascriptum Subdelegati Apostolici, in ordine ad constituendum pro futuris generalibus Capitulis ex praefatis Provincijs certum Vocalium numerum, ad mentem Decretorum Sanctae Sedis Apostolicae anno immediate praeterito 1744, die 2 Maij, super rebus Generalis Capituli Dubnen. latorum; in Monasterio Antopolitano, anno 1745, die 14 Februarj inchoacta, et celebrata.

— Cum Ill.mus Georgius Maria de Lascaris, Episcopus Zenopolitanus,[107] Delegatus Apostolicus pro eligendo, et constituendo ad mentem citatorum Sanctae Sedis Apostolicae Decretorum 40 ex una, et totidem ex altera Provincia pro futuris Generalibus Capitulis Vocalium numero, solus in Persona propter suas legatitates interesse non potuerit, vices suas R.mo Generali ad expediendum huncce actum delegavit. Ideo R.mus Generalis, in virtute subdelegationis suae, intimatorias convocationis ad Religiosissimos Provinciales, Consultores, tum Generales, tum Provinciales et (f. 57v) Secretarios die 14 Februarij anno 1745 futurae expedivit Litteras, in quarum virtute litterarum postquam Religiosissimi Provinciales, Consultores utriusque Provinciae tam Generales, quam Provinciales, et Secretarij pro praedictis termino, et loco comparuissent, R.mus Generalis, horis matutinis, die sequenti, futuram sessionem determinavit. —

*Sessio Pma*: — Die itaque sequenti, quae erat 15 Februarij, R.mus Generalis, celebrata Missa de Spiritu Sancto ad locum in eodem Monasterio pro sessionibus designatum, cum Religiosissimis Provincialibus, Consultoribus tam Generalibus, quam Provincialibus, et Secretarijs condescendit, praecantatoque Hymno Spiritus Sancti invocatorio cum suis consederint in locis, R.mus Generalis diserto Sermone congregatos Patres ad constituendum praedictum Vocalium numerum, certum, invariabilem, et immutabilem, in Decretis S. Sedis Apostolicae praescriptum ex utraque Provincia pro futuris generalibus Capitulis animavit, litterasque subdelegationis suae legi jussit, quarum litterarum tenor de verbo ad verbum est, qui sequitur.

— R.me in Christo Pater, et Frater Observandissime. Cum ex Brevi speciali SS.mi Domini Nostri Benedicti XIV, feliciter Regnantis, quod incipit: « *Inter plures* », datum Romae apud S. Mariam Majorem die 2 Maij anni proxime praeteriti 1744, Pontificatus vero sui anno IV, in prosecutionem illius sollicitudinis, ac zeli Pastoralis, qui tam eminenter elucet in tanto Pontifice erga Sanctum (f. 58) Institutum R.mae Paternitatis Vestrae per §. Quia vero, nostrae benignissime comiserit fidelitati, ut una cum R.ma Paternitate Vestra, necnon Religionis Consultoribus, tam Generalibus, quam Provincialibus, ipsisque utriusque Provinciae Provincialibus expendamus; qua potissimum via ad Vocalium ad certum numerum reductorum electionem pro futuris generalibus Capitulis deputandam procedi possit, mens nostra fuisset in executionem promptissimam Pontificiorum mandatorum condescendere ad R.mam Paternitatem Vestram, ut hac in re exploratis R.mae Paternitatis Vestrae, ac supradictorum Consilijs Sac. possemus quantocitius informare Congregationem, quae de Propaganda Fide nuncupatur; verum nec nostrae occupationes nobis hoc iter aggredi permittunt, nec potestatis Ve-

---

[107] Georgius Maria Lascaris, Theatinus, Rector Coll. Armenorum et Ruthenorum Leopoli (1738-1740), dein Episcopus Zenopolitanus, Theodosiopolitanus, Hierosolimitanus (1741-1795); obiit an. 1795; cfr. notam 90.

strae R.mae, nec aliorum ad hocce negocium assignatorum concedunt, ut ad nos ipsi conveniant, quapropter facilius reputavimus, ut R.ma Paternitas Vestra ad se convocare demandet Rel.mos PP. Provinciales, et Consultores praefatos, pro certo termino, ut cum ipsis certos, invarios, et immutabiles modos adinveniat, ut cum commodo, et utilitate Instituti sui determinentur ad normam mandati Pontificij ij, qui imposterum, non habito respectu ad Personas, sed ad Officia, intervenire debebunt Capitulis Generalibus, conclusumque, et praelectum modum a se subscriptum, et obsigillatum ad nos dirigere immediate curabit, ut una cum nostro sensu, illum transmittere ad praefatam S. Congregationem valeamus. Cum autem minime dubitemus Paternitatem Vestram R.mam, caeterosque Religiosissimos deputatos prae oculis permaxime habituros sui Sancti Ordinis emolumentum, hinc non diffido tale nobis proposituros projectum, quod intentis Pontificis (f. 58v) ad unguem respondebit. Quare, ne polixi nimis fiamus, pijs orationibus me recommendo, omni cum existimatione maneo. — Olycae, die 2 Januarij 1745.

R.mae Paternitatis Vestrae addictissimus Servus et Frater D.G.C. De Lascaris, Episcopus Zenopolitanus, m. propria.

*Post quarum* Litterarum Lectionem jurisdictionem suam fundavit; Religiosissimi itaque Provinciales unus post alium debitas pro paterna circa bonum commune sollicitudine R.mo Generali reposuerunt gratias; statimque inter eosdem, et eorum Consultoria orta fuerat quaestio, utrum scilicet ex Monasterijs controversis, et adhuc in lite inter Provincias pendentibus Vocales pro parte Provinciae SS.mae Trinitatis designari debeant. Religiosissimus Provincialis Protectionis B.mae Virginis Mariae cum suo supplicavit Consultorio, quatenus ex ijsdem, utpote controversis, adhuc Vocales non designantur; Religiosissimus autem Provincialis SS.mae Trinitatis jus possessionis suae Provinciae super eadem Monasteria paenes antiquam, juridicam Incorporationem, Visitationem, Personarumque mutationem esse asserebat, vigore cujus excludi eadem a Vocalitate non debere dicebat; R.mus Generalis, auditis abunde Parte ab utraque controversijs, sessionem limitavit, sequentemque horis pomeridianis intimavit.

*Sessio 2nda:* — Die eadem in Sessione pomeridiana, solito more inchoata, similes controversiae de ijsdem Monasterijs in lite pendentibus, prout et in matutina agitabantur, asserebaturque ex parte Provinciae Protectionis B.mae Virginis Mariae nullo modo assignandos ex praetactis Monasterijs, utpote litis pendentiae subjectis, pro parte alterius Provinciae Vocales; ex parte vero Provinciae SS.mae Trinitatis adducebantur rationes. Primo, quod etiam S. Sedes Apostolica in sua Decretali §, Quae incipit, *altera ex eo* (f. 59), possessionem eorundem Monasteriorum indubitatam a Sua Provincia innuat; 2°, quia idem SS.mus Pontifex pro priori reservata sibi de praetensis Monasterijs ferenda sententia, posterius §° *Quia vero*, stabiliendum numerum Vocalium praecepit; 3°, quia injuria fierit Monasterijs a Provincia sua possessis, si hic, et nunc a vocalitate arcerentur, cum praefata Mo-

nasteria semper vocalitate fuerint gavisa, et nonnulla eorum tantum Personarum numerum alant, quantum etiam novissimum Capitulum Dubnense Legatum pro Capitulis Generalibus eligendum concessit; R.mus itaque Generalis, parte iterum ab utraque rationibus auditis, registra Monasteriorum, ex quibus Vocales statui possent ab unaquaque Provincia sibi communicanda determinavit, sessionemque ad diem crastinam prorogavit.

*Sessio 3*[a]. Die 16 mensis, et anni ejusdem, inchoata per R.mum Generalem Sessione, scheda Vocalium statuendorum a Provincia SS.mae Trinitatis, R.mo Generali porrecta fuit, uti sequitur —: *Modus deligendi vocales 40 ex Provincia SS.mae Trinitatis, ad mentem litterae Pastoralis SS.mi Domini Nostri*: Superiores 26, Secretarius Religiosissimi Provincialis, Magister Novitiatus, Procurator Causarum, tres Professores Scholarum Religiosarum, ac 8 Monasteriorum primae classis Legati, numerum quadragenarium compleant tali ordine. — Superiores vocales sint sequentes — Vilnensis, Zyrovicensis, Bitenensis, Torocanensis, Berezvecensis, Polocensis, Vitebscensis, Kelmensis, Borunensis, Bialensis, Lauriszoviensis, Vladimiriensis, Antopolitanus, Novogrodensis, (f. 59v) Berestensis, Dobrihorensis, Pustinensis, Mcislaviensis, Jatviscensis, Volnensis, Liscoviensis, Suczkovicensis, Mozyrensium Missionum, Verchoviensis, Czereiensis, Rozanensis, Svirzinensis; Superiores autem reliqui, sive Missionum Praesides, sive Vicarij Abbatiarum, ex quibus, esse Legati non consueverunt, unusquisque ad Monasterium ex praenumeratis, quam maxime suae residentiae adjacens, ante Capitulum conveniant, ibique Conventum Antecapitularem sub praesidentia Superioris loci, una cum Membris Monasterii celebrent, suaque desideria desiderijs Monasterij uniant, ac Superiori ad Capitulum perecturo consignent; De Superioribus porro Monasteriorum specificatorum constitutis in Officijs eminentioribus, jus Suffragij annexum habentibus, statuatur, quatenus talium quilibet vices sui, qua Superioris, agentem in Conventu Antecapitulari per suffragia Conventus, sive de Personis Monasterij, sive de Praesidentibus locorum adjacentium Vocalem determinet. Magister Novitiatus Vocalis sit ille, qui celebriori Novitiatui praeest. Causarum Procurator Vocalis sit is, qui Causarum totius Provinciae, maxime autem in Judicijs Tribunalicijs, promotionem gerit; tres Professores Vocales, et actu Praelegentes Religiosi Theologiam, Philosophiam, aut Rhetoricam, actu Praesbyteri; Legati ex Monasterijs sint Vilnensis, Bitenensis, Zirovicensis, Polocensis, Vitebscensis, Onuphriensis, Zidicinensis, Dermanensis. Quia vero res quaeque mutationi sunt obnoxiae, ideo in casu augumenti, aut (quod Deus avertat) decessus fundationum, sit potestatis Capituli Generalis unum Monasterium alteri substituere, servata regula, ut sufficiens pluribus Religiosis alendis minus (f. 60) sufficienti praeferatur; in casu autem absentiae alicujus Vocalis ob infirmitatem, sit potestatis R.mi Generalis numerum Vocalium ad parem in utraque Provincia reducere. Porro in fundamento Decretalis SS.mi Domini Nostri minime dubitatur, tum Relig.mum Patrem Provincialem, tum Consultores Provinciales, nec non Secretarium Provinciae, praeter supra expressum 40

Vocalium numerum, semper fore Vocales. Denique haec methodus Vocalium, ad mandatum S. Sedis Apostolicae adinventa, examini, correctioni, et approbationi eiusdem S. Sedis Apostolicae humillime subijcitur.

Qui R.mus Generalis schedam praetactam SS.mae Trinitatis publice legi jussit, contra quam R.mus Provincialis Russiae cum suo Consultorio publice protestatus est, ideo quod in ea Monasteria controversa, et necdum decisa posita fuerint, Literasque delegationis supracitatas legi supplicavit, in quibus Ill.mus Delegatus modos invarios, certosque, ac immutabiles adinvenire electionis, et statuitionis numerum Vocalium recomendet, modus autem eligendorum ex controversis Monasterijs Vocalium, cum non sit ad mentem Ill.mi Delegati, utpote mutabilis, post benignam Sanctae Sedis Apostolicae de controversis Monasterijs decisionem, ideo eadem Monasteria ad praesentem schedam non admittenda esse postulavit. Religiosissimus autem Provincialis SS.mae Trinitatis ejusdem a se propositae schedae subscriptionem una cum Venerabili suo Consultorio a R.mo Generali expetivit, ideo quia mutationes accidentales, quomodocumque illis obvietur, totaliter evitari non possunt, sufficit ergo, quod modus in substantia sit invariabilis (f. 60v); stantibus itaque, prout in anterioribus, de Monasterijs controversis parte ab utraque disceptationibus, R.mus Generalis ob spem futurae de ijsdem concordiae sessionem pomeridianam designavit.

*Sessio 4.a.* In Sessione pomeridiana, solito more inchoata, R.mus Provincialis Protectionis B.mae Virginis Mariae cum suo Consultorio R.mo Generali, qua subdelegato supplicavit, quatenus saepe dicta Monasteria, ex scheda ad statuendos Vocales a Provincia SS.mae Trinitatis porrecta, utpote controversa ad decisionem Sanctae Sedis Apostolicae excludere, aliaque nulli subjacentia disquisitioni proponere demandet; Religiosissimus autem Provincialis SS.mae Trinitatis reposuit, non posse excludi praetensa Monasteria a vocalitate, quia laederetur Jus actuale jurisdictionis suae super illa; ejusdemque schedae subscriptionem per R.mum Generalem rogavit; stanteque hac disceptatione, et controversia Provinciarum, sessio ad diem crastinam soluta fuit.

*Sessio 5.a.* Die 17 Mensis, et Anni ejusdem, in Sessione antemeridiana R.mus Generalis, adinventa compositionis (si quae forent) ab utraque Provincia media ex Religiosissimis Provincialibus, eorumque Consultorijs exquisivit; Religiosissimus autem Provincialis SS.mae Trinitatis statuendorum Vocalium ex sua Provincia modum, a se jam in scheda propositum, esse respondit; Religiosissimus autem Provincialis Russiae cum suo Consultorio negocium ab utraque Provincia eligendorum Vocalium ad decisionem Sanctae Sedis Apostolicae de Monasterijs controversis suspendi, et prorogari postulavit, schedamque porrectam non subscribendum per R.mum Generalem, qua Delegatum, supplicavit; similique stante, et durante concertatione sessionem (f. 61) Rev.mus Generalis prorogavit.

*Sessio 6.a.* Die eadem horis pomeridianis, inchoata sessione modo soli-

to, R.mus Generalis, non praejudicando negocio controversorum Monasteriorum, schedam a Religiosissimo Provinciali SS.mae Trinitatis porrectam, tum a se, tum a PP. Provinciae SS.mae Trinitatis absolute, a PP. autem Protectionis B.mae Virginis Mariae, cum adjectis ad placitum sui clausulis, de consensu utriusque Provinciae subscribendam esse duxit. Electionem vero Vocalium ex Provincia Protectionis B.mae Virginis pro ulteriori tempore ex eo distulit, videlicet, quod ex mente Decreti Sanctae Sedis Apostolicae novissime emanati, § *Huic autem*, aliqua adhuc Monasteria in eadem Provincia Protectionis propter sui insufficientiam modificanda, aliqua autem sufferenda restant, idemque R.mus Generalis, Religiosissimo Provinciali Protectionis B.mae Virginis Mariae, eiusque pleno Consultorio modificationem Monasteriorum omni meliori modo faciendam comendavit, ut quamtocius expostulare Excellentissimum Dominum Metropolitanum, uti Apostolicum pro hocce expediendo actu Delegatum, non gravetur. Haec itaque omnia in praesenti Consultatione unanimi consensu PP. utriusque Provinciae sancita, et lecta, pro majori robore manibus proprijs subscribimus.

Actum in Monasterio Antopolitano, Anno, mense, diebus quibus supra.

POLYCARPUS MIHUNIEWICZ, Ordinis Divi Basilij Magni Generalis, m.ppa.

THEODOSIUS KONIACZEWSKI, Ordinis D. Basilij Magni, SS.mae Trinitatis Provincialis, m.ppa.

HIPATIUS BILINSKI, Ordinis Divi Basilij Magni, Provinciae Ruthenae Protectionis B.mae Virginis Mariae Provincialis, protestando contra electionem Vocalium ex Monasterijs controversis m.ppa.

FELICIANUS ZABLOCKI, Ordinis D. Basilij Magni, Consultor Generalis ex Provincia SS.mae Trinitatis, m.ppa.

AMBROSIUS SEREDOWICZ, Ordinis D. Basilij Magni, Collegij Hoscensis Rector, ex Provincia Protectionis B.mae Virginis Mariae Consultor Generalis Ordinis subscribo me, salva tamen protestatione contra electionem Vocalium ex Monasterijs controversis porrectorum, m.ppa.

NICANOR ULINSKI, Ordinis D. Basilij Magni, Rector Collegij Vladimirien. Consultor Generalis ex Provincia SS.mae Trinitatis, m.ppa.

HIERONYMUS KAMCZYC, Ordinis D. Basilij Magni, Monasterij Confraternitatis Luceoriensis Hegumenus, ex Provincia Ruthena Patrocinij B.mae Virginis Mariae Consultor Generalis Ordinis, salvo Decreto S. Sedis Apostolicae de Monasterijs controversis in lite pendentibus, m.ppa.

SYLVESTER ARTECKI, Ordinis D. Basilij Magni, Secretarius Generalis, manu propria.

SYLVESTER KOBLANSKI, Ordinis Divi Basilij Magni, Secretarius Generalis, ex Provinciae Protectionis B.mae Virginis Mariae, salva decisione Sanctae Sedis Apostolicae de Monasterijs controversis in scheda specificatis, m.ppa.

HERACLIUS LISANSKI, Ordinis D.B.M., Protoconsultor Provinciae SS.mae Trinitatis (f. 62), Superior Polocen. cum reprotestatione contra protestationem Almae Provinciae Protectionis B.mae Virginis Mariae, m.ppa.

PAPHNUTIUS MANKOVSKI, Ordinis D. Basilii Magni, Protoconsultor Provinciae Ruthenae, salva omnimoda solemni protestatione de Monasterijs controversis, in Brevi SS.mi Dom. Nostri expressis, m.ppa.

MAXIMILIANUS ZAWADZKI, Ordinis D.B.M., Consultor Provinciae SS.mae Trinitatis, Superior Vilnen. cum reprotestatione contra protestationem Almae Provinciae Protectionis B.mae Virginis Mariae, m.ppa.

AUGUSTINUS TARNOGRODZKI, Ordinis D.B.M., Consultor Provinciae Ruthenae, Hegumenus Monasterij Zahorovien., solemni cum protestatione intuitu Monasteriorum controversorum, in Brevi SS.mi D. Nostri expresse cautorum, m.ppa.

GERMANUS JACKOVSKI, Ordinis D.B.M., Provinciae SS.mae Trinitatis Consultor, juribus possessionis Monasteriorum Provinciae ejusdem non prejudicando, m.ppa.

THADEUS JANKIEVICZ, Ordinis D.B.M., Consultor Provinciae SS.mae Trinitatis, Superior Zirovicen., cum reprotestatione contra protestationem, m.pp.a.

JUSTINUS CZECZKOWSKI, D.B.M., Secretarius Provinciae SS.mae Trinitatis, cum reprotestatione contra protestationem, m.ppa.

HIERONYMUS OZIMKIEWICZ, Ordinis D.B.M., Secretarius Provinciae Protectionis B.mae Virginis Mariae, protestando se contra electionem Vocalium ex Monasterijs controversis, m.ppria.

* * *

(fol. 85v). Hieronymus Oziemkiewicz, Nizkienicensis Hegumenus, protestando me tam meo quam Venerabilium et Admodum Reverendorum Patrum Josaphat Prunicki, Camenecensis Podoliae et Gervasij Paslauski, Dobromiliensis Superiorum, Provinciae ejusdem Ruthenae Consultorum, quatenus ad hunc Actum praesentium de illegalitate supra insertae schedae statuendorum Vocalium ex Alma Provincia SS.mae Trinitatis, uti non decisis Monasterijs controversis, in praejudicium Jurium Provinciae meae Ruthenae propositae et porrectae, quam etiam ratione per Religiosissimum Patrem Provincialem SS.mae Trinitatis et ejus Venerabile Consultorium non ad mentem per Reverendissimum Patrem Generalem latae sententiae, schedae supradictae subscriptionis subscribor (mp).

Praesens transcriptum cum Actis Authenticis de verbo ad verbum concordare testor

SYLVESTER ARTECKI
Ord. S.B. Magni, Secretarius Generalis ex Provincia
SS.mae Trinitatis
(L. S.)
SYLVESTER KOBLANSKI
O.D.B.M., Secretarius Generalis
ex Provincia Patrocinij B.ssimae Virginis
Idem cum Actis authenticis transumptum concordare testor

## 264.

*Antopol-Volodimiria, 15.II.1745-1746.*

*Numerus 80 Vocalium Ordinis, a Consultatione Generali Provinciarum paratus Antopoli et Volodimiriae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari,* a. 1755, vol. 120, fol. 287-88.

Numerus quadraginta Vocalium ex respectivis Provincijs Lithuana, et Polona Congregationis Ruthenorum Ordinis S. Basilij M., ad mentem Decretalis SS.mi Domini nostri, quae incipit: « Inter plures etc. », in Consultationibus Generalibus Antopolitana, habita Anno 1745, die 15 Februarij, et Vlodimirien. Anno 1746, die 9 Februarij stabilitus.

Ex Provincia Litthuana.

Superiores viginti sex. Secretarius P. Provincialis. Magister Novitiatus. Procurator Causarum. Tres Professores Scholarum Religiosarum. Octo Legati Monasteriorum; numerum quadragenarium compleant tali ordine.

Superiores Vocales:

1. Vilnen.
2. Zyrovicen.
3. Bythenen.
4. Torokanen.
5. Beresvecen.
6. Polocen.
7. Vitepscen.
8. Chelmen.
9. Borunen.
10. Bialen.
11. Lawryszovien.
12. Vlodimirien.
13. Novogroden.
14. Bresten.
15. Dobryhoren.
16. Pustynen.
17. Mscislavien.
18. Jatviscen.
19. Wolnen.
20. Lyskovien.
21. Suckovien.
22. Mozyren.
23. Verchovien.
24. Czerejen.
25. Swirznen.
26. Antopolitanus.

Legati Monasteriorum:

1. Vilnen.
2. Bytenen.
3. Zyrovicen.
4. Polocen.
5. Vitepscen.
6. Onuphrien. Abbatial.
7. Zydyczinen. Abbatial.
8. Dermanen. Abbatial.

Ex Provincia Polona.

Superiores Vocales:

1. Poczajovien.
2. Zahajecen.
3. Dobromilien.
4. Lawrovien.
5. Leopolien. ad Cathedram.
6. Camenecen. ad Cathedram.
7. Zahorovien.
8. Trembovlien.

9. Bialostocen.
10. Krylosen ad Cathedram Halicien.
11. Luceorien. ad Cathedram.
12. Luceorien. S. Crucis.
13. Lublinen.
14. Krechovien.
15. Niskienicen.
16. Wicinen.
17. Krasnopustynen.
18. Biesiaden.
19. Podhorecen.
20. Milczen.
21. Bilolovien.
22. Szarogroden.
23. Baren.
24. Pohonen.
25. Lubaren.
26. Werchraten.
27. Szczeploten.
28. Lisznianen.
29. Uniovien. Abbatial.
30. Mielecen. Abbatial.
31. Ovrucen. Abbatial.
32. Czortkovien.
33. Satanovien.
34. Zavalovien.
35. Pacikovien.
36. Dobzanen.
37. Derewianen.
38. Hoscen.
39. Magister Novitiorum
40. Hodie Professor miss. Theologiae

Praeter hos, ex utraque Provincia conscriptos, interveniunt cum voce Officiales Generales, Provinciales, cum suis Consultoribus, et Secretarijs Provinciarum.

Abbatiae in Provincia Litthuana:

1. Polocen. ad SS. Boryssum et Hlebum.
2. Braclavien.
3. Grodnen.
4. Kobrynen.
5. Leszczynen.
6. Zydyczynen.
7. Dubnen. S. Salvatoris, et S. Crucis
8. Dermanen (f. 288v)
9. Dorohobuscen.
10. Onuphrien.

Abbatiae in Provincia Polona:

1. Uniovien.
2. Ovrucen.
3. Mielecen.
4. Kaniovien., titulus sine Monasterio.

Est praeterea Monasterium Abbatiale Suprasliense cum duabus Residentijs, Kuznicen. et Varsavien. nuncupatis, quod exemptionem a Congregatione et Protoarchimandrita praetendit.

## 265.

*Torokanie, 12.III.1745.*

*Copia litterarum Protoarchimandritae Mihuniewicz ad Episcopum Zenopolitan. de confectione catalogi Vocalium in Antopol et Volodimiria apparati.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 7, fol. 85v-86.

Copia litterarum R.mi Patris Polycapi Mihuniewicz, Generalis Ordinis

Divi Basilij Magni Ruthenorum, ad Episcopum Zenopolytanum, sub die 12 Martij 1745 Torocanijs datarum.

Inexplicabiles Ill.mae Dominationis Vestrae favores tenuitati meae prestiti, in literis subdelegatam mihi facultatem conferentibus, ad eligendum parem ex utraque Provincia pro futuris Generalibus Capitulis Vocalium numerum ostendam (?), a me merentur obligationem, de quo beneficio dum prona cum veneratione in gratiarum actiones debitas Ill.mae etc. festino significare praesentibus non intermitto, quod in fundamento subdelegatae mihi per praelibatas literas authoritatis pro die 14a delapsi Religiosissimos Provinciales nec non utriusque Provinciae Consultores tam Generales quam Provinciales pro constituendo praedictorum Vocalium numero convocaveram, reccommendatoque comparentibus negotio, Provincia Littuana modum eligendorum Vocalium in scheda mihi porrexerat; Provincia vero Ruthena enixissime supplicavit, uti etiam per meam interpositionem, non intermissis precibus Ill.mae etc. Dominationi Vestrae supplicat, ut pro ulteriori tempore Vocalium pro futuris Generalibus Capitulis electio ex eadem differatur, ex eo quia aliqua Monasteria inter Provincias in lite pendentia pro Vocalibus in scheda a Patribus Provinciae Lithuanae porrecta fuerunt, quae per Breve SS.mus Dominus Noster, super rebus Generalis Capituli Dubnensis emanatum, ad quam Provinciam spectare debeant (paragrapho qui incipit — Altera ex eo) benignissimae decisioni suae reservavit; tum quia adhuc in eadem Provincia Monasteria per Paragraphum in eodem Brevi expressum (qui incipit — Huic autem) absolute propter sui insufficientiam tollenda, aut ad meliorem normam reducenda, restant. Quibus permotus rationibus eligendorum Vocalium ex praefata Provincia Ruthena numerum pro ulteriori tempore distuli, eumque dum id quamtocius fieri poterit adimplebo, modos simul eligendorum Vocalium ex utraque Provincia in distinctis schedis Ill.mae etc. transmittere cum profundissima submissione non intermittam. Nunc vero me ac totum Ordinem meum Benignissimae Protectioni insinuando, debito cultu maneo.

Ill.mae etc. Servus
POLYCARPUS MIHUNIEWICZ
Ordinis D. Basilij M. Generalis (mppria)

Has copias tam transumpti quam litterae esse de verbo ad verbum Originalibus conformes testor

D. GEORGIUS M. DE LASCARIS
Episcopus Zenopolitanus (mppria)

## 266.

*Dubno, 18.X.1745./10-12.II.1746 Volodymyr.*

*Litterae Protoarchimandritae Mihuniewicz permissionis promovendi ad dignitates majores A. Turgarinski, S. Laniewicz, Ph. Wolodkowycz.*

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Rutheni-Pascolo,* vol. I, fol. n.n.

Polycarpus Mihuniewicz, Ordinis Divi Basilii Magni Congregationis Ruthenorum Proto-Archimandrita cum Consultorio. — Venerabili, et admodum R.do in Christo Patri Ambrosio Turgarinski, Provinciae Ruthenae professo Presbitero salutem in Domino!

Cum aequitas, et justitia postulet, ut ii, quos merita, et religiosae dotes, ac qualitates distinguunt praemiis Religioni nostrae desuper concessis decorentur, et ornentur, talesque dotes, ac qualitates in Persona Venerabilis, et Reverendae Paternitatis Vestrae elucere non ignoremus, hinc est, quod eidem Venerabili ac R. Paternitati Vestrae, ut ad vacantem aliquam in Ritu nostro Praelaturam, Episcopatum scilicet, vel Abbatiam intra limites suae Provinciae per Ill.mum, Excellentissimum ac Rev.mum Dominum Archi-Episcopum Metropolitanum totius Russiae, Patronum nostrum Colendissimum, secundum nexum in ultimo Capitulo nostro initum et a S. Sede approbatum, promoveri valeat, consensum nostrum dandum et concedendum esse duximus, prout quidem per praesentes (spe certa freti, quod Venerabilis et R.da Paternitas vestra circa quamvis sui promotionem Religiosum esse recordabitur, debitaque Religionem suam prosequetur gratitudine) damus et concedimus.

In majorem autem fidem easdem manibus nostris subscribimus.

Dabantur Dubnae, 18 die 8bris, 1745 anno. (L. S.).

Polycarpus Mihuniewicz, Ord. S.B.M. Proto-Archimandrita.

Hypatius Bilinski, Ord. S.B.M. Provincialis per Russiam.

Nicanor Ulinski, Ord. S. Basilii M., Proto-Consultor Generalis, Rector Collegij Vladimiriensis.

Ambrosius Seredowicz, Ordinis S. Basilii Magni, Consultor Generalis, Rector Collegii Hoscensis, Superior Horodiscensis.

Hyeronimus Kamczyc, Ord. S. Basilii M., Consultor Generalis, Monasterii Luceoriensis Confratenitatis Hegumenus.

Silvester Artecki, Ord. S. Basilii M., Secretarius Generalis ex Provincia Ruthena.

Eadem de verbo ad verbum qua immediato methodo dati sunt consensus curandi in genere Praelaturas admodum R.dis Patribus Leoni Szeptycki, et Silvestro Rudnicki, Provinciae Ruthenae Professis, a R.mo Proto-Archimandrita, et ejus Consultorio, Dubnae, die, anno, mense, quibus supra in praerecitato consensu Patri Ambrosio Turgarinski dato.

Invaluerat a multis saeculis usque ad Capitulum Dubnense in Ordine nostro praxis, et consuetudo, quod post obitum alicuius Ordinis nostri Abbatis semper a Metropolitanis Russiae Administratores regulares ad gubernanda Monasteria Abbatialia, et Bona ad eadem Monasteria spectantia providebantur, et eo usque, sub regimine horum Administratorum a Metropolitanis determinatorum, et institutorum passim non sine injuria talia existebant Monasteria quousque persona, ad mentem antiquissimi nexus cum Metropolita-

nis a temporibus Velamini Rutski, Metropolitae, initi,[108] Metropolitano pro tempore existenti, a respectivo Provinciali, et Consultorio (non habito adhuc totius Ordinis nostri Generali) per datum consensum praesentata tandem jus Patronatus ad vacantem Abbatiam habenti, a Metropolitano recommendata, ab eodemque, suppositis supponendis, benedicta in Abbatem, ac installata non fuit. Post praefatum vero Capitulum Dubnense [109] per Decretalem SS.mi Domini nostri Benedicti XIV, Romani Pontificis, litteram super rebus ejusdem Capituli emanatam, cum Bona Monasteriorum Abbatialium, et Personae Religiosae in talibus Monasteriis residentes, Paragrapho incipiente: Haec nimirum, folio hic 40 adnotato, totaliter a Metropolitanorum jurisdictione exempta, et plena R.mo Proto-Archimandritae Regimini subordinata fuerint, exindeque jus providendorum ad vacantes Abbatias Administatorum, ad solum R.mum Proto-Archimandritam devolutum esse censeretur. Idcirco in prosequutionem talis juris sibi competentis Rd.mus modernus Generalis, quamprimum de obitu Ill.mi et R.mi Antonini Tumilowicz,[110] Archiepiscopi Smolenscensis, Abbatis Monasterii Sancti Onuphrii in Provincia Lituana siti, accepit nuncium, quod 23 die Aprilis 1745 ultimum vitae suae conclusit diem, illico hanc Abbatiam Religiosissimo Theodosio Koniaczewski, Provinciali Lituaniae administrandam per literas suas commisit. Tandem R.mo Patre Georgio Pakowski, Abbate Zydiczynensi, a terrenis ad aeterna die 7 Decembris itidem an. 1745 translato, idem R.mus Proto-Archimandrita ad hanc vacantem Abbatiam R.mum Patrem Sebastianum Laniewicz, immediate dicti Zydiczynensis Monasterii Vicarium, in Administratorem deputavit, eidemque omnem jurisdictionem in Monasterium praefatum, et Bona ad idem spectantia, per Instrumentum suum Vladimiriae post Consultationem peractam autentice extraditum tribuit, cujus Instrumenti tenor de verbo ad verbum est hujusmodi:

Polycarpus Mihuniewicz etc. Quoniam a Sancta Sede Apostolica benigne nobis concessum est omne jus super Bonis Monasteriorum, uti habetur Paragrapho, quae incipit: Interim vero, idcirco nos, insistentes huic nostro juri, in virtute Sanctae Obedientiae suae R.dae Paternitati praecipimus, quatenus Bonorum Monasterii Zydiczynensis curam habeat, et administrationem eousque donec, Deo dante, installandus supervenerit Abbas, sui, necnon nobis, sive Commissario autoritate nostra deputando omnium reddituum ex praenominatis Bonis Calculum reddere tenebitur. Ipsas quoque personas re-

---

[108] Josephus Velamin Rutskyj, Metropolita Kioviensis (1613-1637), Instaurator Ordinis Basiliani SS. Trinitatis in Capitulo generali Novogrodovicensi an. 1617, in quo et « nexus » inter Metropolitanum et Ordinem institutus est. Cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De regimine Basilianorum Ruthenorum a Metropolita Josepho Velamin Rutskyj instauratorum*, Romae 1949.

[109] Anno 1743, in quo Ordo Basilianorum in unum coaluit. Agitur hic de Decretali littera « *Inter plures* », anni 1744, mense Maio.

[110] Antoninus Tomillowicz, Protoarchimandrita an. 1730-1736, dein nominatus Archiepiscopus Smolenscensis et Archimandrita Onuphriensis (1736-1745). - Archimandrita Zydyczynensis Georgius Pakowski an. 1731-1746; obiit die 7.XII.1745.

ligiosas in praefato Monasterio nostro Zydiczynensi residentes R.dae Paternitati Vestrae, qua Vicario, et ad praesens Praesidi subjectas esse volumus iisdemque tenore praesentium districte praecipimus quatenus R.dae Paternitati Vestrae omnimodam obedientiam, ac reverentiam juxta Regulas, et Constitutiones Ordinis nostri exhibeant. Et quoniam delatum est nobis, aliquos Religiosos ibidem residentes hactenus Suae Reverentiae debitam observantiam neglexisse, quin imo expressis illius praeceptis inobedientes esse, idcirco in ejusmodi licentiosos Suam Reverentiam suo jure uti licite, et valide posse declaramus. In quorum omnium fidem praesens Instrumentum penes solitum officii nostri sigillum manibus propriis subscribimus.

Dabantur in Collegio nostro Vladimiriensi, die 10 Februarii 1746 — (L. S.).

Polycarpus Mihuniewicz, Ordinis S. Basilii M. Generalis. Silvester Artecki, Ordinis S.B.M. Secretarius Generalis.

Silvester Koblanski, Ordinis S. Basilii M. Secretarius Generalis.

Polycarpus Mihuniewicz, Ordinis S. Basilii M. Congregationis Ruthenorum Proto-Archimandrita cum suo Consultorio. — Ill.mo, Exc.mo, R.mo D.no Athanasio in Szeptyce Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopo Kyoviensi, Leopoliensi, Haliciensi, Kamenecensi Episcopo, Unioviensi, et Kijovo-Peczarensi Abbati, totius Russiae Metropolitano, Doctori et Patrono nostro Colendissimo. —

Quoniam Ill.mus Philippus Wolodkowicz,[111] Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Chelmensis etc. Magnis tam pro aedificatione Ecclesiae, tam pro recuperandis Bonis Abbatialibus ex tenuatus expensis a nobis postulari fecit, ut ejusdem succurrendo indigentiis pro Abbatia Zydiczynensi, ad praesens post fata Patris R.mi Georgii Pakowski vacante, consensum ex Consultorio nostro juxta nexum cum Ill.ma, Exc.ma, ac R.ma Dominatione Vestra, in Capitulo Dubnensi initum, et confectum a nobis extraderemus, idcirco nos perspectum habentes Ill.mi, R.mi Domini praelibati Episcopi ferventissimum pro Bono Ecclesiae, insignem pro honore status Hyerarchici zelum, pro majori emolumento Ordinis, consensum nostrum dandum esse duximus, prout praesentibus damus. Quatenus Exc. D. Vestra, de jure sibi competenti, S.R. Majestati pro obtinenda Abbatia Zydiczynensi praenominatum Ill.um Episcopum Chelmensem praesentare dignetur. Caeterum ne per id, pro plurium Beneficiorum aliqua reperibilibus in Religione nostra emeritissimis Personis desint praemia, hanc clausulam, de mente eiusdem Ill.mi, R.mi Domini Episcopi Chelm. obtenta Abbatia Zydiczynensi, eousque in possessione illius permaneat, quousque actum coronationis Iconis B.V. Mariae in Cath. Ecclesia Chelm. celebrandum non expedierit. Quo consummato Beneficium Abbatiae Derman. et Dubn. S. Religioni resignabit, aut hoc retento Zydiczynense in

---

[111] Philippus Volodkovyč, Episcopus Chelmensis (1730-1756), dein Volodimiriensis (1756-1778), Coadiutor Metropoliae Kioviensis (1752-1762), et dein Metropolita Kioviensis (1762-1778). Cfr. *Felicianus Philippus Wolodkovycz, Metropolita Kioviensis Catholicus,* Romae 1967-1969, pars I et II.

manus S. Religionis consignabit. Penes quem consensum nostrum in personam Ill.mi, R.mi Domini Episcopi Chelm., ex Consultorio nostro traditum, Nos ipsos Ill.mae, Exc.mae R.mae D.nis Vestrae favori, ac protectioni commendamus.

Datum in Collegio nostro Vladimir. 1746, 12 Februarii — (L. S.) —

Polycarpus Mihuniewicz, Ordinis S. Basilii M. Generalis (mp).

Nicanor Ulinski, Ord. S. Basilii M.C.R.V. (mp).

Germanus Jackowski, Ord. S.B.M. Provinciae SS. Trinitatis Consultor, a R.mo Patre nostro Generali, ejusque Consultorio in locum Consultoris Generalis, ad hunc unice actum assumptus (mp).

Silvester Artecki, Secretarius Generalis ex Provincia Lituana (mp).

Suprascripta documenta ex actis Proto-Archimandritalibus transumpta, et verificata, cum iisdem in omnibus, ac per omnia concordare attestor. In cujus rei fidem manu mea propria subscribo, et sigillum Proto-Notariatus Apostolici, quo in similibus utor, appono.

Leo Plaszkiewicz
Protonotarius Apostolicus,
Decanus et Parochus Janov.

Anno Domini 1775, die vero Mercurii, 21 mensis Junii, Rozysciis, suprascriptas Literas coram me vigore literarum Em.mi D.ni Card. Boschi, Romae, die 12 9mbris anni elapsi 1774 emanatarum, assumpto judice, productas, manumque, et sigillum subscripti D.ni Proto-Notarii Apostolici nota mihi esse testor.

Michael Malanski
Archi-Diaconus Cathedralis Luceoriensis (mp)

## 267.

*Dubno, 19.X.1745.*

*Documentum originale ex Actis Consultationum Generalium, sub praesidentia Athanasii Szeptyckyj confectum, de unione, et supressione monasteriorum Provinciae Ruthenae, ex decisione Capituli Generalis Dubnensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari,* a. 1750/52, vol. 114, fol. 336-337v.

Transumptum ex libro originali Consultationum Generalium, consultationis tertiae, sub Praesidentia Ill.mi, Excell.mi et Rev.mi Domini Athanasii Szeptycki, Metropolitani totius Russiae, per Decretalem SS.mi Domini Nostri super rebus Generalis Capituli Dubnensis, die 2da Maji 1744 Anno, emanatam, ad Actum infrascriptum Delegati Apostolici, in praesentia Rev.mi Generalis Religionis, Provincialis Russiae et Venerabilium Consultorum Ord. ac praetactae Provinciae die 10ma nona 8bris N.S. 1745 Anno, Dubnae agitatae, ex Actis vero Authenticis extraditae.

Unio subordinativa nonnullorum Monasteriorum Ord. S. Basilij M. in

Provincia Ruthena reperibilium, ob tenues Fundationes per se subsistere non valentium, aliquorum vero Monasteriorum, nullam prorsus dotationem et fundationem habentium, totalis dimissio, ad mentem Decretalis Epistolae SS.mi Nostri P.R., Anno immediate elapso 1744, die 2da Maij emanatae, facta et stabilita.

Quandoquidem Vicariae in terris Christi Potestati, in fundamento antiquiorum Sacrorum Canonum, visum est decernere, ut Monasteria Ord. et Provinciae praetactae ea sola, in quibus adminimum octo Personae Religiosae commode sustentari et conservari possint, pro formalibus habeantur et retineantur, reliqua vero Monasteria, quae sustentationi octo saltem Personarum Religiosarum ob tenues fundationes et reditus non sufficiunt, aliis Monasteriis melius provisis uniantur. Hocce ipsum gravioris momenti negotium nobis commissum esse reperiamus; ea propter mandatis ejusdem supremae potestatis promptissime obtemperantes, inito inter nos Consilio, acceptaque a visitatione praedictae Provinciae de qualitate cujusvis Monasterii plenaria informatione, nonnulla ex talibus Monasteriis aliis unienda (in quorum aliquibus per Personas Religiosas, a Superioribus designandas, munus Missionis exerceri debebit), alia vero totaliter deserenda modo, qui sequitur, censuimus et censemus.

*Monasteria, quae partim per se ipsa, partim aliis unita, subsistere possunt.*

1. Lauroviense.
2. Dobromiliense.
3. Lisznense.
4. Szczeplotense.
5. Verchratense.
6. Krechoviense.
7. Biesiadense.
8. Leopoliense, ad Aedes S. Georgii M.
9. Derevianense.
10. Unioviense, Abbatiale.
11. Vicinense.
12. Krasnopustynense.
13. Podhorcense.
14. Poczajoviense.
15. Zahaycense.
16. Milczense.
17. Luceoriense, ad Cathedram.
18. Luceoriense, ad Aedes Confraternitatis S. Crucis.
19. Bialostocense.
20. Zahoroviense.
21. Nizkienicense.
22. Mielecense, Abbatiale.
23. Hoscense.
24. Lubarense.
25. Biloloviense.
26. Ourucense, Abbatiale.
27. Szarogrodense.
28. Barense.
29. Camenecense, ad Cathedram (f. 336v).
30. Czortkoviense.
31. Trembovliense.
32. Satanoviense.
33. Krylosense, ad Cathedram Haliciensem.
34. Zawaloviense.
35. Pohonense.
36. Pacykoviense.
37. Dobrzanense.
38. Lublinense.

*Monasteria ob tenuem sui Fundationem aliis Monasteriis, melius provisis, unita.*

1. Monasterio Lauroviensi Monasterium SS.mi Salvatoris ad Montes et Topolnicense.
2. Monasterio Dobromiliensi Residentia Letnianensis, Derazycensis et Bilinensis.
3. Monasterio Szczeplotensi Monasterium Czernilaviense et Smolanense.
4. Monasterio Verchratensi Monasterium Zamoscense.
5. Monasterio Biesiadensi Residentia Zulkieviensis.
6. Monasterio Leopoliensi Cathedrali, Monasteria S. Onuphrii, S. Joannis, Residentia Civitatensis ad aedes Assumptionis B.mae Mariae V. et Horpinense.
7. Monasterio Derevianensi Monasteria: Jasenicense, Bojanoviense et Ohladoviense.
8. Monasterio Kransnopustynensi Monasterium Podgrodziecense.
9. Monasterio Podhorecensi Monasteria Buczynense et Lasek in Zloczow.
10. Monasterio Zahaycensi Monasteria Cremenecense et Stozense.
11. Monasterio Milczensi Monasteria Strakloviense et Perkalense.
12. Monasterio Luceoriensi Cathedrali Monasterium Poddubecense.
13. Monasterio Luceoriensi Confraternitatis Monasteria Tuminense et Czetvertinense.
14. Monasterio Zahoroviensi Monasteria Volsvinense et Horodiscense.
15. Monasterio Niskienicensi Monasteria Zimmense et Turopinense.
16. Monasterio Hoscensi Monasterium Horodyscense.
17. Monasterio Lubarensi Monasterium Kolodczynense.
18. Monasterio Biloloviensi Monasteria Tryhurense et Krasnohurense.
19. Monasterio Szarogrodensi Monasteria Niemieroviense et Granov.
20. Monasterio Barensi Monasterium Holouczynense.
21. Monasterio Camenecensi Cathedrali Malejoviense et Ulanoviense.
22. Monasterio Czortkoviensi Monasterium Ulaszkovicense.
23. Monasterio Trembovliensi Monasterium Zbarazense.
24. Monasterio Satanoviensi Monasterium Korzovecense.
25. Monasterio Krylosensi ad Cathedram Haliciensem Monasteria Petrycense, Sokolense, Dorohoviense, et Lukvianense.
26. Monasterio Zavaloviensi Monasteria Uhernicense et Sokolense.
27. Monasterio Pacykoviensi Monasterium Hoszoviense, Bolechoviense et Svaryczoviense.
28. Monasterio Dobrzanensi Rudnicense et Podhorodyscense.

*Monasteria quae ob totalem Fundationis defectum, quoadusque ab Haeredibus et Piis Fundatoribus sufficienti dote ad sustendandas ad minus octo Personas Religiosas non providebuntur, a Provincia Ruthena plene dimittuntur, et nunc actu jam dimissa.* (f. 337).

1. Bakocynense.
2. Bolozynoviense.
3. Vyspense.
4. Bilczense.
5. Dzwiniaczense.
6. Vinnicense.

7. Hraboviense.
8. Horodecense.
9. Halaykoviense.
10. Kosoviense.
11. Koroloviense.
12. Synkoviense.
13. Leskoviense.
14. Tyszycense.
15. Tlumaczense.
16. Brzuchoviense.
17. Ulucense.
18. Klodecense.
19. Krupicense.
20. Zamczynense.
21. Ladaviense.
22. Mankoviense.
23. Berszadecense.
24. Lebedynense.
25. Onuphriense.
26. Dorohoviense.
27. Humieniecense.
28. Letnianense.
29. Mosznense.
30. Kanioviense.
31. Perehinscense.
32. Brzezanense.

Hanc autem Monasteriorum unionem, juxta bene placita S. Sedis subsecutam, et respective aliquorum Monasteriorum totalem desertionem, uti approbationi ejusdem Sanctae Sedis venerabundi subjicimus, ita humillime supplicamus, ut non solum Monasteria inter principaliora citata, verum etiam Monasteria aliis melius provisis unita, circa jura et Privilegia (quibus hucusque gaudebant) integra conserventur, utque in casu augendae per Haeredes et alios pios Fundatores tam Monasteriorum aliis subordinatorum quam Monasteriorum totaliter desertorum Fundationis, ad sustentationem octo vel plurium Personarum Religiosarum sufficientis, non alteri quam Ruthenae Provinciae eadem unita et deserta Monasteria cedant, et applicentur. In Majorem autem fidem omnia praemissa manibus nostris subscribimus.

Actum in Civitate Dubnensi, die 19. 8bris, 1745 Anno.

Athanasius Szeptycki, Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae, per Decretalem SS.mi Domini Nostri ad hunc Actum Delegatus.

Polycarpus Mihuniewicz, Ordinis D.B.M. Generalis.

Hypatius Bilinski, O.S.B. Provincialis per Russiam.

(f. 337v) Nicanor Ulinski, Ord. D.B.M. Proto-Consultor Generalis, Rector Coll. Vladm.

Ambrosius Seredowicz, O.D.B.M. Consultor Generalis, Coll. Hosczen. Rector, Superior Horodyscen.

Hieronymus Kamczyc, O.S.B.M. Consultor Generalis, Confraternitatis Luceoriensis Exaltationis S. Crucis Superior.

Sylvester Artecki, O.S.B.M. Secretarius Generalis ex Provincia Lithuana.

Sylvester Koblanski, O.D.B.M. Secretarius Generalis ex Provincia Ruthena.

Paphnucius Mankouski, O.D.B.M. Proto-Consultor Provinciae.

Josaphat Prunicki, O.D.B.M. Prov. Ruthenae Consultor.

Gervasius Paslauski, O.D.B.M. Provinciae Ruthenae Consultor.

Augustinus Tarnogrodzki, O.D.B.M. Consultor Prov. Ruth.

Hieronymus Oziemkiewicz, O.S.B.M. Prov. Ruth. Secretarius.

Praesens transumptum cum Actis Authenticis concordat de verbo ad verbum, testor

Methodius Hordouski, Prov. Pol. Secr. O.S.B.M.

## 268.

*Roma, 15.XI.1745.*

*Supplicatio pro Ordine Basilianorum Ruthenorum, de Alumnis ex OSBM in Collegium Urbanum admittendis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congr. gen.*, vol. 726, fol. 77.
MUH, vol. VI, pag. 184.

Emm.mi e R.mi Signori.

Il Procuratore generale [112] de monaci Basiliani Ruteni umilissimamente espone, come essendosi degnata la Santità di Nostro Signore di determinare nella sua gloriosissima e sapientissima decretale, che li due alunnati già stabiliti da questa S. Congregazione per sudetti monaci Ruteni nel Collegio Urbano, si dividano per uguale porzione tra le due provincie di Lituania e di Russia, come apparisce dalla sudetta decretale: *Quo vero ad alumnatus, cum duo ex ipsis constituti sint in Collegio Urbano de Propaganda Fide etc. Statuimus, quod huiusmodi alumnatus ad utramque provinciam deinceps spectare censeantur, atque inter earumdem alumnos aequaliter dividantur.*

E dall'altro canto, trovandosi già nel sudetto Collegio uno monaco della provincia Lituana, il Padre Generale [113] ha mandato in Roma con sua obbedienza il Padre Atanasio Szeptycki,[114] monaco professo della provincia di Russia, nepote di Mons. Metropolitano, acciò che, colla permissione dell'Eminenze Vostre, faccia nel Collegio il corso della teologia. Supplica pertanto l'Oratore la somma benignità dell'Eminenze Vostre di ammetterlo nel sudetto Collegio, anche sul motivo, che la Provincia di Russia dopo la sua totale rassegnazione agl'ordini pontificii, possa godere delle grazie di Sua Santità e di questa S. Congregazione. Che etc.

---

[112] Procurator generalis in Urbe P. Athanasius Czarkowskyj (1744-1747).

[113] P. Polycarpus Mihuniewicz, Protoarchimandrita (1743-1747).

[114] P. Athanasius Szeptyckyj iunior, Basilianus, Alumnus pontificius Coll. de Prop. Fide, ingressus 6.XI.1746, ordinatus sacerdos in Urbe 1748 ab Archiep. Duracensi Schirò, dein Archimandr. Kanioviensis (1753), Provincialis Prov. Ruthenae (1759-1761), Episcopus Peremysliensis (1762-1779). Obiit die 8.VI.1779. Cfr. D. Blazejovskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students in the Pont. Coll. Urbano de Prop. Fide: 1627-1846*, in « *Analecta OSBM* », vol. IX, pag. 213.

(fol. 78v) All'Emm.mi e R.mi Signori Cardinali della S. Congr. di Propaganda Fide. Per divotissimo Oratore il Procuratore generale de Basiliani Ruteni. 15 Novembris 1745.

## 269.

*Volodymyr, 14.II.1746.*

*Acta praeparationis schedae Vocalium in Consult. Antopolitana et Volodimiriensi de mandato Episcopi Zenopolitani.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 7, fol. 88-96v.

In Nomine Domini, Amen.

Praesenti publico Instrumento cunctis ubique pateat et sit notum quomodo anno a Nativitate Domini Nostri JESU CHRISTI DMCCXLVI, Indictione Romana IX, Pontificatu SS.mi Domini Nostri Domini BENEDICTI Divina Providentia PAPAE ejus Nominis XIV, Anno ipsius Coronationis Sexto, die vero Lunae, quae erat XIV mensis Februarij, in mei publici Sacra Authoritate Apostolica Notarij jurati Testiumque infrascriptorum praesentia, Comparens personaliter Nobilis ac gen.sus D.us Casimirus Czaykowski, Aulicus Ill.mi et Rnd.mi Domini Georgij Comitis de Lascaris, Episcopi Zenopolitani, Praepositi Infulati Insignis Ecclesiae Collegiatae Olycensis, ad meliorem fidem et juris Officium obtulit et ad acticandum porrexit Acta Convocationis Vlodimiriensis VV. PP. Ord. D. Basilij Magni, sub Paesidentia ejusdem Ill.mi et Rnd.ssimi Episcopi Zenopolitani, qua Delegati Apostolici, celebratae, eaque ex vero originali suo, nulla rasura maculato, Actis praesentibus inseri et ingrossari petijt, quae de verbo ad verbum tenoris sunt sequentis.

Transumptum ex Actis Ordinis Sancti Basilij Magni Congregationis Ruthenorum Generalibus, consultationis numero Quartae, sub praesidentia Ill.mi et Rn.dissimi Domini Georgij de Lascaris, Episcopi Zenopolitani, Infulati Olycensis, per Decretalem Sanctissimi Domini Nostri super rebus Generalis Capituli Dubnensis nuper emanatam, Paragrapho quae incipit: Quia vero, ad eligendos Vocales pro futuris Generalibus Capitulis Delegati Apostolici, Anno, die et loco, in Actu immediate specificandis, agitatae et peractae. — Actum in Collegio Vlodimiriensi, Ordinis Sancti Basilij Magni, sub Praesidentia Ill.mi et Rnd.ssimi Domini Georgij de Lascaris, Episcopi Zenopolitani, Infulati Olycensis, ad infrascripta Delegati Apostolici, die septima Februarij Millesimo septingentesimo quadragesimo sexto Anno. —

Placuit quandoquidem Sanctissimo (f. 88v) Domino Nostro, pro majori Ordinis Sancti Basilij Magni Ruthenorum emolumento, per suam Decretalem super rebus Generalis Capituli Dubnensis Millesimo septigentesimo quadragesimo quarto anno, die secunda Mai emanantam Paragrapho, quae incipit: — In eisdem demum Constitutionibus etc., benignissime decernere de ijs, quorum Suffragio in futuris Generalibus Capitulis, Protoarchimandrita,

Consultores et Secretarij Generales eligi deberent, eundemque votantium numerum, praeter Excellentissimum Metropolitanum, Capitulis Praesidentem, Consultores, Secretarios Generales, et Provinciales, ad quadraginta ex una, et totidem ex altera Provincia reducere, hocque ipsum non postremi momenti negotium, praelibato Ill.mo et Rnd.ssimo Domino de Lascaris, per praetactam Decretalem, Paragrapho incipienti: — Quia vero delectus eorum etc., committere, ut una cum Protoarchimandrita, Provincialibus, et Consultoribus tam Generalibus, quam Provincialibus suprafatum Vocalium numerum eligat et instituat. Qui Illustrissimus in exequenda sua Delegatione sollicitam habendo curam, Anno immediate elapso, aliis impeditus Legalitatibus, Reverendissimo Generali vices Delegationis suae commiserat; Rnds.mus itaque Generalis, in virtute subdelegatae sibi Authoritatis, Religiosissimos Provinciales, Consultores tam Generales quam Provinciales, pro die decima septima Februarii Anni prateriti Millesimi septingentesimi quadragesimi quinti ad Monasterium Antopolitanum convocaverat. Cum vero pro eo tunc supradictorum Vocalium electio ex Provincia Ruthena ineffectuata remanserit, ex eo vel maxime quod Provincia Lithuana monasteria litis pendentiae inter Provincias subjecta, et per Paragraphum Decretalis Sanctissimi Domini nostri qui incipit: — Altera ex eo etc., decisioni Sanctitatis Suae, ad quam Provinciam spectare debeant, reservata, pro Vocalibus in sua schaeda porrexerat. Illustrissimus itaque Delegatus, reassumendo Convocationem Antopolitanam, sub Praesidentia Rnds.mi Generalis nuper peractam, et ob rationem immediate appositam et alias non definitam (f. 89) per literas suas Convocatorias ad Rnd.ssimum Generalem, Religiosissimos Provinciales, Consultores tam Generales quam Provinciales datas, in Collegio Vladimiriensi, die et anno supra in Actu expressis demandavit et instituit. Postquam vero Illustrissimus Delegatus, pro designatis termino et loco condescenderit, Rnd.ssimus Generalis, Religiosissimus Provincialis Russiae, Consultores et Secretarij Generales, nec non Consultores Provinciae Ruthenae, in virtute intimatoriarum Ill.mi Delegati praesentis Actus Literarum comparuerunt, absente vero, et nescitur quas ob causas, Religiosissimo Provinciali Lithuaniae, cum suo Consultorio non comparente. Post absolutam de Spiritu Sancto Missam, ad locum pro Sessionibus designatum, una cum Ill.mo Delegato se contulerunt, praemissoque Hymno Spiritus Sancti invocativo sequentem Sessionem inchoarunt.

*Sessio Prima.* — In hac itaque Sessione, nona antemeridianis celebrata, cum Ill.mus Delegatus, Rnd.ssimus P. Generalis, Religiosissimus Provincialis Russiae, et alij supra expressi debitis consederint in locis, Illustrissimus Delegatus diserto sermone congregatos pro hocce actu eligendorum Vocalium Patres ad executionem mandatorum Sanctae Sedis Apostolicae animando, Jurisdictionem suam fundavit. Cui Rnd.ssimus Generalis debitas gratiarum actiones pro laboribus circa negotium eligendorum Vocalium Ordini suo praestitis reposuit, Religiosissimus autem Provincialis Russiae, similem Ill.mo Delegato, nomine suae Provinciae referendo gratitudinem, li-

teras Ill.mi Delegati Actus praesentis intimatorias publicari postulavit, cui postulationi Ill.mus Delegatus annuendo easdem legi jussit, quarum tenor de verbo ad verbum est ejusmodi: —

Georgius Comes de Lascaris, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Zenopolitanus, Sacrae Congregationis Indulgentiarum Consultor, Insignis ecclesiae Collegiatae Olycensis Infulatus, et Parochialis Tomaszoviensis Praepositus etc. ad infrascripta Delegatus Apostolicus (f. 89v). Dilectis in Christo Rnd.ssimo, Religiosissimis, Admodum Rn.dis ac Religiosis Patribus Ordinis Divi Basilij Magni Congregationis Ruthenorum Protoarchimandritae Generali, Consultoribus et Secretarijs Generalibus, Provincialibus, nec non Consultoribus et Secretarijs utriusque Provinciae SS.mae Trinitatis Unitorum, et Protectionis Beatae Mariae Virginis salutem, et nostram imo verius Apostolicam Benedictionem Beatissimi Patris ac Domini, Domini Nostri BENEDICTI PAPAE XIV indefessus erga totius Orbis Christiani Fideles amor et cura Pastoralis, insignem Ordinem a Divo Basilio Magno, in decorem et utilitatem Ecclesiae, et Ritus vel maxime Graeci plurima ante saecula institutum, et nuncusque florentissime conservatum, speciali favore et Paterno affectu prosequens, in ejusdem utilitatem et decorem nonnulla per suas Decretales, et nuper sub die secunda Maij Anno praeterito Millesimo septingentesimo quadragesimo quarto decernere judicavit. Inter quae et nobis, licet immeritis, Apostolica Authoritate commisit, ut una cum Religiosissimis, Admodum Rn.dis, ac Religiosis Paternitatibus Vestris modum adinveniremus commodum et utilem, ad designandum certum ex utraque Provincia numerum Vocalium, qui jus haberent interveniendi vestris Capitulis Generalibus, in posterum celebrandis. Nos itaque, ea quae par est, observantia et obedientia Pontificijs volentes obtemperare mandatis, cum protunc urgentissimis impediti essemus negotijs, anno nunc currenti Millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, sub die secunda Januarij per nostras Literas Rd.ssimo ac Religiosissimo Patri Generali facultatem congregandi Consultationes tam Generalem quam Provincialem, ad stabiliendum praefatum Vocalium numerum delegavimus. Qui Rnd.ssimus Pater, vigore earum Literarum nostrarum, easdem Consultationes (f. 90), sub die decima quarta Februarij Antopolij actu convocavit, sed cum certis de causis imperfectum in illa convocatione remanserit negotium, nos novis etiam Sanctitatis Suae Sacraeque Congregationis de Propaganda Fide impulsis permoti, iterum has Consultationes convocare obligamur, atque iisdem, in exactiorem mandatorum Pontificiorum observantiam, nos personaliter praesidere intendimus. Quare vobis Rnd.ssimo, Religiosissimis, Admodum Rn.dis ac Religiosis Patribus Authoritate Apostolica, in hac materia nobis commissa, mandamus, ac injungimus, ut omnes et singuli per laudatam Decretalem Sanctissimi Domini, Domini Nostri ad hoc negotium Vocalium stabiliendorum designati, pro die Lunae immediata post Dominicam Septuagesimae, quae erit juxta Romanum Calendarium septima mensis Februarij anni proxime futuri Millesimi septingentesimi quadragesimi sexti, ad Monasterium

seu Collegium Ordinis Vestri in Civitate Vladimiriae, Palatinatus Wolhynensis conveniatis ad mecum consulendum, stabiliendum, et concludendum modum designandorum ad praescriptum Apostolicae saepe memoratae Decretalis Vocalium, qui de Jure ex utraque Provincia Congregationis vestrae Ruthenorum intervenire poterunt et debebunt Capitulis vestris generalibus inposterum celebrandis, si ita videbitur Sanctissimo Domino, Sacraeque Congregationi de Propaganda, ad quam, ad normam supradictae Decretalis, resultatum nostrae Consultationis pro approbatione fideliter remittemus. — Datum Olycae, in Residentia nostra Praepositurali Infulata, die nona mensis Novembris, Anno Millesimo septigentesimo quadragesimo quinto.

D.G.C. De Lascaris, Episcopus Zenopolitanus, Praepositus Infulatus Olycen. manu propria. — Locus Sigilli. —

Post subsecutam talium Literarum lectionem, Religiosissimus Provincialis Russiae, spondendo omnimodam Decretorum Sanctae Sedis Apostolicae executionem, schaedam statuendorum, ad mentem Pastoralis Literae Sanctissimi Domini Nostri, ex sua Provincia, pro futuris Generalibus Capitulis Vocalium, in sequenti sessione porrigendam declaravit, debitaque cum (f. 90v) Instantia Illustrissimo Delegato supplicavit, ne schaeda a Provincia Lithuana in Consultatione Antopolitana nuper proposita, negotio controversorum Monasteriorum et Iuribus suae Provinciae ad eadem Monasteria habitis, et jam in Sacra Nunciatura liquidatis praejudicet. Qui Ill.mus Delegatus, etiam ex mente Sacrae Congregationis declaravit, quod appositio controversorum Monasteriorum, nullum Jus ad eadem Monasteria pro Parte praetactae Provinciae dirimet, et corroboret, et e converso, nullam diminutionem Jurium et praetensionum Provinciae ad saepe citata Monasteria habitorum causet et inferat; stanteque tali Ill.mi Delegati declaratione, Sessio ad diem crastinam soluta fuit.

*Sessio Secunda.* — Die vero octava mensis et anni ejusdem, in Sessione more solito inchoata, comparuit Venerabilis Pater Germanus Jackouski, Provinciae Lithuanae Consultor, cum excusatione Religiosissimi Provincialis Lithuaniae, et ejusdem Provinciae Consultorum, utpote tum ob longam hujus loci a se distantiam, tum propter viarum malitiam, et ob alias rationes in Literis ad Ill.mum Delegatum a praetacto Religiosissimo Provinciali ac si datis, et necdum ad manus praelibati Ill.mi Delegati devolutis, ad praesentem Actum comparere non valentium. Idemque Venerabilis Pater Consultor Religiosissimi Provincialis Lithuaniae, ac ejusdem Provinciae Consultorij nomine schedam Vocalium cum reprotestationibus Provinciae suae, contra Provinciam Ruthenam nuper in Convocatione Antopolitana propositam manuteneri declaravit, et eandem ab Ill.mo Delegato recipi postulavit, quam Ill.mus Delegatus ad manus recipiendo suas, supplicatique iterum Religiosissimi Provincialis Russiae, cum toto suo Consultorio, quatenus negotio controversorum Monasteriorum eadem scheda non praejudicet, sequentem cautelam solus Ill.mus Delegatus apponendam esse duxit, uti sequitur: —

Ill.mus Delegatus, occurendo omni dubietati, atque timori praeconcepto

a Venerabili Provincia Ruthena, ne per hoc quod reperiantur in Schaeda a Venerabili Provincia Lithuana (f. 91) in Convocatione Antopolitana proposita aliqua Monasteria ex controversis, detrahatur Jus, quod supponit sibi competere ad illa vindicanda, declarat ex mente Sacrae Congregationis, quod nominatio eorundem Monasteriorum controversorum, facta a Venerabili Provincia Lithuana, nec minimum quid auget Juris sibi Provinciae Ruthenae, et quod Sancta Sedes derimet hanc controversiam in fundamento Justitiae et jurium unicuique Provinciae competentium, ac si illa Monasteria non fuissent nominata. — Et hac praecustoditione Ill.mus Delegatus adjecta, Schaedam a Provincia Ruthena eligendorum Vocalium proponendam sibi demandavit, statimque eadem a Religiosissimo Provinciali Russiae Ill.mo Delegato porrecta, et publice lecta fuit, uti sequitur: —

*Methodus eligendorum Vocalium quadraginta ex Provincia Ruthena Patrocinij Beatissimae Virginis Mariae*, ad mentem Literae Decretalis Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIV, feliciter nostri Regnantis: — Superiores triginta octo, Magister Novitiatus et Professor Philosophiae quadragenarium numerum complebunt, tali ordine: — Et quidem Superiores Vocales sunt sequentes: Poczajoviensis, Zahaiecensis, Dobromiliensis, Lawroviensis, Leopoliensis Monasterij Cathedralis ad aedes S. Georgij, Hoscensis, Kamenecensis ad Cathedram, Zahoroviensis, Trembovliensis, Bialostocensis, Krylosensis ad Monasterium Cathedrale Haliciense, Luceoriensis Monasterij Cathedralis, item Luceoriensis Monasterij Confraternitatis ad ecclesiam Sanctae Crucis, Lublinensis, Krechoviensis, Niskienicensis, Vicinensis, Krasnopustinensis, Biesiadensis, Podhorcensis, Milecensis, Bilyloviensis, Szarogrodensis, Barensis, Pohonensis, Lubarensis, Werchratensis, Szczeplotensis, Lisznianensis, Unioviensis, Mielecensis, Ourucensis, Czortkoviensis, Satanoviensis, Pacicoviensis, Dobrzanensis, Derevianensis; Magister Novitiatus ille erit, qui praeerit celebriori Novitiatui, et Professor Philosophiae, qui tamen Professori Theologiae S., si aliquando erit, Officium Vocalitatis cedet. Quodsi autem ex fundamento (f. 91v) Decretalis placeret Sanctae Sedi ultra assignatum quadragenarium numerum Vocalium, ad desiderium Provinciae Lithuanae Venerabiles Patres Consultores Provinciae ejusdem pro Vocalibus declarare, pro habenda paritate votorum etiam Provincia Ruthena idem Beneficium, debita cum submissione, sibi praestari exposcit. In casu autem alicujus Vocalis, unius vel plurium, ob rationem quampiam absentiae, licitum sit Congregatis ex Provincia Patribus, sub Praesidentia Rd.mi Protoarchimandritae Generalis (antequam suo officio renunciet) alium vocalem vel plures (prout exiget paritas votantium) determinare. Sicut etiam, quoniam Monasteria pro Vocalibus alendis, superius assignata, plurima sufficientia non sint, Vocalem ex Monasterio uno, habito respectu desolationis, aut majoris tenuitatis, ad alterum ex ratione auctae dotis, vel etiam de nova radice erectionis, transferre, assignare et determinare Congregatis ex Provincia Patribus liberum et licitum erit. Et hanc schaedam Vocalium futuris Capitulis intervenire debentium Provincia Ruthena, obediendo Manda-

tis Sanctae Sedis, et evitando sinistras, et nunquam probandas delationes, pro integritate et candore suo erga Sanctam Sedem, conscripsit, supplicans humillime, ut Ius et interesse super controversis et in lite existentibus Monasterijs (prout Illustrissimorum Episcoporum Protestantiones, ac majorum hujus Provinciae Ruthenae transactiones testantur) salvum ac illaesum maneat, cum certum sit quod Reverendi Patres Almae Provinciae Lithuanae Sanctissimae Trinitatis (omissis plurimis ad vocalitatem aptissimis in corpore suae Provinciae existentibus Monasterijs) ad haec controversa, distantissima a Sua Provincia, imo intra viscera Provinciae Ruthenae reperibilia, nullo Jure, fine, nisi firmandae suae usurpativae possessionis in ante acta Consultatione Antopolitana cum assignandis Vocalibus recurrerunt. Cogitur praeterea dicta Provincia Russiana hac occasione humillime remonstrare Sanctae Sedi, quod inclyta Provincia Lithuana ultra quinquagenarium numerum schismatica in corpore sui satis bene provisa (f. 92) habeat Monasteria, quae postquam cum Dei gratia ad verum Christi redibunt Ovile, eidem Provinciae Lithuanae (casu intra viscera ejusdem sint) incorporabuntur; Quale augmentum in Provincia Ruthena (ubi favente Numine omnia Monasteria sunt Catholica) sperabile non est. Proinde contra Vocales ex Monasterijs controversis in Consultatione Antopolitana, in praejudicium Provinciae Ruthenae jurium propositos, eadem Provincia Ruthena protestatur, atque haec desideria Supremae Benignitati et Clementiae, simul et assignatam Vocalium methodum examini, correctioni et approbationi ejusdem Sanctae Sedis Apostolicae humillime subicit. Quem ut facilius sortiatur effectum Ill.mus ac Rnds.mus Dominus Delegatus sua insigni authoritate ijsdem petitionibus robur et momentum praestare non dedignabitur.

— Post publicam praeinsertae Schaedae lectionem, et ab Ill.mo Delegato ejusdem acceptationem, dependenter tamen a beneplacito Apostolico, cui nedum utraque Provincia, sed ipse Ill.mus Delegatus se submittit, et acta praesentia ad ejus benignissimam resolutionem et decisionem quam primum transmittere non omittet. Hisque peractis Sessionem praesentem ad diem sequentem limitavit. —

*Sessio Ultima.* — Die vero nona Februarij, horis pomeridianis, celebrata. Ill.mus Dominus Delegatus, una cum praenominatis, convenit ad locum proprium Sessionis, atque invocata de more assistentia Spiritus Sancti interrogavit, an placeat perlegere et subscribere praesentia Acta, et Venerabilis Pater Sylvester Artecki, Secretarius Generalis ex parte Provinciae Lithuanae petijt, ut suo et ejusdem Provinciae nomine ante subscriptionem inserantur sequentia: — quod nempe Venerabilis Provincia Lithuana porrigendo suam Schaedam in Convocatione Antopolitana non affectate nominavit aliqua Monasteria ex controversis, sed ex necessitate, nam illis meliora non adinveniri asseruit in Provincia sua. Hac itaque declaratione in Actis descripta, iterum petijt Ill.mus Delegatus, an placeat Religiosissimis Patribus, ut haec Acta (f. 92v) perlegantur et subscribantur, et responderunt quod placeat. Perlecta sunt igitur Acta, et omnibus consentientibus,

Ill.mus Dominus Delegatus hanc Convocationem conclusit et terminavit, atque ab omnibus hic praesentibus subscribendam esse decrevit.

Datum in Collegio Vladimiriensi, Ordinis Divi Basilij Magni, die ut supra nona mensis Februarij, Anno Millesimo septingentesimo quadragesimo sexto. —

D.G.C. de Lascaris, Episcopus Zenopolitanus, ad supradicta Delegatus Apostolicus (mp). — Locus Sigilli. —

Polycarpus Mihuniewicz, Ordinis Divi Basilij Magni, Protoarchimandrita Generalis (mp). —

Hypatius Bilinski, Ord. Sancti Basilij Magni, Provincialis Russiae (mp). —

Nicanor Ulinski, Ord. D. Basilij Magni, Protoconsultor, Rector Collegij Vladimiriensis (mp).

Ambrosius Seredowicz, Ord. S. Basilij Magni, Consultor Generalis, Rector Collegij Hoscensis (mp).

Hieronymus Kamczyc, Ord. S. Basilij Magni, Consultor Generalis, Monasterij Confraternitatis Luceoriensis Superior (mp).

Sylvester Artecki, Ord. S. Sasilij Magni, Secretarius Generalis ex Provincia Lithuana (mp).

Sylvester Koblanski, Ord. S. Basilij Magni, Secretarius Generalis ex Provincia Ruthena (mp).

Paphnutius Mankouski, Ord. S. Basilij Magni, Protoconsultor (mpp).

Germanus Jackowski, Ord. S. Basilij Magni, Provinciae SS.mae Trinitatis Consultor (mp).

Josaphat Prunicki, Ord. S. Basilij Magni, Consultor Provinciae Ruthenae (mp).

Gervasius Paslawski, Ord. S. Basilij Magni, Consultor Provinciae Ruthenae, Superior Conventus Dobromiliensis (mp).

Augustinus Tarnogrodski, Ord. S. Basilij Magni, Consultor Provinciae Ruthenae, Superior Zahoroviensis (mp).

Hieronymus Oziemkiewicz, Ord. S. Basilij Magni, Provinciae Russiae Secretarius, Niskienicensis Hegumenus (mp).

Praesens transumptum cum Actis authenticis de verbo ad verbum concordare testor.

Sylvester Artecki, O.S. Basilij Magni, Secretarius Generalis ex Provincia Lithuana (mp).

Praesens transumptum cum Actis authenticis de verbo ad verbum concordare testor.

Sylvester Koblanski, Ord. S. Basilij M., Secretarius Generalis ex Provincia Ruthena (mp).

Locus Sigilli Congregationis Ruthenorum Sancti Basilij Magni.

(f. 93) Deinde idem qui supra exhibuit Schaedam Originalem jam prius in Convocatione Antopolitana a Venerabili Provincia Lithuana porrectam, et deinde in Convocatione Vladimiriensi ad manus Ill.mi Delegati nomine ejus-

dem Veneralibis Provinciae consignatam, quae est de verbo ad verbum tenore sequenti:

*Methodus deligendi Vocales quadraginta ex Provincia Sanctissimae Trinitatis*, ad mentem Literae Pastoralis Sanctissimi Domini Nostri: — Superiores viginti et sex, Secretarius Religiosissimi Provincialis, Magister Noviciatus, Procurator Causarum, tres Professores scholarum Religiosarum, ac octo monasteriorum primae Classis Legati, numerum quadragenarium compleant tali ordine: Superiores Vocales sunt sequentes: — Vilnensis, Zyroviciensis, Bythenensis, Polocensis, Torokanensis, Berezvecensis, Vitebscensis, Chelmensis, Vladimiriensis, Borunensis, Bialensis, Lauryszoviensis, Antopolitanus, Novogrodensis, Brestensis, Dobryhorensis, Pustinensis, Mscislaviensis, Jatviscensis, Volnensis, Lyskoviensis, Suckoviensis, Mozyrensium Missionum, Verchoviensis, Czerejensis, Rozanensis, Swirzen; — Superiores autem reliqui, sive Missionum Praesides, seu Vicarij Abbatiarum, ex quibus Legati esse non consueverunt, unusquisque ad Monasterium ex praenumeratis, quam maxime suae Residentiae adjacens, ante Capitulum conveniunt ibique Conventum Antecapitularem sub Praesidentia Superioris loci una cum Membris Monasterij celebrent, suaque desideria desiderijs Monasterij uniant, ac Superiori ad Capitulum perectum consignent. De Superioribus porro Monasteriorum specificatorum, constitutis in Officijs eminentioribus, jus suffragij annexum habentibus, statuatur quatenus talium quilibet vices sui, qua Superioris, agentem, in Conventu Antecapitulari per sufragia Conventus, sive de Personis Monasterij sive ex Praesidentibus locorum adjacentium Vocalem determinet. Magister Noviciatus Vocalis sit ille, qui celebriori Noviciatui praeest. Causarum Procurator Vocalis sit is, qui Causarum totius Provinciae, maxime autem in Iudicijs Tribunalitijs, promotionem gerit. Tres Professores, actu Praesbiteri, Vocales sint (f. 93v), actu praelegentes Religiosis Theologiam, aut Philosophiam aut Rhetoricam; Theologi tamen Philosophis, Philosophi Rethoricam profitentibus praeferantur. — Legati ex Monasterijs sint: — Vilnensis, Zyrovicensis, Bythenensis, Polocensis, Vitebscensis, Onuphriensis, Zydyczynensis, Dermanensis. Quia vero res quaeque mutationi sunt obnoxiae, ideo in casu augmenti, aut, quod Deus avertat, decessus Fundationum, sit Potestatis Capituli Generalis unum Monasterium alteri substituere, servata Regula, ut sufficiens pluribus Religiosis alendis minus sufficienti praeferatur. In casu autem absentiae alicujus Vocalis ob infirmitatem vel simile impedimentum, sit Potestatis Rnd.mi Generalis numerum Vocalium ad parem in utraque Provincia reducere. Porro, in fundamento Decretalis Sanctissimi Domini Nostri maxime dubitatur, tum Religiosissimum Patrem Provincialem, tum Consultores Provinciales, nec non Secretarium Provinciae, praeter supra expressum quadraginta vocalium numerum, semper fore Vocales. Denique haec methodus Vocalium, ad mandatum Sanctae Sedis Apostolicae adinventa, examini, correctioni et approbationi ejusdem Sanctae Sedis Apostolicae humillime subijcitur.

Datum in Monasterio Antopolitano, Anno Domini Millesimo septingen-

tesimo quadragesimo quinto, Sessione Consultationis Generalis Provinciarum Sanctissimae Trinitatis, et Protectionis B.M.V. ultima, mensis Februarij die decima septima.

Polycarpus Mihuniewicz, Divi Basilij Magni Congregationis Ruthenorum Proto-Archimandrita, et ad hunc Actum Subdelegatus Apostolicus. (mp).

Theodosius Koniaczeuski, O.D.B.M., Provincialis SS.mae Trinitatis Provinciae, protestando contra praetensionem Almae Provinciae Protectionis B. V. Mariae ad Monasteria a nobis possessa.

Hypatius Bilinski, O.D.B.M. Provinciae Ruthenae Protectionis B.V. Mariae Provincialis, protestando pariter contra Almam Provinciam Lithuanam de nullitate electionis Vocalium ex Monasterijs controversis (mp).

Felicianus Zablocki, O.D.B.M., Consultor Generalis, Superior Bytenensis, protestando contra praetensionem Almae Provinciae Protectionis B.V.M. ad Monasteria (f. 94) a nobis possessa (mp).

Ambrosius Seredowicz, O.D.B.M., Collegij Hoscensis Rector, ex Provincia Protectionis B.V. Mariae Consultor Generalis, subscribo me, praevia solemni Protestatione contra electionem Vocalium porrectorum ab Alma Provincia SS.mae Trinitatis ex monasteris in controverso stantibus (mp).

Nicanor Ulinski, O.D.B.M., Consultor Generalis, Rector Collegij Vlodimiriensis, protestando contra praetensionem Almae Provinciae Protectionis B. V. Mariae ad Monasteria a nobis possessa (mp).

Hieronymus Kamczyc, O.D.B.M., Monasterij Confraternitatis Luceorien. Hegumenus, Consultor Generalis, salvo Decreto Sanctae Sedis Apostolicae de monasterijs controversis, ex quibus Vocales a Provincia SS.mae Trinitatis porrecti sunt, manu propria me subscribo.

Sylvester Artecki, O.D.B.M., Secretarius Generalis ex Provincia Lithuana SS.mae Trinitatis, cum reprotestatione contra protestationem Almae Provinciae Protectionis B.V. Mariae (mp).

Sylvester Koblanski, O.D.B.M., ex Provincia Protectionis B.V. Mariae, salva decisione Sanctae Sedis Apostolicae de Monasterijs controversis in praesenti Scheda Vocalium specificatis (mp).

Heraclius Lisanski, O.D.B.M., Protoconsultor Provinciae SS.mae Trinitatis, cum reprotestatione contra omnes Almae Provinciae Protectionis B.V. Mariae protestationes et praetensiones tum de monasterijs a nobis possessis, tum de Vocalibus a nobis nominatis me subscribo (mp).

Paphnutius Mankouski, O.D.B.M., Protoconsultor Provinciae Protectionis B.V. Mariae, solemni eaque omnimoda cum protestatione de monasterijs controversis in Brevi SS.mi Domini Nostri per expressam cautis (mp).

Germanus Jackouski, O.S.B.M., Provinciae SS.mae Trinitatis Consultor, Alumnatus Ducalis Radiviliani Rector, Iuribus possessionis Monasteriorum Provinciae ejusdem per omnia salvis (mp).

Augustinus Tarnogrodzki O.D.B.M., Consultor Provinciae Ruthenae, Hegumenus Monasterij Zahoroviensis, solemni eaque omnimoda cum Protesta-

tione de Monasterijs controversis in Brevi SS.mi Domini Nostri per expressam cautis (mp).

MAXIMILIANUS ZAWACKI, O.D.B.M., Consultor Provinciae SS.mae Trinitatis, cum reprotestatione contra (f. 94v) omnes Almae Provinciae Protectionis B.V. Mariae protestationes et praetensiones tum de monasterijs a nobis possessis tum de Vocalibus a nobis nominatis me subscribo (mp).

THADAEUS JANKIEVICZ, O.D.B.M., Consultor Provinciae SS.mae Trinitatis, cum reprotestatione contra protestationes et praetensiones omnes Provinciae Protectionis B.V. Mariae (mp).

JUSTINUS CZECZKOWSKI, O.D.B.M., Secretarius Provinciae SS.mae Trinitatis, Superior Vitebscensis, cum reprotestatione contra omnes Almae Provinciae Protect. B.V. Mariae protestationes et praetensiones tum de Monasterijs a nobis possessis, tum de Vocalibus a nobis nominatis me subscribo (mp).

EGO HIERONYMUS OZIEMKIEVICZ, O.S.B.M., Provinciae Russiae Patrocinij B.M.V. Secretarius, Monasterij Kysieloviani-Nizkinicensis Hegumenus, protestando me, tam meo, quam Venerabilium et Admodum Rn.dorum Patrum Josaphat Prunicki, Camenecen. Podolien., et Gervasii Paslauski, Dobromiliensis Superiorum, Provinciae ejusdem Ruthenae Consultorum, quatenus, ad hunc Actum praesentium Consultationum ob notam nunc omnibus corporum suorum debilitatem comparire non valentium nomine, tam de illegalitate hujus schedae statuendorum Vocalium ex Alma Provincia SS.mae Trinitatis, uti non decisis controversis Monasterijs, in praejudicium Provinciae meae Ruthenae propositae et porrectae, quam etiam ratione per R.mum Patrem Provincialem SS.mae Trinitatis et ejus universale Consultorium non ad mentem per Rn.dum Patrem Generalem latae, per Consultationem sententiae hujusce Schaedae subscriptionis subscribor (mp).

Idem qui supra etiam dedit schaedam Originalem a Provincia Protectionis B.V. Mariae in Convocatione Vladimiriensi cum methodo eligendorum quadraginta vocalium Ill.mo Domino Delegato ad manus porrectam, cujus tenor de verbo ad verbum est, talis.

*Methodus eligendorum Vocalium quadraginta ex Provincia Ruthena Patrocinij B.V. Mariae,* ad mentem literae Decretalis SS.mi Domini Nostri Benedicti XIV, feliciter nobis Regnantis: — Superiores triginta octo, Magister noviciatus et Professor (f. 95) Philosophiae quadragenarium numerum complebunt tali ordine, et quidem Superiores Vocales sunt sequentes: — Poczaiojoviensis, Zahaiacensis, Dobromiliensis, Leopoliensis ad aedes Sancti Georgij, Hoscensis, Camecensis ad Cathedram, Zahoroviensis, Trembovlien., Bialostocensis, Krylosensis Monasterij Catedralis, item Luceoriensis Monasterij Confraternitatis ad ecclesiam Exaltationis Sanctae Crucis, Lublinensis, Krechoviensis, Nizkinicensis, Vicinensis, Krosnopustinensis, Biesiadensis, Podhorcensis, Milczensis, Bilyloviensis, Szarogrodensis, Barensis, Pohonensis, Lubarensis, Werchratensis, Szczeplotensis, Lisznianensis, Unioviensis, Mielecensis, Ovrucensis, Czortkoviensis, Satanoviensis, Zawaloviensis, Pacikoviensis, Dobrzanensis, Derevianensis; Magister Noviciatus ille erit, qui praeerit celebriori Novi-

ciatui, et Professor Philosophiae, qui tamen Professori Theologiae (si aliquando erit) officium vocalitatis cedet. Quodsi autem ex fundamento Decretalis placeret Sanctae Sedi ultra assignatum quadragenarium numerum Vocalium, ad desiderium Provinciae Lithuanae, Venerabiles Patres Consultores Provinciae ejusdem pro Vocalibus declarare, pro habenda paritate votorum etiam Provincia Ruthena idem Beneficium debita cum submissione sibi praestari exposuit. In casu autem alicujus Vocalis unius vel plurium, ob rationem quamquam absentium, licitum sit Congregatis ex Provincia Patribus, sub Praesidentia Rd.mi Protoarchimandritae Generalis, antequam suo officio renunciet, alium Vocalem vel plures, prout exiget paritas votantium, determinare, sicut etiam, quoniam monasteria pro Vocalibus alendis superius assignata plurima sufficientia non sint, Vocalem ex monasterio uno, habito respectu desolationis, aut majoris tenuitatis, ad alterum ex ratione auctae dotis vel etiam de nova radice erectionis, transferre, assignare, et determinare Congregatis ex Provincia Patribus liberum et licitum erit. Et hanc Schaedam (f. 95v) Vocalium futuris Capitulis intervenire debentium Provincia Ruthena, obediendo mandatis Sanctae Sedis, et evitando sinistras et nunquam probandas delationes pro integritate et candore suo erga Sanctam Sedem conscripsit, supplicans humillime, ut jus et interesse super controversis et in lite existentibus monasterijs, prout Ill.morum Episcoporum Protestationes, ac Majorum hujus Provinciae Ruthenae transactiones testantur, salvum ac illaesum maneat. Cum certum sit quod Rn.di Patres Almae Provinciae Lithuanae SS.mae Trinitatis, omissis plurimis ad vocalitatem aptissimis in corpore suae Provinciae existentibus Monasterijs, ad haec controversa distantissima a sua Provincia, imo intra viscera Provinciae Ruthenae reperibilia, nullo jure, fine, nisi usurpativae suae possessionis firmandae in anteacta Consultatione Antopolitana cum assignandis Vocalibus recurrerunt; cogitur praeterea dicta Provincia Russiana hac occasione humillime remonstrare Sanctae Sedi, quod inclyta Provincia Lithuana ultra quinquagenarium numerum schismatica in corpore sui satis bene provisa habeat Monasteria, quae postquam cum Dei Gratia ad verum Christi redibunt Ovile, eidem Provinciae Lithuanae (cum intra viscera ejusdem sint) incorporabuntur, quale augmentum in Provincia Ruthena, ubi ferente Numine omnia Monasteria sunt catholica, sperabile non est. Proinde contra Vocales ex Monasterijs controversis in Consultatione Antopolitana in praejudicium Provinciae Ruthenae Jurium propositos, eadem Provincia Ruthena protestatur, atque haec desideria supremae benignitati et clementiae simul et assignatam Vocalium methodum, examini, correctioni, et approbationi ejusdem Sanctae Sedis Apostolicae humillime subijcit. Quem, ut facilius sortiatur effectum, Ill.mus ac Rnd.ssimus Dominus Delegatus sua insigni authoritate ijsdem petitionibus robur et momentum praestare non dedignabitur.

Hanc Schaedam a Provincia Ruthena porrectam fuisse Ill.mo Delegato, testor:

Polycarpus Mihuniewicz, Ord. D.B.M. Proto-Archimandrita Generalis, manu propria. (f 96)

Hypatius Bilinski, Ord. S. Basilij Magni, Provincialis Russiae (mp).

Nicanor Ulinski, Ord. D.B.M. Proto-consultor Generalis, Rector Collegij Vladimirien (mp).

Ambrosius Seredowicz, O.S.B.M. Consultor Generalis, Collegij Hoscensis Rector (mp).

Hieronymus Kamczyc, Ord. S.B.M. Consultor Generalis, Monasterij Confraternitatis Luceorien. Superior (mp).

Sylvester Artecki, Ord. S.B. Magni, Secretarius Generalis ex Provincia Lithuana (mp).

Sylvester Koblanski, Ord. S.B.M., Secretarius Generalis ex Provincia Ruthena (mp).

Paphuntius Mankouski, O.D.B.M. Protoconsultor, Superior Zahaiacensis (mp).

Josaphat Prunicki, Ord. D.B.M. Consultor Provinciae Ruthenae (mp).

Gervasius Paslauski, O.D.B.M. Consultor Provinciae Ruthenae, Superior Conventus Dobromilien (mp).

Augustinus Tarnogrodzki, O.S.B.M. Consultor Provinciae Ruthenae, Superior Zahorovien (mp).

Hieronymus Oziemkiewicz, Ord. S.B.M. Provinciae Russiae Secretarius, Nizkinicensis Hegumenus (mp).

Super quibus omnibus et singulis praemissis petitum est a me, jurato Notario Apostolico, praesens confici et extradi instrumentum.

Acta sunt haec Olycae, anno, mense, die, etc., quibus supra. Praesentibus Magnificis Dominis Valeriano Bogdanski, Pincerna Novogrodensi, et Adamo Kochouski, Pocillatore Ostrzeszoviensi, Testibus ad praemissa rogatis et adhibitis.

Et quia ego Georgius Gregorij Bitkouski, Canonicus Brestensis, juratus Sacra Authoritate Apostolica Notarius, praesentia Acta ex vero Originali suo transumpta et perscripta, exemplificando cum eodem originali per omnia concordare inveni, proinde in fidem et indubitatum robur praemissorum, cum appositione sigilli, quo in similibus utor, subscribor. Idem qui supra (mp).

Ego infrascriptus, omnibus et universis quorum interest, fidem facio atque testor praefatum Georgium Bitkouski, esse talem qualem se facit, publicum Auctoritate Apostolica Notarium, (f. 96v) eiusque Instrumentis tam publicis quam privatis, tam in iudicio quam extra plenam adhiberi fidem.

Dattum Ludzini, die 16 Februarij, Anni 1746.

D.G.C. de Lascaris, Episcopus Zenopolitanus
Praepositus Infulatus Olycensis
S. Congregationis Indulgentiarum Consultor (mp).

## 270.

*Janovia, 25.II.1746.*

*Protestatio quaedam de confectione schedae Vocalium, ex parte lithuana.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 98-99.

In Nomine Domini. Amen.

Cunctis ubique pateat evidenter, ac sit notum, quod Anno a Nativitate Domini Nostri JESU Christi Millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, Indictione Romana IX, Pontificatus SS.mi Domini Nostri, Domini Benedicti XIV, Divina Providentia Papae ejus Nominis, Anno Sexto, die vero Veneris vigesima quinta mensis Februarij, in mei Protonotarij Publici Apostolici Testiumque infrascriptorum praesentia, Comparens personaliter Religiosus in Christo Pater Sylvester Artecki, Ordinis D.B.M. Secretarius Generalis Provinciae Lithuanae tituli SS.mae Trinitatis, suo et Religiosissimi Theodosij Koniaczeuski, ejusdem Provinciae Provincialis, nec non totius Consultorij ac Provinciae suae nomine in et contra Provinciam Polonam ejusdem Ordinis D.B.M. tituli Protectionis B.V. Mariae, solenniter manifestatus et protestatus est, idque in eo: Quia suprascripta Provincia Polona, juxta decretales SS.mi Domini Nostri Litteras super rebus Capituli Dubnen. emanatas, § qui incipit: — Quia vero, delectus eorum electorum Vocalium, pro futuris Generalibus Capitulis deputandorum, in virtute subdelegatae Reverendissimo Generali ab Ill.mo Episcopo Zenopolitano facultatis, sub tempus Consultationis Antopolitanae, die decima quarta Februarij Millesimo septingentesimo quadragesimo quinto Anno celebratae, fine obtinendorum absque ullo jure et nescitur ob quas rationes praetensorum a Provincia Lithuana Monasteriorum distulerit, et eousque prorogare intenderit, quousque Sancta Sedes Apostolica hanc quaestionem de praetensis Monasterijs non resolverit. Quoniam vero Sacra de Propaganda Fide Congregatio suo declaravit oraculo, non prius hanc controversiam Monasteriorum definiri posse, donec Provincia Polona suos Vocales (quemadmodum ad primam Instantiam fecit Provincia Lithuana) porrexerit. Facta hac Sanctae Sedis Apostolicae declaratione, Ill.mus Episcopus Zenopolitanus, ad hunc Actum Delegatus Apostolicus, per suas Innotescentiales literas in Monasterio Vlodimirien. Provinciae Lithuanae die septima Februarij Anno praesen. ad terminandum Actum Consultationis Antopolitanae instituit convocationem, ibique, comparente Rn.dissimo Generali cum suo Consultorio, in Persona praesidebat, dum vero Provinciae Polonae minus justum in porrigendis Vocalibus metum observasset ex ferventissimo erga executionem Decretorum Sanctae Sedis Apostolicae zelo, tollendo omnem Provinciae Polonae in determinandis Vocalibus renitentiam, Sacrae de Propaganda Fide Congregationis produxit literas, ex quibus luculenter patuit, parum obstare determinationem Vocalium Provinciae Lithuanae ex Monasterijs a Provincia Polona praetensis, et post explanatam per eumque (f. 98) Ill.mum Episcopum Zenopolitanum habiti

in oppositum dubij resolutionem, Provincia Polona Schedam praedictorum Vocalium porrexit, sed dum haecce Scheda multum praejudiciosa juribus Provinciae Lithuanae videbatur, ex eo quod Provincia Polona ex Monasterijs a Provincia Lithuana praetensis videlicet Mielecen., Ovrucen. Abbatialibus, Zahorovien. et alijs, ad quae Monasteria jura sibi servientia Provincia Lithuana coram Sacra Nuntiatura Apostolica produxit, et ad productionem jurium e converso Provincia Polona, ex mandato Rnd.mi Sacrae Nuntiaturae Apostolicae Auditoris, per Dominum Joannem Czwordowicz ejusdem Provinciae Procuratorem conventa, et requisita est, Vocales pro futuris Generalibus Capitulis indiscriminatim, in *methodo* a se porrecta determinaverit, et quasi ampliora (quod nunquam probari potest) Monasteria pro eligendis Vocalibus a Provincia Lithuana omissa fuisse asseruerit, sed cum hoc sit difforme veritati, eadem Provincia Lithuana conquaerendo contra injustas circa electionem Vocalium Provinciae Polonae remonstrationes, in candore cordis profitetur quod meliora Monasteria, ex quibus Vocales deputari possint non habeat, quinimo obtemperando mandatis Sanctae Sedis Apostolicae absque ulla altercatione, et dilatione, post factam per Rnd.mum Generalem intimationem, in Consultatione Antopolitana ex pauperrimis Monasterijs, in quibus debitam suo statui sufficientiam vix habet, porrigere Vocales coacta fuit; Demum eadem Provincia Polona in sua Scheda Vocalium exposuit multa in Provincia Lithuana Schysmaticorum esse Monasteria; Sed cum intra Rempublicam Polonam et Monarchiam Moschoviae per pacta conventa sancitum sit, ut eadem Monasteria semper penes Schysmaticos retineantur, ideo Ablegatus Moschoviae Kieyzerling, et Dominus Golembiouski, Residens Varsavien., plurima Monasteria a Provincia Lithuana, ante Comitia Generalia et sub tempus eorum, avelli postulavit, et fortissime instabat; praenominata vero Comitia, de Anno Millesimo septingentesimo quadragesimo quarto Grodnae celebrata, cum interminata manserint, idem Dominus Residens Varsavien. a Sacra Regia Majestate expetijt Commissionem ad praetensa a se Monasteria, titulo Missionis per Provinciam Lithuanam acquisita, et haec Commissio a Sacra Regia Majestate est illi appromissa, quae quoties expedita si fuerit, et Monasteria per Provinciam Lithuanam possessa ac cito (quod Deus avertat) avulsa fuerint, tocies Provinciam Lithuanam reddet pauperrimam et longe Provinciae Polonae imparem; ac licet hunc Passum (f. 99) manifestandi, sub tempus Consultationis Vlodimiriae celebratae idem Rn.dus Pater comparens Secretarius Generalis, una cum Rn.do Patre Consultore eiusdem Provinciae Lithuanae adactus fuerit facere, verum tamen ne per hoc in porrigendis Vocalibus Provinciae Polonae et subscriptionibus in actu Consultationis descripto difficultatem et recessum ejusdem Provinciae per sui oppositionem faceret, ad persuasionem Ill.mi Episcopi Zenopolitani, omni possibili modo sua activitate pro executione Decretorum Sanctae Sedis Apostolicae allaborantis, et Provinciam Polonam ad eundem effectum inclinantis, dissimulandum esse censuit. Ideo nunc, quam primum Acta Protonotariatus mei Publici Apostolici adire potuit,

obviando integritati Jurium Provinciae Lithuanae de nullitate porrectae ad Sanctam Sedem Apostolicam per Provinciam Polonam, respectu Vocalium ex supra allegatis Monasterijs transmissae Schedae, sinistrarumque remontrationem in eadem Scheda expressarum, iterum atque iterum nomine totius Provinciae Lithuanae, in quam solennissima juris forma protestatur ac manifestatur, hac sua manifestatione ad praemissa accedente, quam in fidem majorem manu propria subscripsit. Praesentibus Perillustri ac Admodum Rn.dis Michaële Neyman, Scholastico Bresten., Praeposito Losicen., Seminarij Janovien. Regente et Antonio Kraus, Ill. D. ejusdem Seminarij Janovien. Viceregente.

Sylvester Artecki, Ordinis D.B.M., Secretarius Provinciae Litthuanae.

Acta sunt haec praemissa in Oppido Janow Residentiaque mei infrascripti Protonotarij, Anno, Indictione Romana, Pontificatu SS.mi Domini, Die, et Mense, quibus supra. Super quibus omnibus petitum fuit a me Protonotario Apostolico quatenus unum vel plura publicum seu publica Instrumentum aut Instrumenta conficerem. Et quia Ego Adalbertus Josephus de Lenczycki Lenczycka, olim Nobilis Michaëlis Filius, Incola Palatinatus Podlachiae, Dioecesis Bresten., Protonotarius Apostolicus, ejusmodi Recognitionem ad Requisitionem praefati Recognoscentis, in praesentia suprascriptorum Testium ad Acta Protonotariatus mei suscepi praemissisque omnibus una cum praenominatis Testibus, praesens et personaliter interfui, ideo super his omnibus hocce Instrumentum confeci et extradidi, ac illud manu mea propria suprascriptum, nomine et cognomine sigilloque meis solitis communivi, ut in talibus his utor, specialiter requisitus atque rogatus.

ADALBERTUS JOSEPHUS LENCZYCKA
Protonotarius Apostolicus
Consistorij Generalis Janoviensis Notarius
Praepositus Divinensis (mp)

## 271.

*Rozana, 12.III.1746.*

*Instantia et petitio ad S. Congregationem de Prop. Fide Superiorum et Communitatis Rozanensis, de praeiudiciis sibi illatis a communitate Ritus Latini, de usu Sacramentorum, de Matrimoniis, de variis obiectionibus et erroribus, de transitu ad Ritum Latinum, de Episcopis Vilnensibus etc., ut provideatur indemnitati Communitatis Rozanensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari,* a. 1748, vol. 103, fol. 265-266.

Eminentissimi ac R.ndissimi Domini,
Mecaenates nostri Collendissimi.

Praevia demissione et flexo poplite, et lacrymis supplicat suis Eminentijs Missionaria Residentia nostra Rozanensis quatenus ab 50 annos, imme-

diate post fata pie defuncti justi Pastoris Brzostowski,[115] Episcopi Vilnensis, gravissimas injurias cum summo detrimento Universalis Ecclesiae sustinet a Parochis latinis loci, et vicinis, et Aulis Dominorum, tum etiam in cura animarum, tum in Parochia nostra Ritus Graeci Catholici, quam incessanter undique injurijs praedicti Parochi in condicto cum Aulis Dominorum opprimunt.

1ma: Magna praejudicia Basilicae nostrae faciunt, quia resistenter, spretis sacris Canonibus, sacris Synodis, sacris Decretis, alijsque Bullis, et Institutis, Enciclycis Summorum Pontificum, omissisque Haereticis, et Schismaticis, propter vanum quaestum, et proventum et ullam urgentissimam necessitatem, oves rationales graeco-catholicas pertinaciter ad Ritum Latinum multifarijs modis cogendo avocant, et actu aliquot centena avocarunt. Hinc pro certo sequitur mala consequentia, quia tales illiciti ausus sapiunt schismata, oprobria, scandala, difficultates, tepiditates, et retorsiones ad coadunationem fidei. Omnibus et singulis praesentibus Iudaejs, et Haereticis, atque Schismaticis, jam nonnulli resilierunt a Sancta Matre Ecclesia Romana, videntes supra infideles magnas persecutiones Unitorum, et contemptus, atque fortem negationem legitimo reditui.

2da: Unitos, praevaricatores legum Divinarum et Ecclesiasticarum, excommunicatos, et paenis ecclesiasticis subiectos, proterve ac illicite ab omnibus censuris, praesentibus nobis, relaxant, et Sacratissima Synaxi Ritus Latini communicant. Sacramenta Ritus Graeci Catholici penitus invalidantes atque postponentes, et invasiones cum commotu populi in Residentiam nostram facientes, cum summa desolatione Ritus, et loci, et duas inauditas fides praedicantes, unam Ruthenicam, rusticam, ignobilem, allteram vero Latinam, Catholicam, nobilem, ad haec talem rationem dantes, quare una eademque die Festa non celebramus, et una eademque ieiunia non ieiunamus. Demum, cur in azymo pane nos sacrificamus; o quam inutiles rationes, ex quibus populus utriusque Ritus perterritus, et procul dubio, in foveam dubij Unio fidei incidit, et absolute ignorat, quidnam recte credere debeat; ex his ergo rationibus populus Graeco-Unitus ad Ritum Latinum concurrit, et assumendo semel Ritum Latinum gravissime adversus Ritum Graecum blasphemat; huic certum remedium, nisi ipsa Sancta Sedes Apostolica.

3tio: Nostris Parochianis illicite Matrimonijs assistunt; mortuos sepeliunt; Baptizmum et alia Sacramenta administrare praesumunt; omnes proventus Parochiales nobis subtraxerunt; jam prae iniuria eorum vix vivere valemus, et penes ista duas Missiones, sanguineo sudore lucratas, nobis ademerunt, unam de cognomento Mizgieri, quam usurpat Illustrissimus Josephus Puzyna,[116] Episcopus Livoniae et Praepositus Rozanensis, hicmet ipse

---

[115] Episcopus Vilnensis Constantinus Brzostowski (1687-1722).
[116] Josephus Puzyna, Episcopus Livoniae (1739-1752).

aliquot Unitorum Matrimonijs assistit; alteram Miedzirzecz, qua utitur R.dus Pater Christophorus Modzolewski, Parochus praedictae Missionis, et Decanus Rozanensis, persecutor maximus Ritus Graeci-catholici; ob has ergo et alias gravissimas causas Ritus Graecus insigniter imminuitur, missio, et zelus circa periclitantes animas cessat, salutaris messis, quamvis sit magna, sed propter supra expressas rationes prorsus prostrata est, et inde in Vinea Christi ferme ociosi facti sumus, quia nemo infidelium ob tales causas et offensiones vult ad fidem catholicam converti; Praeveniendo autem ex supra dictis obiectionibus Suis Eminentijs ad haec sic accusati respondemus: curavimus eam Babiloniam, sed non sanavimus (f. 265v) eam, omni conatu occurrendo hujuscemodi erroribus; praeveniebant hisce casibus et Antecessores nostri apud Episcopos Vilnenses, ut dignarentur talia praeiudicia mitigare, et illicitos ausus in mutatione Ritus inhibere, et ii qui transierunt, ut cogerentur iterum redire, sed nunquam in his circumstantijs justitiam praestare voluerat, quin de die in diem causam in Consistorio Vilnensi usque ad exuvias suas protraxere. Ita etiam Antecessores nostri sub iisdem causis alij fatis cesserunt, alij per obedientiales translati ad alia monasteria, ubi et bella interrumpebant; et sic eos unquam ad finalem decisionem accedere potuisse.

Nunc ergo nos prosequendo rectis vestigijs Antecessorum nostrorum, et visis damnis Ecclesiae, penes vera Documenta tam Fundationis Illustrissimorum Comitum Sapieharum, quam etiam Inquisitionis verificativae designatorum Commissariorum a praefato Brzostowski, Episcopo Vilnensi, sub quo primo cepit fieri iste illicitus transitus Unitorum ad Ritum Latinum, qui immediate ad requisitionem pie defuncti Rn.di Patris nostri Skirkawski, Rectoris Missionis nostrae, per supra nominatos Commissarios omnes transgressores absolute demandavit compelli ad reditum. Insuper et mulctam solvere imposuit ecclesiae nostrae Rozanensi sub Vadio sexagenarum nummorum Lituanicorum, scilicet illis qui deinceps se resolverent mutare Ritum Graeco-Catholicum, etiam penes poenas ecclesiasticas. Haec autem causa agitabatur sub die 28 Iunij Anno 1684. Non omisimus sane et nos supplicem appellationem nostram facere ad modernum Illustrissimum Episcopum Vilnensem conquerentes missis Documentis, contravenientes, et scandala facientes in Parochia nostra, uti hoc contra ipsum Illustrissimum Puzyna, Episcopum Livoniae, et actualem Parochum Rozanensem, sub quo multa mala facta, et contra Ren.dum Patrem Modzolewski, et contra Arendarium Rn.dum Patrem Turczynowicz, ecclesiae latinae Rozanensis, et contra subcommendarios eius Rev.dum Patrem Plosnicki, et Rn.dum Patrem Hornalicki, ex Ritu Graeci-Unito ortos, sed Ritus Graeci persecutores, ut dignaretur per omnia viscera Christi Domini ad executam primam decisionem sui Antecessoris accedere, et eandem justitiam facere, et supra praedictos Sacerdotes, qua suos subditos, strictam Inhibitionem imponere, amplius ne audeant suscipere Graeco-Unitos ad Ritum Latinum, neque se immisceant in administrationem Ritus Graeci Sacramentorum, et hi qui mutarunt Ri-

tum redeant; quippe cum difficultate ad praedictam decisionem sui Antecessoris accessit, et hanc Epistolam ad Rn.dum Patrem nostrum Rectorem exaravit. Cujus brevi talis tenor est: Epistola suae Reverentiae, nomine totius Congregationis scripta, perfectiorem a me resolutionem non exigit, super hanc quam ei brevibus etc. Non supponerem, ut Clerus meus circa administrationem spiritualium Rozanae existens, in contra Constitutiones Summorum Pontificum se auderet resolvere ad avocandum Populum a Ritu Graeco-Unito ad Ritum Latinum, quoniam Unio ipsa velut est unius Ecclesiae Matris itaque pari passu est sancte colenda, et veneranda, et ad hoc bene recommendavi per processus in Dioecesi mea, interdicendo haec praejudicia, et maxime illicitos ausus in mutanda religione, quia mihi notum est, prout incumbit, non tantum Urbani VIII et aliorum, sed etiam et moderni Sanctissimi Patris instituta, et dispositionem, et siquidem ea allegat Sua Reverentia, hoc jam debet scire et de hoc: quod ij qui mutarunt Ritum tenentur iterum redire, quod quidem et fieri debet. Interim quidquid Actum, hoc illicitum fuit, convincat sua Paternitas porrigendo citationes ad Consistorium meum, hoc si deducetur, exemplares subibunt Paenas. Ubique obtinebit Sua Reverentia satistactionem. — Michaël, Episcopus Vilnensis.[117] Datum Vilnae, die 24 Junij Anno 1745.

Eminentissimi ac Rn.dissimi Domini, pulchrae sunt haec literae Illustrissimi loci Ordinarij (sed vox, vox, praetereaque nihil), ubi neque unicus transgressorum redivit, quin plures ad malum exemplum per avocationem praedictorum Sacerdotum ad Ritum Latinum transierunt, et nunc continuo transeunt; agemus hancce Causam (f. 266) per semi annum, tam in Consistorio Vilnensi, quam in Iudicijs Commissarialibus, sed ubique promissionibus politicis absque ullo effectu expediti, et ducenter in damna expensiva litum plus quam 500 Florenorum Polonicorum, sine omni respectu charitatis inducti, ex eo, ut justas lites sineremus; hinc evidenter patet, quod rara sit Iustitia aut plane ulla apud Illustrissimum Episcopum Vilnensem, ex multis solidis rationibus et consequentijs. Idcirco ex injusto, et minori ad justum, et altius competens forum, iterato flexo poplite appellamus, recursum in supra expressis ad Sacratissimum de Propaganda Fide supplices servi facientes, et ab ea de justitia omnem satisfactionem tantisper rogantes nempe, ut ad minimum a praedicta Commissione, et anno ij protervi transgressores propter fundamentalem agnitionem unius verae fidei, et aedificationem tam Schismaticorum quam aliorum Infidelium cum efficaci et reali compulsu ad suum patrium Ritum redeant, penes fortem inhibitionem Sacratissimae Synaxis. In praefatis ecclesijs latinis, et supra specificatas iniustas a nobis solutiones pro litum expensis, et receptos Parochiales proventus, de jure Canonico, qua provocatores nobis restituant

---

[117] Michaël Zienkowicz, Episcopus Vilnensis (1730-1762).

propter justitiam, et occursum peioribus futuris inter Sanctam Unionem scissionibus, et majoribus in simili praejudicijs, quia penitus penes pusillum gregem existimus, et brevi exolebit per potentiam Ritus Graeco-Catholicus; jam tres partes Unitorum in Lituania alliciere, ac compellere ad Ritum Latinum; demum fiemus Pastores absque ovibus. Hisce vere delatis, prono vultu, et cultu nos recommendantes manemus.

Suarum Eminentissimarum ac R.ndissimarum Dominationum
Scabella pedum, et Servi humilimi, Exoratoresque continui
Pr. Bonifacius Szlubka, O.D.B.M., Rector Rozanensis.
Pr. Firmianus Rowienski, O.D.B.M., Concionator Rozan.
Pater Germanus Pomaranski, O.D.B.M., Parochus Roz.
Pr. Joannes Chrys. de Horaczko, O.D.B.M., Spiritualis Roz.

Datum Rozanae, die 12 Martij, Anno 1746.

Ad Sacram de Propaganda Fide.

Cum humillima ac deprecativa venia omisimus exprimere superius, duos ante unum annum Unitos, nunc transgressores, contumaces, de nomine et cognomento Stephanum Kuresz et Casimirum Ratkiewicz, cum uxoribus, quos prae nimia eorum blasphemia contra Ritum Graeco-Catholicum et persecutionem, et seductionem aliorum Unitorum ac singularissime in extraditionem, et reditum, supplices postulamus cum supra expressis duabus receptis Missionibus; iidem, ante Uniti, propter eorum scelera assumpti in fortem protectionem a praefatis Sacerdotibus et Episcopo Livoniensi, quapropter malefacere non desinunt.

## 272.

*Torokanie, 26.II.1747.*

*Voluntas Consultorii Generalis observandi Constitutiones, de Capitulis Generalibus tempestive celebrandis, de morte violenta cuiusdam Patris Provinciae Ruthenae ad limites Valachiae, instantia de solutione pendentium rerum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 165-166.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini, Domini
et Patroni Colendissimi.

Circa peculiares Eminentiarum Vestrarum favores, per prolata nuper super rebus Capituli Dubnensis Decreta Supremae in terris Christi Potestatis, amplissimis nostra Religio cumulata Gratijs, ad osculum Sacrae Eminentiarum Vestrarum Purpurae, una nobiscum venerabundo festinans cultu, sponte ac profitetur, quod sicut cuncta hujus Sacrae Sedis Apostolicae, et Eminentiarum Vestrarum Beneplacita studiosissime adimplere conatur, singulas praetacti Capituli Suprema Authoritate Sanctissimi Domi-

ni Nostri feliciter Regnantis Constitutiones sacrosancte obserrare Cupit ac desiderat; Inter quas, cum nostris futuris Capitulis, quolibet quadriennio celebrandis, praefixum habeatur tempus, quod, ne breviter imminenti Congregationi differatur, demisso supplicamus poplite, ut nonnullae Quaestiones, necessario ad instituendum Capitulum spectantes, tum totum Ordinem nostrum, respective Provincias concernentes, benignissimae resolutioni Sanctitatis Suae, ac Eminentiarum Vestrarum, per praelibatam Decretalem reservatae, ad examen vocentur, (f. 165v) discutiantur, ac definiantur, ut tandem in optata tranquillitate, sopitis internis et domesticis litigijs, permanentes, Sanctae Unionis propagationi, et conversioni Schysmaticorum (etiam ad praesens Ordinem nostrum molestare ac vexare non cessantium) totis viribus incumbamus, uti et nunc pro amplianda apud vicinos Disunitos Fide Catholica, Divina Misericordia vires suppeditante, Fratres Nostri non sine animarum lucro strenue operantur et laborant, quorum unus non ita pridem, ex Provincia Russiae, nomine Sosipater, in oppido Tlumaczyk, ad limites Valachiae sito, crudelissime ex odio Sanctae Unionis, quam in illis Oris (uti compertum habemus) plantaverat, a Schysmaticis ibidem degentibus interemptus ac trucidatus est. Quare pro majori Fidei Catholicae incremento, ac Ordinis nostri emolumento, praetactarum pendentiarum Resolutionem humillime supplicamus, quam dum (f. 166) nobis, procul dubio, ex innata Emminentijs Vestris erga eundem Ordinem nostrum gratitudine adfuturam pollicemur, in reverentissimo Sacrae Purpurae osculo, profundissima cum adoratione manemus.

Torocanijs, 26 Februari, 1747 a.

Eminentissimarum ac Rnd.simarum Dominationum Vestrarum Servi humillimi, et Exoratores indefessi

Polycarpus Mihuniewicz, Ord. D. Basilij Magni Congregationis Ruthen. Proto-Archimandrita (mpr).

Nicanor Ulinski, Ord. S. Basilij Magni Proto-Consultor Gen. (mp).

Ambrosius Seredowicz, Ord. S. Basilij M. Consultor Gen.lis (mpr).

Damianus Czudouski, Ord. S. Basilij M. Pro-Consul. Gen. (mpr).

Hieronymus Kamczyc, Ord. S. Basilij M. Consultor Gen. (mpr).

Silvester Artecki, O.S.B.M. Secretarius Gen.lis ex Provincia Lithuana (mpropria).

Sylvester Koblanski, Ord. S. Basilij M. Secretarius Generalis ex Provincia Ruthena (mpr).

## 273.

*Vilno, 20.III.1747.*

*Instantia Provinciae Lithuanae de Episcopo Theodosio Rudnyckyj deque eius vita et de non concedenda promotione ad Metropolitam Kioviensem etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 7, fol. 169-170.

Beatissime Pater, Domine Clementissime.

Venit in profundum, venit, Beatissime Pater, in profundum tolleratus inhucusque Rev.mi Theodosii Rudnicki,[118] Luceoriensis Episcopi Rutheni fastus, et ausus in convulsionem Jurium Ordinis totiusque gentis nostrae et quod potissimum, et novissimum est, in praejudicium supremi juris ipsiusmet Sanctae Sedis. Nuper in supplici Libello exposuimus Beatitudini Vestrae, quod mox dictus Episcopus Abbatiam Zydyczinensem, stante adhuc vita Patris Georgii,[119] protunc actualis Abbatis, contra omne jus et fas occupaverat; Hodie demum non minori astu ac ausu pro vacanti Metropolia, coacervatis Magnatum instantiis, extorsit Privilegium; minime attento, quod ejusmodi Dignitas in fundamento Decretorum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide a Sanctissimis Beatitudinis Vestrae Praedecessoribus approbatorum nec non jurium a Serenissimis Regibus Genti nostrae datorum, a libero Collegii Episcopalis Capitumque Ordinis suffragio et potissimum a Sedis Apostolicae approbatione dependeat; ejus rei deducenda motiva jam accingit se itineri Legatus Gentis nostrae ad Regiam Majestatem. Interea provoluti ad Sacros Beatitudinis Vestrae Pedes enixe supplicamus, expetenda a praefato Episcopo Bulla minime concedatur; solo enim ejusmodi medio ad resipiscentiam compelli poterit reponetque Privilegium, qualiter factum legimus (f. 170) in sequelam Decretorum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide de Anno 1643. Tales cum lachrymis preces Pedibus Sanctitatis Vestrae submittendo pro ejusdem diuturna incolumitate ad felicitatem Orbis Christiani Deum iugiter exoramus.

Beatitudinis Vestrae Scabella Pedum et indefessi Exoratores

Theodosius Koniaczewski, O.D.B.M., per Provinciam Lithuanam tituli SS.mae Trinitatis Provincialis, Supr. Berezv. (mpr).

Heraclius Lisanski, ODBM, ejusdem Provinciae Proto-Consultor (mpr).

Maximilianus Zawadzki, Ord. S. Basilij M., Consultor ejusdem Provinciae (mpr).

Germanus Jackowski, Ord. S. Basilij M., Consultor Provinciae ejusdem (mpropria).

Thadeus Jankiewicz, Ord. D.B.M., Cons. SS.mae Trinit. Lith., Sup. Byth. (mpr).

Iustinus Czeczkowski, Ord. S.B.M., jur. ejusdem Secretarius (mp).

Datum Vilnae, die 20 Martii, Anno 1747.

---

[118] Theodosius Rudnickyj, Episcopus Luceoriensis (1731-1751).

[119] Archimandrita Zydyczynensis Georgius Pakowskyj (1731-1746). Post eius obitum Theodosius Lubieniecki-Rudnickyj, Episcopus Luceoriensis, obtinuit nominationem Regis Augusti III, die 15.XI.1746.

## 274.

*Lavrisovia, 30.VII.1747.*

*De missione novi Alumni ad Collegium pontificium Romanum, et de manutenendo in possessione Provinciam Lithuanam contra praetensiones Prov. Ruthenae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 225-226.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini,
Domini et Benefactores Singularissimi.

Pridem animo concidere, pridem viribus resistendi tot adversis deficere nobis pusilloque Provinciae nostrae gregi convenisset, nisi prospiciens ex alto Eminentiarum Vestrarum clementia nos interdum reficeret, erigeratque in animum sperandi tandem aliquando meliora lapsis. Non postremum quippe Eminentiarum Vestrarum clementiae specimen reputamus et illud, quo mediante placuit Eminentissimis Patribus, ut in locum Patris Hieronymi,[120] terminato Theologiae cursu ad Patriam redeuntis, alius Provinciae nostrae Alumnus ad Collegium de Propaganda Fide mitteretur. In sequelam igitur supremi Eminentiarum Vestrarum beneplaciti pergit Lator praesentium Religiosus Metrophanes Mazanowski,[121] Juvenis compertae probitatis et in ratione studiorum capacitatis, studia auspicaturus Theologica; Istum ad praesens (f. 225v) altissimo Eminentiarum Vestrarum commendantes Patrocinio, renovamus quoque pluries cum lacrymis effusas preces nostras, quatenus Eminentiae Vestrae circa possessionem Monasteriorum sanguine Patrum nostrorum partam,[122] et plusquam centenaria praescriptione firmatam nos benigne non minus quam juste manutenere dignarentur. Quemadmodum enim istis Regionibus imperceptibile est, quo ausu nova Provincia non adeo pridem adinventam de Monasterijs praetensionem promoveat, ita nobis intollerabile foret vel minimum praemissis pati detrimentum; istud enim, cum alijs quae a Schismaticorum furore patimur, junctum praejudicijs exiciale prorsus non solum Provinciae nostrae verum toti Unioni evaderet; a quo per supremam Eminentiarum Vestrarum (f. 226) Justitiam immunes declarari Sacram reverentissime exosculando Purpuram supplicamus.

Datum Lavrisoviae, die 30 Iulij 1747.

---

[120] Agitur fortasse de Hieronymo Mankiewicz, Alumno de Prop. Fide, qui 5.II.1747 ordinatus fuit subdiaconus ab Episcopo Schirò in ecclesia SS. Sergii et Bacchi; cfr. D. Blazejovskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students in the Pont. Coll. Urbano...,* in « *Analecta OSBM* », vol. IX, pag. 213.

[121] Metrophanes Mazanowski, Alumnus de Prop. Fide, ingr. 1749...; cfr. D. Blazejovskyj, *op. cit.,* pag. 213.

[122] Agitur de s.d. monasteriis Volhiniensibus, quae erant in lite cum Provincia Ruthena, et usque ad annum 1762 de hac re fuit controversia inter Provincias.

Eminentiarum Vestrarum humillimi Servi et indefessi Exoratores

THEODOSIUS KONIACZEWSKI, O.D.B.M. per Provinciam Lithuanam tituli SS.mae Trinitatis Provincialis, Superior Berezvecen. (mpr).

HERACLIUS LISANSKI, O.D.B.M., Proto-Consultor ejusdem Provinciae, Superior Polocen. (mpr).

MAXIMILIANUS ZAWADZKI, O.D.B.M., Consultor ejusdem Provinciae (mpr).

GERMANUS JACKOWSKI, Ord. S. Basilij M., Consultor (mpr).

THADDAEUS JANKIEWICZ, Ord. D.B.M., Consultor SS.mae Trinitatis, Superior Byth. (mpr).

JUSTINUS CZECZKOWSKI, Ord. S.B.M., Secretarius Provinciae ejusdem, Superior Vit. (mpr).

## 275.

*Torokanie, 7.VIII.1747.*

*De missione ex parte Protoarchimandritae cuiusdam novi Alumni ad studia et de manutenenda Provincia Lithuana penes possessionem monasteriorum a Provincia Ruthena praetensorum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 229rv.

Eminentissimi et Rev.mi Domini,
Domini et Protectores Amplissimi

Ubi de jure suo suprema Eminentiarum Vestrarum Clementia firmato, inclyta semperque Apostolicae Sedi devota Provincia Basilianorum SS.mae Trinitatis, disposuit Religiosum Juvenem ad Collegium de Propaganda Fide, illum ego quoque literis meis comitandum duxi, tum ut hac suffragante occasione meae erga Eminentissimos Patres devotionis praeberem argumentum, tum ut praefatum juvenem Gratiae, et Benignitati Eminentiarum Vestrarum commendarem. Cum porro jam jam, in declivio tum Officij mei, tum fors et vitae meae (istius enim brevissimos dies praevideo) reperiar, uniam veritatem », quam hactenus tacito, ob spem resipiscentiae, in nova Provincia recondebam pectore fateri cogor, videlicet: quod ista nova Provincia, adhuc vita functi Rev.mi Metropolitani [123] spiritu non excussa, multum sibi arroget, adeoque multo arrogantior evaderet, si injuste praetensa Monasteria illi cederent; quapropter, pro ea, cum qua mortem expecto, conscientia (f. 229v) sensum meum aperio, quod antiqua tituli SS.mae Trinitatis Provincia circa justam et antiquissimam Monasteriorum possessionem omnino manuteneri mereatur. Hac dum pro debita Eminentiis Vestris

---

[123] Athanasius Szeptyckyj, Metropolita Kioviensis (1729-1746). Obiit die 11 Decembris 1746.

fidelitate exprimenda censui, memet ipsum Protectioni et Favoribus commendo, maneoque.

Datt. Torocaniis, die 7 Augusti, Anno 1747.

Eminentiarum Vestrarum Servus humillimus et indefessus
POLYCARPUS MIHUNIEWICZ
Or. D.B.M. Generalis

## 276.

*Berestj, 29.IX.1747.*

*Heraclius Lisanskyj, Provincialis Lithuaniae, de missione cuiusdam Alumni ad studia, de difficili munere Provincialatus ob aggressiones Schismaticorum et praetensiones Provinciae Ruthenae ad monasteria, in quorum possessione Provincia sua manuteneri deberet etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 275-276.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini,
Domini Protectores mei Singularissimi.

Clementissima EE. VV. liberalitate ad obsequia animarum in Ven. Collegio de Propaganda Fide educatus, postquam anno 1729, iussu EE. VV. in Provinciam meam redierim, occupationes morasque meas quolibet anno partim per literas meas sub plantas EE. VV. directas, partim per Procuratores Ordinis nostri Romae degentes deferre EE. VV. non neglexi.

Quia vero, cum remitterem Schedam animarum, vili cura mea per Gratiam Dei ad Ecclesiam ab erroribus schismaticis ultimis annis reductarum, eo tunc benignissimo EE. VV. oraculo sum edoctus, similes relationes nonnisi testimonio loci Ordinariorum authenticatas ad Archivum EE. VV. remitti debere. Ideo quem antea EE. VV. exposueram conversorum ad fidem Catholicam Cathalogum, eundem nunc, Misericordia Dei Salvatoris Nostri auctum, manuque Ill.mi et Rev.mi Domini Floriani Hrebnicki, Archi-Episcopi Polocen., Apostolici Administratoris Sedis vacantis Metropolitanae totius Russiae, roboratum gratiosissimis EE. VV. oculis praesentare audeo; non desituram meam in adimplendo debito in Ven. Collegio de Propaganda Fide contracto sollicitudinem etiam nunc jurata fide appromittens.

(f. 275v) Cum autem in nuper celebrato Brestae Monastico nostro Capitulo [124] vota Fratrum adegerint me ad submittendum imbeciles humeros portando Provincialis gubernij oneri, illico ad unicum potentissimum Asylum meum, ad Sacros scilicet EE. VV. Pedes humillime recurro, ac auxilium et protectionem mihi totique meae Provinciae ferventissima prece supplico.

Ardua certe tempestate impositum est mihi hocce Officium. Non minus

---

[124] Capitulum Berestense I, diebus 16-24.VIII.1747. Cfr. M. M. WOJNAR, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 24.

enim infensissimi nostri hostes Schismatici urgentes demandatam a Serenissimo Rege Commissionem Monasteria cum ecclesijs, per nostrae Provinciae Religiosos ad Fidem Catholicam conversa et reconciliata, iterum ab Ecclesia Catholica a nostra Provincia retrahere, suisque erroribus subdere nituntur. Quam et ipsi Fratres nostri, Monachi scilicet Provinciae Polonae Monasteria antiquissime virili Antecessorum nostrorum labore sanguineque pro Fide Catholica sparso parta Ecclesiae, et Provinciae nostrae Lithuanae acquisita, nobis evellere, Provinciam nostram antiqua fidelitate, firma semper in fide conscientia, et assiduis pro Unione cum Sancta Romana Ecclesia laboribus, nec non ubere effuso pro Sancta Apostolica Sede cruore, optime Sacrae EE. VV. Congregationi (f. 276) notam, diminuere et fere extinguere intendunt. Non despondeo tamen animo, imo plenissimam in Eminentissimo Apostolico EE.VV. Zelo et validissima eorum Protectione fiduciam colloco, quod et injustas Polonae Provinciae praetensiones iustissimo suo Decreto (conservando nos in legitime praescripta Monasteriorum nostrorum possessione) excludere, et interposita sua apud Serenissimum Poloniarum Regem Authoritate a Schismaticis nos defendere EE. VV. sine mora dignabuntur.

Hanc Gratiam Provinciae meae ab EE. VV. enixissime exposco. Novello vero regimini meo continuam potentissimam Protectionem et suprema EE.VV. mandata humillime imploro, atque in reverentissimo Sacrae Purpurae osculo maneo.

Brestae, die 29. 7bris 1747.

Eminentiarum Vestrarum humillimus, obsequentissimus
et obligatissimus Servus et indefessus Exorator
HERACLIUS LISANSKI
O.D.B.M. per Provinciam
SS.mae Trinitatis Provincialis (mpr)

## 277.

*Leopoli, 28.XII.1747.*

*Basilius Boscovich, Basilianus, de sua activitate ut Alumnus pontificius, et de aliis rebus.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Polonia e Ruteni*, vol. 7, fol. 307rv.

Leopoli, 28 Decembre 1747.

Ill.mo, Rd.mo Monsignore, Padrone Col.mo.[125]

Con atti di ogni maggiore ossequio vengo con questa mia lettera, a presentarmi alla V.S. Ill.ma, supplicandola umilissimamente di gradire questa mia dovuta servitù e di perdonare che così di rado osservo gli miei doveri, facendo questo non per inosservanza ed oblivione, ma per grande

[125] Secretarius S. C. de Prop. Fide, Nicolaus Lercari (1744-1757).

riverenza verso la Dignità di V.S. Ill.ma. Io anche continuo qui a Leopoli la Lettura di Filosofia; per future vacanze spero di finire; di poi vorrei, secondo il voto mio e giuramento, impiegarmi nel mio preciso obligo, ma certamente non mi trovo capace di far le Prediche publiche per la difficultà di pronuncia di questa lingua, la quale non mi è natia; Le Confessioni udire, insegnare le cose di Cathechismo, e spiegare a qualche d'uno posso, e per grazia del Signore procuro e procurerò di farlo. Qui si sentano certe pretensioni fatte dalli Scismatici di Moscovia al Re intorno certe chiese per addesso possedute dagli nostri Catholici per rihaverle, ma speriamo nel Signore che non lasciarà di far prejudizio al suo l'onore. Fin'ora non (f. 307v) si è fatto Metropolitano, ne meno si sa chi vi sarà; questo mi pare più che certissimo che Monsignor Rudnicki, Vescovo Nominato dal Re, patisce una grandissima ingiuria dalli suoi Caluniatori.[126] Vaca anche più che anno Vescovado di Leopoli e certamente per grandi motivi sarebbe già tempo di farlo. Qui, Monsignor Ill.mo, è un grande male, che ci sono tante differenze quasi tra tutti; primieramente fra la Religione nelle due Provincie, divisa per contesa di certi Monasteri; fra la Religione ed Abbati, gli quali pretendano non dipendere dal Proto-Archimandrita, essendovi loro solo Archimandriti e lui Proto-Archimandrita e Capo della Religione; fra gli Religiosi e Stato seculare, Religiosi e Vescovi, e finalmente fra gli medesimi Vescovi, niente dicendo di una certa quasi antipatia fra Rito Latino e Ruteno; questo tutto scrivendo a forma solamente di riferire ciò alla medesima Signoria Ill.ma, della quale posso sperare per grandissima sua solicitudine di poter esser messi per una tranquillità longissima opportuni mezzi. Nel resto non cessando mai di augurare e pregare dal Signore ogni prosperità, baciandole umilmente le mani, resto

Da V.S. Ill.ma e Rev.ma devotissimo Servo

BASILIO BOSKOVICZ[127]

dell'Ord. di S.B.M. (mpr)

## 278.

*Varsavia, 31.VIII.1748.*

*Ampla responsio informativa de statu monasteriorum Provinciae Ruthenae, occasione controversiae cum Provincia Lithuana, Episcopo Zenopolitano Georgio De Lascaris data a Provinciali Provinciae Ruthenae etc. Similes interrogationes, et dissimilis modus respondendi, ut Provinciae Lithuanae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari,* a. 1750/52, vol. 114, fol. 156-161.

---

[126] Theodosius Runickyj, Episcopus Luceoriensis (1731-1751). Erat calumniatus modo speciali de ambiendo munere metropolitano post obitum Athanasii Szeptyckyj, die 11.XII.1746.

[127] Basilius Boskovicz, Procurator generalis in Urbe (1752-1757). Alumnus pontificius Coll. de Prop. Fide, ingr. 1741, ordinatus sacerdos in Urbe anno 1744, ab Episcopo ordinante in Urbe, Archiep. Josepho Schirò. Erat origine croata; dein Lector philoso-

Plena Informatio de Statu Monasteriorum Provinciae Ruthenae et Residentiarum in eadem situatarum, nec non Monachorum Ordinis S. Basilij Magni in hisce Monasterijs et Residentijs degentium numero, secundum obloquentiam punctorum inferius specificandorum ab Ill.mo et Rev.mo Domino M. de Lascaris, Episcopo Zenopolitano, Infulato Olycensi, et Zulkievien., Canonico Leopolien., ad mentem S. Congregationis confectorum, data die 31 Augusti, 1748 Anno. Quorum punctorum contextus est ejusmodi:

Sacra Congregatio de Propaganda Fide, ex mandato SS.mi, ad resolvendas ultimarie et definitive aliquas controversias inter Provinciam Lithuanam et Ruthenam, Ritus Graeci-Uniti, versantes, atque ad inducendum perfectum Regulamen in utraque Provincia, vult informari super puncta sequentia:

1. Quot Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae seu Residentia, Ord. S. Basilij Magni reperiuntur in unaquaque ex dictis Provincijs Lithuana et Ruthena, et quomodo nuncupentur.

2. Quot Religiosi regulariter conserventur in unoquoque Monasterio, Collegio, Missione, Vicaria, seu Residentia, actu existentes.

3. Qualibus Redditibus certis, vel incertis, atque Eleemosinis, regulariter loquendo, praedita sint annuatim illa Monasteria, Collegia, Mansiones, Vicariae seu Residentiae.

4. In qua Dioecesi, Palatinatu, Districtu, seu Terra, tam Magni Ducatus Lithuaniae quam Regni Poloniae, ac Provinciarum annexarum, sita sint dicta Monasteria, Collegia, Vicariae seu Residentiae.

5. Quam sint illa Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae seu Residentiae, in unaquaque ex dictis Provincijs inter se dissitae, id est quot miliaribus plus-minus unum Monasterium, Collegium, Missio, Vicaria, seu Residentia, ab alijs distet.

6. Quae Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae, seu Residentiae habeant annexam curam animarum, et quo jure, et a quo tempore haec animarum cura fuerit adnexa.

7. An aliqua Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae seu Residentiae, fuerint olim vel actu Cathedrales sint ecclesiae, an aliquando pertinuerint ad Clerum saecularem Ruthenum et quo Jure, et a quanto tempore fuerint Monachis Ordinis S. Basilij M. attributae.

8. Quot Studia Philosophica, et quot Theologica, pro eruditione Monachorum Ordinis S. Basilij M. actu existant in qualibet Provincia ejusdem Ordinis et ubi.

9. An relate ad Monasteria: Vladimirien., Grodecen, Verchovien., Zydyczynen., Dubnense S. Salvatoris, aliud Dubnen. S. Crucis, Dermanen., Doro-

---

phiae Leopoli in Russia Rubra. Cfr. D. Blazejovskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students in the Pont. Coll. Urbano de Prop. Fide: 1627-1846*, in « *Analecta OSBM* », vol. IX, pag. 213.

hobuscen., Buczaczen., Chelmen., inter utramque Provinciam apud S. Sedem controversa, habeant respectivae Provinciae alia documenta et rationes nondum adductas coram S. Congregatione, quae possint servire ad firmandum jus in unaquaque Provincia super eadem Monasteria praetensum; si vero habeant, illas Episcopo Zenopolitano communicent, ut ejdem S. Congregationi innotescant.

10. Quot et qualia sint illa Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae seu Residentiae, quae actu reclamantur, vel reclamari possunt a Schismaticis, et indita a S. Regia Majestate Regia Commissione, et an haec Monasteria, Collegia, Missiones et Vicariae, seu Residentiae, a Schismaticis reclamatae, respiciant unicam Provinciam Lithuaniae, vel etiam Provinciam Ruthenam.

Ad praemissa quaesita, ad Causam controversorum Monasteriorum dilucidandam exposita, quae ex ipsis Fundationibus, et Synodo Zamoysciensi dignoscuntur omnino spectare ad Provinciam Russiae Ord. Divi Basilij Magni, obsequendo mandatis Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae, sic respondemus, et quidem:

*Ad 1mum.* — *Monasteria* in Provincia Ruthena, summo exactoque studio, labore, et diligentia in executionem Decretalis Sanctitatis Suae, nuper per Ill.mum Athanasium Szeptycki, P.M. Metropolitanum Russiae, Delegatum Apostolicum,[128] examinata, per se aliqualiter subsistere valentia, reperta sunt in hac Provincia, et ad praesens extant, in numero *triginta et octo*, videlicet; Laurovien., Dobromilien., Lisnen., Szczeploten., Verchraten., Crechovien., Biesiaden., Leopolien ad Aedes S. Georgij, Derevianen., Uniovien. Abbatiale, (f. 156v) Vicinen., Kranopustinen., Podhorcen., Poczajovien., Zahaycen., Milczen., Luceorien. ad Cathedram, Luceorien. Confraternitatis ad Aedes S. Crucis, Bialostocen., Zahorovien, Niskienicen., Mielecen. Abbatiale, Hoscen., Lubaren., Bililovien., Ourucen. Abbatiale, Szarogroden., Baren., Camenecen. ad Cathedram, Czortkovien., Trembovlien., Satanovien., Krylosen., Zawalovien., Pohonen., Pacykovien., Dobrzanen., et Lublinense.

*Residentiae* vero in hacce Provincia Ruthena reperibiles, per se, ob tenuem Fundationis defectum, subsistere non valentes, per alte memoratum pie defunctum Ill.mum Metropolitanum Russiae, Monasterijs praerecitatis sequenti modo annexae, affiliatae, et subordinatae sunt, scilicet:

Monasterio Lauroviensi: Monasterium S. Salvatoris ad Montes et Residentia Topolnicen.

Monasterio Lisnensi: Residentiae Letnianen., Derazycen. et Bilinen.

Monasterio Szczeplotensi: Residentiae Czernilaviensis et Smolniczensis.

Monasterio Verchratensi: Residentia Zamoyscensis.

Monasterio Crechoviensi: Residentia Zulkiewien.

Monasterio Leopolien, ad Aedes S. Georgij: Residentiae S. Onuphrij,

---

[128] Metropolita Kioviensis Athanasius Szeptyckyj (1729-1746) et Episcopus Leopoliensis (1715-1746). Hic fuit Delegatus Apostolicus in quibusdam negotiis Basilianorum.

S. Joannis, et Civitatensis ad Aedes Assumptae B.mae V. Mariae Leopolienses, atque Horpinensis.

Monasterio Derevianensi: Residentiae Jazienicen., Stojanovien., et Ohladoviensis.

Monasterio Krasnopustinen: Residentia Podgrodziensis.

Monasterio Podhorcensi: Residentiae Buczynen. et Lasek in Zloczow.

Monasterio Zahaycensi: Residentiae Cremenecen., et Stozecen.

Monasterio Milczensi: Residentiae Straklovien., et Perekalen.

Monasterio Luceoriensi ad Cathedram: Residentia Poddembecen.

Monasterio Luceoriensi Confraternitatis: Residentiae Tuminen. et Czetwertinen.

Monasterio Zahorovien.: Residentiae Volsvinen., et Horodiscen.

Monasterio Niskienicensi: Residentiae Zimnen., et Turopinensis.

Monasterio Hoscensi: Residentia Horodiscensis.

Monasterio Lubaren: Residentia Kolodeznen.

Monasterio Bilolovien: Residentiae Trihurensis, et Krasnohurensis.

Monasterio Szarogrodensi: Residentiae Niemierovien. et Granovien.

Monasterio Barensi: Residentia Holowczynen.

Monasterio Camenecensi, ad Cathedram: Residentiae Malovcen., et Ulanovecen.

Monasterio Czortkovien.: Residentia Ulaskovecen.

Monasterio Trembovlien.: Residentia Zbarazensis.

Monasterio Satanovien.: Residentia Korzovecen.

Monasterio Krylosen.: Residentiae Sokolen, Dorohovien., et Lukvianensis.

Monasterio Zavalovien: Residentiae Zadarovien., et Litvinovien.

Monasterio Pohonen: Residentiae Uhernicen., Zagwoyscen., Sokolecen., et Lukiensis.

Monasterio Pacykoviensi: Residentiae Hoszovien., Swaryczovien. et Bolechovien.

Monasterio Dobrzanen.: Residentiae Rudnicen., et Podhorodiscen.

Monasterio Lublinensi: Residentia Domaszovien.

*Ad 2dum et 3tium.*

1. — Monasterium *Lauroviense*, alit ad praesens Personas Religiosas n.ro 30, cum affiliato sibi Monasterio S. Salvatoris ad Montes et Residentia Topolnicensi, praeter Familiam Domesticam, quae Religiosorum adaequat numerum, ex annuo proventu ex Bonis, et Summis proveniente 3288 florenorum Polonicalium, et grossorum 16, qui faciunt scuta Romana 328, julios 8, et bajocos 5.

Notandum hic occurrit, quod ex Monasterio S. Salvatoris ad Montes et Bonis ad idem spectantibus nullos adhuc Religiosi ibidem degentes proventus participant, pro quorum miserrima sustentatione ab Ill.mo Episcopo Premisliensi duo Julij pro una dantur septimana.

(f. 157) 2. — Monasterium *Dobromilien.* alit ad praesens Personas Reli-

giosas n.ro 30, praeter Novitios, et Familiam Domesticam, ex annuo proventu, tum ex Bonis, tum ex Summis proveniente annuatim, qui efficere solet florenos Polonicales 5000, facientes scuta Romana 500, cui Monasterio Residentia ad Cathedram Premisliensem S. Joannis est quidem subordinata, sed ex hac Religiosi, ob odium litis, respectu Bonorum ad Monasterium S. Salvatoris pertinentium, habitae, ab Ill.mo Premisliensi Episcopo expulsi sunt.

3. — Monasterium *Lisnense*, cum Residentijs Letnianensi, Derazicensi, et Bilinensi, sibi affiliatis, alit ad praesens Religiosos, praeter Familiam Domesticam, numero 12, ex censibus annuatim provenientibus florenorum Polonicalium 251, qui faciunt scuta Romana 25 et Julium 1.

4. — Monasterium *Szczeplotense*, cum Residentijs Czernilaviensi, et Smolinensi, sibi affiliatis, alit ad praesens Religiosos, praeter Familiam Domesticam, numero 20, ex censu annuatim proveniente, qui facit florenos Polonicales 210, id est scuta Romana 21.

5. — Monasterium *Verchratense*, cum affialiata sibi Residentia Zomoyscensi, alit ad praesens Religiosos (praeter Familiam Domesticam) numero 12, quos ex pura Eleemosina, et agris, in parva quantitate ad idem Monasterium spectantibus, sustentat; Residentia vero Zamoyscensis annui census habet florenos Polonicales 280, qui faciunt scuta Romana 28.

6. — Monasterium *Krechoviense*, ad praesens alit Personas Religiosas cum Residentia Zulkieviensi, sibi affiliata praeter Familiam Domesticam, numero 28, ex reditibus annuatim provenientibus florenorum Polonicalium 710, qui faciunt scuta Romana 71.

7. — Monasterium *Biesiadense*, alit ad praesens Religiosos numero 10, ex proventibus annuis florenorum Polonicalium 140, qui faciunt scuta Romana 14.

8. — Monasterium *Leopoliense* ad aedes S. Georgij, praeter Familiam Domesticam, alit Personas Religiosas, cum Studentibus Philosophiae Monachis numero 24, ex redditibus annuis importantibus florenos Polonicales 5585, seu scuta Romana 558 et Julios 5. Cui Monasterio Residentiae Leopolienses, S. Onuphrij, S. Joannis, et Civitatensis, ad aedes B.mae V. Mariae, atque Horpinensis, sunt affiliatae. In prima habitant Religiosi tres, qui habent annui proventus pro sui sustentatione, et amictu florenos Polonicales 300, qui faciunt scuta Romana 30. Residentia S. Joannis, alit Religiosos duos ex proventu annuo florenorum Polonicalium 340, seu scutorum Romanorum 34. Civitatensis alit Religiosos numero 5, ex proventibus, qui faciunt florenos Pol. 1500. id est scuta Romana 150. Horpinensis alit Religiosos 3, qui pura eleemosina sustentantur.

9. — Monasterium *Derevianense*, cum Residentijs: Jazenicensi, Stojanovien., et Ohladovien., sibi affiliatis, alit Religiosos numero 17, quod annui proventus habet florenos Polonicales 168, qui faciunt scuta Romana 16, et Julios 8. Residentiae vero huic Monasterio affiliatae pura eleemosina sustentantur.

10. — Monasterium *Unioviense* Abbatiale, ad praesens alit Personas Religiosas cum Abbate, et Superiore, praeter Familiam Domesticam, numero 10, ex reditibus annuis florenorum Polonicalium 5000, qui faciunt scuta Romana 500.

11. — Monasterium *Vicinense*, ad praesens alit Religiosos numero 14, praeter Familiam Domesticam, ex Proventibus florenorum Polonicalium 2240, qui faciunt scuta Romana 224.

12. — Monasterium *Krasnopustinense*, alit ad praesens Religiosos cum Residentia Podgrodziecensi, praeter Familiam Domesticam, numero 11; quod Monasterium proventus annui habet, simul cum Residentia florenos Pol. 170, qui faciunt scuta Romana 17. (f. 157v) Reliquas indigentias pietas hominum, et eleemosina, omnino incerta, huic loco suppeditat.

13. — Monasterium *Podhorcense*, sustinent ad praesens Religiosos cum Residentijs Zloczoviensi in Lasek, et Buczynensi numero 14, praeter Familias Domesticas, (ex censu annuo) non ordinarie tamen currentis florenorum Polonicalium 2870, id est scutorum Romanorum 287.

14. — Monasterium *Poczajoviense*. Hoc Monasterium pro Residentia Rev.mi Protoarchimandritae, cum suo Consultorio Ordinis pro turno Provinciae hujus Ruthenae, designatum est. Praeter Familiam Domesticam alit ad praesens Religiosos numero 47, exceptis novitijs, qui aliquando 20, aliquando plures habentur, ex proventibus ac redditibus annuis florenorum Polonicalium 6000, id est scutorum Romanorum 600.

15. — Monasterium *Zahaycense*, cum affiliatis sibi Residentijs Cremenecensi, et Stozecensi alit ad praesens Religiosos, praeter Familias Domesticas, numero 15, ex redditibus annuatim provenientibus florenorum Polonicalium 935, id est scutorum Romanorum 93 et Iuliorum 5.

16. — Monasterium *Milczense*, cum Residentijs Strakloviensi et Perekalensi, sibi affiliatis, praeter Familias Domesticas, alit ad praesens Religiosos ex redditus et censibus annuatim provenientibus numero 15, qui redditus important florenos Pol. 1151, idest scuta Romana 115 et Julium 1.

17. — Monasterium *Luceoriense* ad Cathedram, cum Residentia Poddembscensi sibi affiliata, alit Religiosos, praeter Familias Domesticas, numero 10. Quod Monasterium, excepta Provisione Religiosorum a loci Ordinario designari solita, habet Proventus annui florenos Polonicales 258, id est scuta Romana 25 et Julios 8. Residentia vero Poddembscensis ex sua fundatione habet proventus florenorum Polonic. 840, id est scutorum Romanorum 84.

18. — Monasterium *Luceorien.* ad aedes S. Crucis, cum Residentijs Tuminensi, et Czetvertinensi sibi allifiatis, alit Religiosos, excepta Familia Domestica, numero 12, ex reditibus annuis, qui important florenos Polonicales 1828, id est scuta Romana 182 et Julios 8.

19. — Monasterium *Bialostocense*, alit Religiosos (excepta Familia Domestica) numero 12, ex proventibus florenorum Polon. 1310, id est scutorum Romanorum 131.

20. — Monasterium *Zahorovien.*, cum affiliatis sibi Residentijs Wolsvinen., et Horodiscensi, praeter Familias Domesticas alit Religiosos numero 15, ex proventibus annuis florenorum Polonic. 870, id est scutorum Romanorum 87.

21. — Monasterium *Niskienicen.*, cum Residentijs Zimnensi, et Turopinen, praeter Familias Domesticas, alit ad praesens Religiosos numero 12, ex censu annuo florenorum Polonicalium 511, id est scutorum Romanorum 51 et Julij 1.

22. — Monasterium *Mielecense*, Abbatiale, cum Abbate, et Superiore, excepta Familia Domestica, alit Religiosos numero 11, ex censu et proventu annuo florenorum Polonic. 5600, id est scutorum Romanorum 560.

23. — Collegium *Hoscense*, cum affiliata sibi Residentia Horodiscensi, praeter Familias Domesticas, alit Religiosos numero 20, ex redditibus annuis florenorum Polonicalium 768, id est scutorum Romanorum 76 et Juliorum 8. Quibus Religiosis panem fructus terrae suppeditat.

24. — Monasterium *Lubarense*, cum Residentia Kolodeznensi, sibi affiliata, praeter Familias Domesticas, alit Personas Religiosas numero 10. Proventus annui habet cum eadem Residentia florenos Pol. 170, id est scuta Romana 17. His Religiosis, pariter ac Collegio Hoscensi, fructus terrae panem tantum suppeditat.

25. — Monasterium *Bilolovien.*, cum Residentijs Trihurensi, et Krasnohurensi, sibi affiliatis, praeter Familias Domesticas, alit Religiosos numero 18, ex proventu annuo florenorum Polonicalium 205, id est scutorum Romanorum 20 et Juliorum 5.

(f. 158) 26. — Monasterium *Ovrucense*, Abbatiale, cum Abbate et Superiore alit Personas Religiosas numero 8, prater Familiam Abbatis, et Monasticam, ex proventibus annuis florenorum Polonic. 6000, id est scutorum Romanorum 600.

27. — Monasterium *Szarogrodense*, cum Residentijs Niemierovien., et Granovien, praeter Familias Domesticas, alit Religiosos numero 15, quod Monasterium, cum praefatis affiliatis sibi Residentijs, sola elemosina, et terrae fructibus sustentatur.

28. — Monasterium *Barense* cum Residentia Holowczynensi, sibi affialiata, praeter Familias Domesticas, alit Religiosos numero 12, ex proventu annuo (eoque non ordinarie currenti) florenorum Polonicalium 300, id est scutorum Romanorum 30.

29. — Monasterium *Camenecense* ad Cathedram, cum affiliatis sibi Residentijs Maliovien., et Ulanovecen., praeter Familias Domesticas, alit Religiosos numero 16, ex censu et proventu annuo florenorum Polonicalium 748, id est scutorum Romanorum 74 et Juliorum 8.

30. — Monasterium *Czortkovien.*, cum Residentia Ulaszkovecen., sibi

affiliata, praeter Familias Domesticas, alit Religiosos numero 10. Solis fructibus terrae, et eleemosinis.

31. — Monasterium *Trembovliense*, cum Residentia Zbarazensi, sibi affiliata, praeter Familias Domesticas, alit Religiosos numero 16, ex proventibus annuatim currentibus, florenorum Pol. 1940, id est scutorum Romanorum 194.

32. — Monasterium *Satanovien.*, cum Residentia Korzovecensi, sibi affiliata, praeter Familias Domesticas, alit Religiosos numero 14, ex proventibus annuis florenorum Polonicalium 1100, id est scutorum Romanorum 110.

33. — Monasterium *Krylosen.* ad Cathedram Halicien., cum Residentijs Pitricensi, s. Eliae, Sokolensi, Dorohoviensi, et Lukvianensi, sibi affiliatis, praeter Familias Domesticas, alit Religiosos numero 10, ex proventibus annuis florenorum Polon. 1099, id est scutorum Romanorum 109 et Juliorum 9.

34. — Monasterium *Zawalovien.*, cum Residentijs Zadorovien., et Litvinovien. sibi affiliatis, praeter Familias Domesticas, alit ad praesens Religiosos numero 14, quos eleemosina, et pane ex terrae fructibus proveniente sustentat.

35. — Monasterium *Pohonense*, cum Residentijs Uhernicen., Zagwoyscensi, Sokolecen., et Lukiensi, sibi affiliatis, praeter Familias Domesticas, alit Religiosos 22, ex proventibus annuis florenorum Polonicalium 478, id est scutorum Romanorum 47 et Juliorum 8.

36. — Monasterium *Pacykovien.*, cum Residentijs Hoszovien., Svaryczovien., et Bolechovien., sibi affiliatis, praeter Familias Domesticas, alit Religiosos ad praesens numero 11, ex proventibus annuis (licet non ordinarie currentibus) florenorum Polonicalium 959, id est scutorum Romanorum 95 et Juliorum 9.

37. — Monasterium *Dobrzanen.*, cum Residentijs Rudnicen., et Podhorodiscen., sibi affiliatis, praeter Familias Domesticas, alit ad praesens Religiosos numero 13, qui eleemosina, et pane ex terrae fructibus sustentantur.

38. — Monasterium *Lublinen.*, cum Residentia Domaszovien., sibi affiliata, praeter Familias Domesticas, alit ad praesens Religiosos numero 4, ex proventibus annuis florenorum Poll. 638, id est scutorum Romanorum 63 et Juliorum 8.

Praeter Religiosos, superius specificatos, in praememoratis Monasterijs, et Residentijs degentes, qui munia in Provincia hac Ruthena obeunt, in Alumnatibus existunt, et munus Capellanorum exercent, sunt in numero 20, videlicet: Rev.ssmus Pater Provincialis, Secretarius Provinciae, et Provincialis Procurator Leopoli, Procurator Varsavien., Assistentes lateri Ill.mi Exarchae, numero 3, apud Ill.mum Castellanum Premislien. numero 1, apud Ill.mam Succameranam Kijovien. numero 4, apud Mf.cam Capitaneam Czernioviensem numero 1, M.cum Judicem Capitanealem Sanocensem numero 1, in Alumnatu Vilnensi numero 2, Brunsbergensi numero 2, Romae in Collegio Graeco numero 2, Procurator ibidem numero 1.

*Ad 4tum, et 5tum.*

Residentiae, et Monasteria praecitata in Provincia Ruthena reperibilia, secundum obloquentiam etiam Synodi Zamoyscianae, in Dioecesibus, et Palatinatibus sunt situata sequentibus.

*In Dioecesi Luceorien, Palatinatu vero Wolhyniae, haec Monasteria, et Residentiae reperiuntur*: Luceoriense ad Cathedram, aliud Luceorien. ad ecclesiam Sanctae Crucis, Zydyczynense Abbatiale, controversum, Bialostocense, Milczense, Dubnense S. Salvatoris Abbatiale, itidem Dubnense S. Crucis, Abbatiali subordinatum, controversa, Dermanense Abbatiale, controversum, Poczajoviense, Zahaycense, Lubarense, Podhorcen., Mielecense Abbatiale, Verchoviense, controversum, Collegium Hoscense. — Residentiae vero sequentes: Czetwertinen., Tuminen., Poddembscen., Straklovien., Stozecensis, Cremenecensis, Horodiscensis, et Zbarazensis.

Quae Monasteria, et Residentiae, talem inter se *habent distantiam*, videlicet: a civitate Luceoriensi (utpote sede dioecesis Luceoriensis, et Palatinatus Volhyniae), Monasterium Zydyczynense, ad praesens controversum, uno miliari distat, Bialostocense miliaribus tribus, Milczense quinque, Dubnensia, ad praesens controversa, miliaribus quinque, Dermanense itidem ad praesens controversum, mil. octo, Poczajovien. mil. decem, Zahaycense mil. tredecem, Lubarense, mil. viginti quatuor, Podhorcense mil. 11, Mielecen, mil. 12, Verchovien, ad praesens controversum, mil. octo, Collegium Hoscen. mil. 12, Residentia Czetwertinen. mil. 4, Tuminen. 5, Poddembscem. mil 2, Straklovien, immediate civitati Dubnensi adjacens, mil. 5, Stozecensis mil. 9, Cremenecen. mil. 10, Horodiscen. mil. 12, Zbarazen. mil. 16.

*In Dioecesi Vladimiriensi, Palatinatu itidem Volhyniae, sequentia Monasteria, et Residentiae extant*: videlicet — Collegium Vladimirien., ad praesens controversum, Monasterium Zahorovien. et Niskinicense; Residentiae vero Zimnensis, et Turopinensis.

*In Dioecesi Chelmensi, Palatinatu Russiae situata, haec Monasteria extant, nempe*: Chelmense, ad praesens controversum, Lublinense, Dereviamen, et Verchratense; praetactum Lublinense Monasterium, quamvis in Dioecesi Chelmensi locatum sit, in Palatinatu tamen Lublinensi extat; Residentiae autem in hacce Dioecesi Chelmensi reperibiles sunt hae: Domaszoviensis, Horodiscensis, Zamoyscensis, et Bolozynoviensis.

Quae Monasteria, et Residentiae, in immediate dictis Dioecesibus Luceoriensi, Vladimiriensi, et Chelmensi, in Palatinatibus vero praeexpressis sitae, et sita, adinvicem inter se, aliqua duobus, aliqua tribus, aliqua sex, circiter, miliaribus distant. Jamvero Monasteria, inter Provincias controversa, in saepe dictis Dioecesibus Luceoriensi, Vladimiriensi, et Chelmensi reperibilia, ex quibus etiam (uti ex Synodo Zamoysciana facile colligitur) Provincia Ruthena constituitur, intra viscera ejusdem Provinciae erecta sunt, a cujus Provinciae corpore, nempe a Monasterio Poczajoviensi, in quo uno turno Residentia Generalis, altero Provincialis habetur, talem *habent distantiam*: Vladimirien. Collegium, ad praesens controversum, a Poczajovien.

monasterio distat miliaribus duodecem, Chelmense ab hocce Poczajovien. miliaribus octodecem, Zydyczynense ab eodem Poczajovien. decem, Dermanense, pariter controversum, a praenomnato Poczajoviensi octo, Dorohobuscense undecem, Dubnensia, a toties dicto Monasterio Poczajovien. distant miliaribus quinque, Verchoviense octodecem, Grodecen. quatuordecem. Quae omnia pro controversis habentur. Jam vero a corpore Provinciae Lithuanae, nempe a Monasterio Berezwecensi (quod pro Residentia R.ssimi Provincialis Lithuaniae per Capitulum Dubnense designatum est), uti omnibus certo et evidenter constat, ac ex Consultatione Generali Vladimiriensi, in Anno 1746, diebus Februarij habita, ex propria oris confessione Patrum Provinciae Lithuanae compertum habetur, centum circiter, et ultra miliaribus immediate dicta Monasteria controversa, (f. 159) intra limites Provinciae Ruthenae reperibilia, distant et dissita sunt; Monasterium vero Buczaczense, in Dioecesi Haliciensi locatum, pariter controversum, ultra centum triginta miliaria a Monasterio Berezwecensi Provinciae Lithuanae dissitum est.

*In Dioecesi Premisliensi, Palatinatu Russiae, Monasteria extant sequentia*, utpote: Szczeplotense, Dobromiliense, Lauroviense, S. Salvatoris ad Montes, ac Lisnianense; Residentiae enim: Czernilaviensis, Smolinensis, Bilinensis, Derazycensis, Letnianensis et Topolnicensis.

*In Dioecesi Leopoliensi, Palatinatu itidem Russiae*: Monasterium ad aedes S. Georgij Leopoliense, Unioviense, Dobrzanense, Vicinense, Krasnopustinense, Biesiadense, Paczykovense, Czortkoviense, Trembovliense et Krechoviense; Residentiae vero sequentes: Civitatensis Leopoliensis, S. Onuphrij, S. Joannis Leopolienses, Podhorodiscensis, Hoszovien., Rudnicen., Jazienicensis, Horpinensis, Zloczoviensis, et Zulkieviensis.

*In Dioecesi Haliciensi, Palatinatu Russiae, haec Monasteria existunt:* Krylosense ad Cathedram Haliciensem, Pohonense et Zawaloviense; Residentiae vero; S. Eliae, Pitricensis, Sokolen., Dorohoviensis, Lukwianensis, Bolechoviensis, Swaryczoviensis, Zagwozdziensis, Uhernicensis, Sokolecensis, Lukiensis, Zadaroviensis, Litwinoviensis, et Podgrodziensis.

*In Dioecesi Camenecensi, Palatinatu Podoliae, Monasteria haec reperiuntur:* Camenecense ad Cathedram, Satanoviense, Czortkoviense et Szarogrodense; Residentiae autem sequentes: Korzovecensis, Malejoviensis, Ulanovecensis, et Ulaszkovecensis.

*In Archidioecesi Metropolitana Kijoviensi, Palatinatu Kijoviae, Monasteria extant ista:* Ovrucense, et Biloloviense; Residentiae vero sequentes: Krasnohurensis, Trihurensis, Granoviensis, et Niemieroviensis.

In hac Archidioecesi et dioecesibus, supra nominata Monasteria, et Residentiae reperibilia, et reperibiles, aliqua inter se uno miliari, aliqua duobus, aliqua tribus, aliqua sex et ad summum octo nulla distant.

*Ad 6tum.*

Ex praxi et consuetudine orientalis Ecclesiae, tam in Provincia Ruthena, quam in Provincia Lithuana, ab immemorabili tempore, et a prima Mo-

nasteriorum erectione, in nonnullis Monasterijs, et Residentijs animarum Cura habetur, et administratur his, qui in obsequijs Monasteriorum, et Residentiarum sunt; jam vero Monasterijs, et Residentijs sequentibus, in Provincia Russiae reperibilibus, cura animarum de consensu loci Ordinariorum ab antiquissimo tempore annexa est, videlicet: Biloloviensi, Lewkovien., Zulkieviensi, Zydyczynensi Abbatiali, controverso, Lauroviensi, Camenecensi ad Cathedram, Malejovecensi, Korzowecensi, Dermanensi Abbatiali, controverso, Luceorien. ad Cathedram, Luceoriensi S. Crucis, et Collegio Hoscensi, atque Residentiae Zamoyscen., nec non Leopoliensi S. Georgij, et Residentiae Civitatensi Leopoliensi.

*Ad 7mum.*

Neminem latet, quinimo soli Ill.mae et Rev.mae Dominationi Vestrae, universaeque Russiae notissimum est, et evidenter constat, nunquam in Cathedralibus ecclesijs, ac in Monasterijs ad illas situatis, extitisse Clerum saecularem, ad easque mansisse, tam in Russia, quam in Lithuania, ubi sunt ad praenominatas ecclesias erecta Monasteria, actuque nullas esse Cathedrales, ubi adsit Clerus saecularis, excepta Cathedrali Premisliensi, in qua non ita pridem a Rev.mo Episcopo collocati sunt Presbyteri saeculares, ob odium litis de Bonis Monasterij SS.mi Salvatoris, cum eodem Ill.mo Premisliensi Episcopo vertentis, super pertinentia ad dictum Monasterium Villarum Straszevice, et Bussoviska, a qua introductione Presbyterorum saecularium ad Residentiam nostram Premislien. circa dictam Cathedralem ecclesiam situatam, utpote communi in Russia usui, universali Orientalis Ecclesiae praxi praejudiciosam, Romae est instituta actio. Unde ab immemorabili tempore in Monasterijs ad Cathedras semper Religiosi habitabant, et habitant. Quapropter supplicandum venit Ill.mae, et Rev.mae Dominationi Vestrae, ut S. Congregationem in (f. 159v) praemissis informare non gravetur. Indecens enim et indecorum foret, ut Presbyteri saeculares Rutheni uxorati ad ecclesias Cathedrales habitarent, cum ipsi Episcopi, qui sunt prima ecclesiarum Cathedralium capita, semper sint Basiliani; Imo devotissime instamus, et exposcimus, ut praelibatam S. Congregationem certiorem reddere dignetur, nunquam Canonicos extitisse in Ritu Rutheno; verum a cunabulis Ecclesiae Orientalis, et ipsius Russiae semper ad Cathedrales ecclesias nostros fuisse Monachos, idque nedum in Russia Catholica, verum etiam in universo Dominio Magnae Russiae, et in tota Orientali Ecclesia; quia id de Ritu est. Hoc etiam Ill.ma et Rev.ma Dominatio Vestra circa dandas praelibatae S. Congregationi informationes representare faveat, aliquot tantum esse Presbyteros saeculares, eosque paucissimos, qui in caelibatu existunt, uti Dominationi suae Ill.mae perfectissime notum est et neminem his in oris latet. Praeterea, quomodo Presbyteri saeculares residere poterant penes eccl. Cathedrales, cum ad easdem, ab immemorabili tempore pro Monachis Basilianis, secundum praetactum Orientalis Ecclesiae usum, Monasteria fundata sint.

*Ad 8vum.*

In hac Provincia Ruthena omnibus notorium est, unicum non nisi Studium Philosophicum, ante aliquot annos in Monasterio Leopolien. ad aedes S. Georgij erectum esse pro Religiosis, pro quorum sustentatione, ac pro alijs Patribus ejusdem nostri Instituti, ibidem degentibus (uti constat ex liquidatione superius adnotata), satis tenues ac exigui Proventus habentur; nullam enim villullam, nullumque praedium hoc Monasterium habet, praeter proventus adnotatos, ex quibus omnia necessaria, tam quoad victum, quam quoad amictum difficili modo Religiosis providentur. In Provincia vero Lithuaniae, in opulentissimis Monasterijs duo Studia Philosophica, unum in Collegio Zyrovicensi (ubi etiam pro Saecularibus studia habentur), aliud in Polocensi Monasterio commodissime sustinentur, et sustentantur; Theologicum vero Studium eadem Provincia Lithuana in optime proviso ex sua fundatione Monasterio Vilnensi ante aliquot annos erexit, pro cujus erectione ex benignitate Sanctae Sedis Apostolicae mille insuper scuta Romana obtinuit. Praeterea Provincia Lithuana (uti optime Ill.mae, et Rev.mae Dominationi Vestrae perspectum est) plurima in corpore sui talia habet Monasteria, eaque sat bene dotata, in quibus similia Studia collocari possent. Provincia vero Ruthena, in quo Monasterio pro eruditione suorum Monachorum (de quo ad praesens controvertitur) non videt.

*Ad 9num.*

Nostras rationes constitutas esse in fundationibus Monasteriorum ad praesens controversorum, quae fundata dignoscuntur idque pathetice, et evidentissime non in Lithuania, sed in nostra Russia, antequam Monasteria Provinciae Lithuanae redacta essent in Provinciam, ac per consequens pro Lithuaniae Provincia, quae nondum extiterat, erigi, et fundari non poterant. Et rursus Provinciae Ruthenae rationes constitutas esse in literalissima dispositione Synodi Zamoyscianae, nec non in alijs, superius hic expressis, in alijs jam Typo Romae datis, et Sanctae Sedi Apostolicae devotissime porrectis, nec non Ill.mae Dominationi Vestrae per expositum brevem restrictum ad manus submisse consignatis.

*Ad 10mum.*

Notissimum est concordatum Regni Poloniae cum Moschis initum,[129] per quod praetenditur, ut Dioeceses Luceoriensis, Leopoliensis, et Premisliensis, S. Romanae Ecclesiae Unitae, Disunitis conferantur, et in execrando Schismate permaneant, in quibus Dioecesibus reperibilia Monasteria vix non integram constituunt Ruthenam Provinciam. Quod vero asseritur ex parte Provinciae (f 160) Lithuanae quasi viginti novem Monasteria ab hacce Pro-

[129] Pax Grzymultoviana an. 1686 seu s.d. « pax aeterna » inter Regnum Poloniae Regis Joannis III Sobieski et Moscoviam, in quo tractatu agebatur praeprimis de eparchiis Peremysliensi, Leopoliensi et Luceoriensi, ne ad unionem cum Sede Romana astringantur.

vincia Lithuana praetendant Schismatici, omnino insubsistens et irreale est (ut constat ex instrumento Commissionis S. Regiae Maiestatis, inter Unitos, et Disunitos expediendae, Varsaviae, octava Xbris, 1746 Anno, extradito, in ordine ad cognoscendas violentias, si quae ad invicem perpetratae sunt), in quo Instrumento nec mentio quidem restituendorum Disunitis viginti novem Monasteriorum habetur; Viguit quidem talis Moschorum praetensio ab annis plusquam ctoaginta, ut ecclesiae (quae quondam abominabile profitebantur Schisma, in Russia, et Lithuania, tandem, favente Divina gratia, Sacram Unionem amplexae sunt) ijsdem Schismaticis restituantur, sed haec praetensio nunquam suum sortita est, et sortietur effectum. Serenissima enim Majestas Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lithuaniae, cum Principibus et Senatoribus, Universaque Respublica, utpote pro Fide Catholica zelosissima, nunquam talem Fidei Catholicae jacturam pati permittet. Quare venerabundi supplicamus, ut Ill.ma et R.ma Dominatio Vestra S. Sedem Apostolicam informare non intermittat, praeter superius enuntiata, etiam de eo, quod Provincia Lithuana praeter Monasteria sexaginta sex unita, quinquaginta Monasteria schismatica, eaque optimam dotem, et provisionem habentia intra limites suos habeat, uti ex Consultatione Vladimiriensi (superius citata), sub Praesidentia Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae celebrata, optime constat; quae postquam, favente Numine, Sacram amplectentur Unionem, non alteri Provinciae quam eidem cedent. In Provincia vero Ruthena omnia Monasteria, et Residentiae S. Romanae Ecclesiae Unita sunt; Quapropter haec Ruthena Provincia augmentationem Monasteriorum, unde speret, non habet; imo Residentiae in hacce Provincia existentes, principalioribus quasi Monasterijs unitae, nullam prorsus dotem habentes, ob insufficientiam provisionis, et Religiosorum sustentationis, omnino adhuc deserendae erunt, uti de facto nonnullas ex hisce Residentijs jam sunt derelictas. Quod vero reliquae ex hisce Residentijs manutenentur, ex eo est, ut Religiosi tantisper qualiter taliter illis sustineantur; quia hos Provincia Ruthena ubi locet, non habet; et insuper, quod in Provincia Lithuana, praeter ditissima Monasteria, idque in notabili quantitate, quae ad praesens possidentur, accrescunt novae, et novae fundationes, sicut ex Capituli Dubnensis Sessionibus, 13 et ultima constat. In hac vero Ruthena Provincia nullae habentur, et vix aliquando sperandae sunt. Deinde, quod haec Provincia Ruthena tenuissimos in Monasterijs ad sustentationem Religiosorum proventus habeat, et hi magis pro incertis quam certis habentur, cum passim in eleemosinis, et emendicato pane reponantur. Quos omnes proventus universae Provinciae Ruthenae, aliquot tantum Monasteria Provinciae Lithuanae aequalia sunt: Bitinense, Zyrovicense, Vilnense, Polocense, Berezvecense, utpote multas ditiones habentia, suis reditibus potius superant, quam adaequant.

Quod attinet Missiones in hac Provincia Ruthena peragendas, hae quidem exercentur, per Religiosas Personas ejusdem Provinciae, quae limitibus Valachorum schismaticorum, Tartarorum, Turcarum, Cosacorum disunito-

rum contermina est; Monasteria tamen ad locandos tales Missionarios, ob insufficientiam provisionis necdum sunt designata.

Pro informatione ad supradicta explanandum occurrit, quod per terrae fructus (ubi de proventibus Monasteriorum locutum est) intelligitur panis pro sustentatione Religiosorum ex fundis Monasterijs, et Residentijs, in exigua quantitate donatis, magno studio, et labore comparabilis.

(f. 160v) Praesentem Provinciae Ruthenae Ordinis Sancti Basilij Magni statum, sic ad proposita ab Ill.ma et Rev.ma Dominatione Vestra expositum, benigne suscipi postulantes, demisso in adorationem cum integra Provincia Ruthena exoramus poplite, quatenus eundem ita a nobis confectum S. Congregationi de Propaganda Fide, circa dandas eidem suas informationes remonstrare non dedignetur. Quod dum veneraniundi devotissimis exoramus precibus, hasce resolutiones, vere et fideliter a nobis expositas manibus proprijs subscribimus

Sylvester Koblanski[130]
Ord. S. Basilij M., Provincialis Russiae (mp)
Josaphat Siedlecki[131]
Ord. S.B.M., Secretarius Provinciae Ruthenae (mpr)

Pro complemento Resolutionum praerecitatarum devotissime Ill.mae et Rev.mae Dominationi Vestrae supplicamus, dignetur ex gratia sua perpendere Manifestationem Ill.morum et Revd.morum Leonis Kiszka, Metropolitani Russiae ex Lithuania, electi Episcopi Vladimiriensis, qui duodecim annis munus Proto-Archimandritae obibat,[132] nec non aliorum Episcoporum Russiae, in anno 1727 ad erigendam hanc Provinciam Ruthenam Dubnam congregatorum. Qui Ill.mi Episcopi, una cum praenominato Metropolitano summam necessitatem restituendorum Monasteriorum per Patres Provinciae Lithuanae ab hac Ruthena ademptorum videntes, eandemque Provinciam Russiae absque his Monasterijs, de quibus etiam ad praesens controvertitur, nullatenus subsistere judicantes noviter erigendam Provinciam, inhaerendo literalissimae dispositioni Synodi Zamoyscianae, Authoritate S. Sedis Apostolicae confirmatae,[133] cui ipsi personaliter intererant, ad Acta Consistorij Leo-

---

[130] P. Sylvester Koblanskyj electus fuit in Cap. Dubnensi Secretarius Ordinis, et dein anno 1747 Provincialis Prov. Ruthenae (1747-1751); cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 32-33.

[131] Josaphat Siedleckyj, Basilianus, electus in Cap. Provinciali 1751 in Secretarium Provinciae, qui erat et Superior Bialystocensis; anno vero 1763 in Cap. Provinciali Poczajoviensi electus Provincialis Prov. Ruthenae, qui erat et Archimandrita Ovrucensis.

[132] Metropolita Kioviensis Leo Kiszka; qui promotus fuit ex Episcopatu Volodimiriensi (1711-1714), quem ut Metropolita retinuit usque ad mortem (1728). Antea vero erat Protoarchimandrita Basilianorum, electus e Secretario Ordinis, Consultore Generali et Superiore Berezvecensi in Cap. Novogrodecensi an. 1703; dein reelectus in Cap. Bilensi 1709, qui munus hoc etiam ut Episcopus Volodimiriensi (1711-1713) tenuit.

[133] Synodus Zamostiana an. 1720, confirmata fuit a Benedicto PP. XIII die 19.VII. 1724; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 49-50, nr. 660, de dat. 19.VII.1724.

poliensis Latini memoratam immediate Manifestationem a se confectam porrexerunt, cujus Manifestationis tenor de verbo ad verbum est ejusmodi...[134]

## 279.

*Leopoli, 13.IX.1748.*

*Sat ampla responsio ad quaedam puncta ab Episcopo Zenopolitano proposita, de monasteriis controversis, a Provincia Ruthena praetensis, a Provinciali Lithuano data. Ampla relatio de singulis monasteriis eorumque statu.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari,* a. 1750/52, vol. 114, fol. 138-145v.

Ad puncta a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, ex mandato Sanctissimi Domini Nostri, per Illustrissimum, Excellentissimum et Rv.ssimum Dominum Georgium Comitem de Lascaris, Episcopum Zenopolitanum, ad effectum ultimatim, et definitive sopiendarum aliquarum controversiarum Provincias inter Lituanam et Ruthenam Ordinis S. Basilij Magni exortarum, Provinciae Lituanae data.

*Responsio.*

*1mum. — Quot Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae seu Residentiae Ordinis Divi Basilij Magni reperiuntur in unaquaque ex dictis Provincijs, Lithuana et Ruthena, et quomodo nuncupentur.*

*Ad 1mum:* — Antequam plene sufficienterque respondeam, praemitto: 1.mo, Universas Provinciae nostrae Lituanae Residentias nomine Monasteriorum venire, Monasteriaque nuncupari, demptis Vladimiriensi, quod Collegium, et Swierznen., quod Seminarium dicitur, eo quod in primo usitatus aliijs Monasterijs non detur Chorus, solique Professores ad navandam docendis Saecularium scholis, sive instituendae in litteris Juventuti operam usque ad Philosophiam inclusive alantur; in altero, Seminaristae saeculares Ritus Graeci, sub directione et Magisterio nostrorum, latinitati, humanioribusque literis vacent.

Praemitto 2do, singula Provinciae nostrae Monasteria in tres quodammodo classes nos partiri; videlicet, in Maiora, quae duodecem, viginti vel paulo plus Monachos Professos fovent; Minora, seu Residentias, in quibus sex vel supra Religiosi continentur; inter quae etiam Minora et Minima, quibus praesunt Abbates, computantur, et Minima seu Missiones, in quibus duae vel parum ultra sustentantur personae. His itaque praemissis, respondeo ad punctum 1.mum: omnia Monasteria quae Provincia nostra Lituana

---

[134] In Capitulo s.d. Dubnensi an. 1727, diebus 16-17 Maii; cfr. documentum 187 in vol. I *Litterarum Basilianorum,* pag. 300-303. Cfr. documentum 108, de dat. 26.V.1727 (pag. 142-3) in *Epistolae Metropolitarum Kioviensium Catholicorum: L. Kiszka, A. Szeptyckyj, F. Hrebnyckyj: 1714-1762,* Romae 1959.

complectitur, esse 66. Patet id sufficientissime ex enumeratione eorum, secundum nomina et classes expressas superius, in praemittendo 2do; Porro *Majora* sunt haec: Vilnense, Zyrovicense, Onuphriense, Dermanense, Polocense, Chelmense, Zydyczynense, Bytenense, et Torokanense; *Minora:* Dubnense, Leszczense, Braclaviense et Dorohobusense, nunc vulgo Abbatialia, licet aliqua eorum per abusum talia facta sint; *Simplicia* vero Residentiae dicta sunt haec: Borunense, Berezwecense, Witebscense, Antopolitanum; Jatwiscense, Lyskoviense, Pustynense ad Mscislaviam, Thadulinense, Albae Ducalis. *Minima* denique, Missiones nuncupata sunt sequentia: Buczacense, Brestense, Ceprense, Czereiense, Chomscense, Czerlonense, Derevense, Dobryhorense, Grodecense, Holdoviense, Hlusznianense, Missio Mozyrensis, Jakubstadense, Illukstatense, Kamenecense in Lituania, Kassutense, Kazimiroviense, Ladense, Lubavicense, Lawryszoviense, Lukomlense, Machiroviense, Malaszkovicense, Marywilense, Mirense, Nowodworense, Nowogrodecense, Pustynense ad Witepskum, Rakoviense, Rochaczoviense, Rosanense, Sielecense, Sierocinense, Swirznense Seminarium, Suckoviense, Turkovicense, Uszacense, Vladimiriense Collegium, Volnense, Werchoviense.

Jam vero Alma Provincia Polona, in Summario, typis de Comitibus 1742 Anno Romae impresso, Sacrae Congregationi de Propaganda Fide se habere: In Dioecesi Metropolitana *Kijoviensi* Monasteria 11. In Dioecesi *Leopoliensi* Monasteria 52. In Dioecesi *Luceoriensi* Monasteria 21. In Dioecesi *Uladimiriensi* Monasteria 4. In Dioecesi *Praemysliensi* Monast. 13. In Dioecesi *Chelmensi* Monast. 9. Proinde, (f. 138v) ut ipsi in suo Restrictu facti, et Juris, cum Responsione Typis de Comitibus, anno ut supra Romae impresso, Sacrae Congregationi de Propaganda Fide exposuerunt, in Provincijs Regni ex Palatinatibus Russiae, Kijoviae, Volhyniae, Palatinatuum numerosissimis Districtibus, Monasteria numero 110, e quibus, demptis indebite Elencho suorum Monasteriorum aliquot nostris Monasterijs insertis, adhuc remanent supra centum. Quod autem praefata Provincia Polona suorum Monasteriorum ad praesens numerum extenuet, nescitur cui innititur fundamento; certum equidem est, quod demandatam sibi a Sancta Sede Apostolica parvorum Monasteriorum sublationem, pro solito non adamussim exactae obedientiae peregit; cum enim vero Decretalis Sanctissimi illa solum Monasteria retinere praeceperit, in quibus saltem octo Monachi aluntur, reliquis, in quibus pauciores, sublatis, illa vix uno vel 2bus tenuissimis opressis, omnia tenuiora pinguioribus adunavit, ac proinde eundem omnino numerum Monasteriorum possidet.

*2dum: — Quot Religiosi regulariter conserventur in unoquoque Monasterio, Collegio, Missione, Vicaria, seu Residentia actu existentes?*

*Ad 2dum.* — Responsioni ad hocce secundum punctum necessario praemittendum censeo: Plurima Provinciae nostrae Monasteria fundata fuisse pro paucioribus personis; quandoquidem vero multi, gratia vocationis ad Religionem a Deo nacti, enixissimis jugibusque precibus adlegi se inter Monachos flagitarant, uti de facto adlecti sunt, quemadmodum quoque nonnulli

ad repudiandum eiurandumque Schisma et faciendam fidei professionem, Deo miserante, a nostris inducti, non raro incapaces etiam, admitti ad Religionem postularunt, quos ne a Fide desciscerent, a profitendo Instituto nostro arcere nequivimus. Hinc in Monasterijs etiam pro paucis Monachis sustendandis fundatis, plures nunc licet crebro tenuiori annona providentur.

Respondeo iam ad punctum sequens juxta expressa superius Monasteria, videlicet in Monasterio Vilnensi olim regulariter 16 duntaxat sustentabantur Monachi, nunc cero 27, ex ratione Studij Theologici (quod quomodo nam ibi invenitur, patebit ex respondendo ad punctum 8vum). In Monasterio Zyrovicensi pariter antehac conservabantur ordinarie 22 Religiosi, at nunc 30 conservantur. Monasterium Onuphriense Abbatiale, regente Abbate, unum olim Monachum inquilinum habuit, nunc autem sub regimine simplicis Superioris existens 16 personas alit. Monasterium Bytenense 9 solum Professos sustinet, in quo cum tyrocinium seu novitiatus sit, hinc praeter praefatos Professos interdum 20 et supra, interdum 18, interdum 16 novitios reservat. In Dermanensi Monasterio 13 retinentur Professi. Polocense Monasterium, licet antea passim 16, nunc autem 22 fovet Personas. In Chelmensi Monasterio 14 reperiuntur Monachi. Zydyczynense Abbatiale 12 Personas habet. Torokanense 12 Religiosos sustentat.

In ijs vero *Minoribus*, quae per Abbates reguntur, Monasterijs, habitant Personae nempe: In Dubnensi praet. Abbatem 7. In Minscensi praet. Abbatem 7. In Polocensi ad aedes SS. Romani et Davidis praet. Abbatem 3. In Kobrynensi praeter Abbatem 5. In Grodnensi praet. Abbatem 3. In Leszczensi praet. Abbatem 2. In Braclaviensi praet. Abbatem 3. In Dorohobuscensi, vacante ad praesens Abbate, 4.

Demum in *Minoribus* Monasterijs sive Residentijs, quae a simplicibus Superioribus reguntur, sustinentur personae scilicet: in Borunensi 10. In Berezvecensi 10. In Witebscensi, quod fundatum est pro 7, sunt 10. In Antopolitano 10. In Jatwiscensi 8. In Lyskoviensi 6. In Pustynensi ad Mscislaviam 6. In (f. 139) Thadulinensi 6. In Monasterio Albae Ducalis 7.

In *Minimis* denique seu Missionibus conservantur personae: In Buczacensi, pro 6 personis fundato, censu potissima ex parte non currente, spe vero Monachos schismaticos in vicina Valachia degentes convertendi alente, 3 tantum sunt personae. In Brestensi 4. In Ceprensi 4. In Czereiensi 5. In Chomscensi 5. In Czerlonensi 4. In Darewensi 5. In Dobryhorensi 5. In Grodecensi 2. In Holdoviensi 3. In Hluszniensi 2. In Missione Mozyrensi 5. In Jakubstandensi 3. In Illuxtana 3. In Kamenecensi in Lituania 3. In Kassutensi 4. In Kazimiroviensi 6. In Ladensi 5. In Lubavicensi 2. In Lawryszoviensi 6. In Lukomlensi 3. In Machiroviensi 3. In Malaszkievicensi 3. In Maryvilensi 3. In Nowodworensi 3. In Mirensi 3. In Nowogrodecensi 5. In Pustyneni ad Witepskum 4. In Rakoviensi 3. In Rochaczoviensi 4. In Rosanensi 4. In Sielecensi 4. In Syrocinensi 4. In Swirznensi Seminario 4. In Suckoviensi 6. In Turkovicensi 3. In Uszacensi 4. In Vladimiriensi Colle-

gio 5. In Wolnensi 5. In Werchoviensi, pro 8 Religiosis fundato, ob deflagrationem ecclesiae et Monasterij tantum 5.

In Polona vero Provincia, quaquam sciam numerosa esse nonnulla monasteria, quia tamen de numero Religiosorum in Monasterijs degentium, certo mihi non constat, asserere nequeo, sed de hocce numero Personarum suarum doceat Religiosissimus Pater Provincialis Provinciae Polonae.

*3tium: — Quibus Redditibus, certis vel incertis, atque Eleemosynis, regulariter loquendo, praedita sunt annuatim illa Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae seu Residentiae?*

*Ad 3tium.* — Satisfaciendo huic puncto, praemittitur: Nusquam fuisse morem apud meos Antecessores, Tabellas reddituum monasterialium Actis Visitationum inserere, unde et ego vestigijs eorum insistens, id non feci; hae utpote Tabellae circa Registra ipsorum Monasteriorum asservantur. Praesertim vero, quod minus speraverim, daturum me strictam Informationem de reditibus Monasteriorum. Cum autem ad praesens dari illam oporteat, hanc quam ex calculo Registrorum in Monasterijs visitatis percipere valui, do, daturus informationem etiam juramento comprobandam de reditibus Monasteriorum quoad solidum, si vel ad annum habeam inducias, ut continuaturus caeptam et perfectam iam in aliquot Monasterijs iteratam Visitationem, Tabellas proventuum singulorum Monasteriorum conscribam. Hoc praemisso, respondeo ad punctum 3tium: Monasteria Provinciae nostrae sequentibus praedita esse reditibus: *Vilnense* habet duo praedia, lapideasque in Civitate 4, ex quibus uti et ex praedijs, praeter panem, importabantur olim Monasterio annui certi proventus circiter 7000; at nunc, sub deflagrationem Vilnae, absumptis quoque flamma lapideis, vix supra 4000 habere valet; spectatis vero incertis reditibus, largitioneque Eleemosynarum, 400 florenos habere potest. *Zyrovicense* ex bonis exiguis, summisque super Synagogis et bonis nonnullis elocatis, annuum proventum ad 3715 florenos, asses 20; incertum vero ex Eleemosynis, intuitu Thaumaturgae Iconis Beatissimae V.M., prope 6000 habet. *Onuphriensis* Monasterii, praeter annonam praediorum, certus reditus in annum ad 3000 circiter floren. Polonical. ascendit, incertus autem ad 2000 accedit. *Dermanense,* praeter sua praedia, praedictam annonam, proventus annui certi 4550 flor. Pol. important; incertus vero ex Sacristia 200 flor. Polon. non excedunt. *Polocen.,* duobus praedijs (ex quibus sufficienti annona sustentantur Monachi) provisum, habet in annum certi proventus circiter 3500 floren. Polon., incerti ex Eleemosynis circiter florenos 300. *Chelmense* certis reditibus caret, eo quod a modicis Summis ex piorum Eleemosynis ad 52000 floren. Polon. reductis, a quibus habere deberet census annui 4346 floren. Polon., sed summis ob renitentiam in reddendo censu Creditorum sterilescentibus, intendum vix in annum 2000 recipit; spectato vero incerto reditu, Sacristia ex ratione Thaumaturgae Imaginis Beatissimae V.M. importare in annum 3000 circiter floren. Polonic. Monasterio assolet. *Zydyczynense,* praedictum panem sufficientissimum, quem habet ex 4 praedijs, certi annui pecuniarij proventus deberet habere

5544 flor. Polonical., sed qua summa 20000 floren. Polon. non fructificat; hinc ad praesens annuus proventus, tantum ad 4144 flor. Polon. accedit, proventus vero incertus (f. 139v) fere nullus. *Bytenense*, ex tribus praediis habet sufficientem annonam frumentariam, proventusque annui certi circiter 2000, incerti circiter 1500 habet. *Torokanense*, ex praedijs duobus victu frumentario sufficientissime provisum est, praeterea provenus pecuniarij reditus certi circiter 1500 flor. Polon., incertum vero proventum nullum habet. *Borunensis* monasterii reditus certi, exigui sunt, frumentaria enim annona caret, pecuniarius autem proventus vix ad 1500 flor. ascendere, at incertus ex Sacristia, ubi crebriores Eleemosynae ex ratione Miraculosae Imaginis B.mae V.M. contribuuntur in annum ad 4500 flor. reducitur. *Berezvecense*, ex binis praedijs certum reditum annuum ad 3000, incertum circiter ad unum flor. Polon. computat. *Witebscense*, ex geminis suis praedijs pane abundat, praetereaque certi proventus pecuniarij circiter 2000 flor. Polon., incerti 100 in annum computat. *Minscense*, ex praediolo exiguo modicum panis, a Summa vero et in fundo Monasterij habitantibus certi proventus circiter 1500 flor. Pol., incerti causa Miraculosae Imaginis B.mae V.M. prope 1000 habet. *Antopolitanum*, super 40000 flor. Pol. fundatum, potiori parte ejusdem Summae in praedio locata, ex eodem praedio victitat, a residua vero Summa habet certi reditus flor. 100, incerti 300 flor. habere possunt. *Jatwiscense*, praeter panem cujus sufficientiam habet, praeterea annui certi pecuniarij proventus 800 prope flor. Polon., incerti ratione Gratiose Immaginis B.mae Virginis Mariae ibidem prope 800 habet. *Lyskoviense* duo praediola, quae illi panem suppeditant, proventusque certi pecuniarij 1200, incerti prope 500 flor. Polon. habet. *Dubnense*, sufficientia alimenti frumentarij abundat, ac propterea certi proventus pecuniarij flor. Polon. 2000, incerti circiter 500 computat. *Pustynense* ad Mscislaviam, panem ex praedio, insuper in annum certos 800 flor. Polon., incertos ex ratione Miraculosae Imaginis B.V.M. circiter 500 habet. Monasterio *Albae Ducalis*, in Summa 30000 flor. Polon. fundato, ad praesens nullus certus annuus penditur census. *Buczaczense*, pariter in Summa 30000 flor. Polon. fundatum, vix ab hujusmodi Summa dimidium percipit censum. *Braclaviense*, exiguo fundo praeditum, ex sola Eleemosyna alit Monachos; haec porro Eleemosyna, ex ratione Gratiosae Imaginis B.mae V.M. ad 1500 flor. Polon. accedit. *Brestense*, fundum habet angustissimum, Villamque paucos colonos sustinentem, quae in annum certo importat Monasterio flor. Polon. 200. Praeterea hoc Monasterium a Summa 12000 flor. Polon., renitente debitore, non integrum recipit censum. *Ceprense*, ex sola gleba victitat, ac ex incertis proventibus circiter 200 flor. habere potest. *Czereiense*, praedijs parvis duobus praeditum, ex agricultura alit Religiosos, nihilominus ex molendino 240 flor. Polon. quotannis, incertos quoque prope 200 habet. *Chomscense*, in summa 20000 flor. Polon. fundatum, census ab hac summa pendendus vix ab Haebreis Chomscensibus, in quorum Synagoga praefata Summa locata est, litigiose extorqueri valet, incertos vero pro-

Monasteriolum, ne Parochiani, alijque vicini a Fide desciscant, ad vomipe flor. Polon. 100 in annum habere potest. *Czerlonense*, ex praediolo parvo, sibi addiuncto, habet annonam frumentariam et insuper 500 prope flor. Polon. in annum. *Daroviense*, fundos paucos, summamque 20000 flor. Polon. in praediolo locatam habet, ex quo certos 300 flor. Polon., incertos ex Sacristia circiter 150 percipit in annum. *Dorohobusense* praeter fundos tenues, Summam 12000 flor. Polon. habuit, sed haec occasione promotionis Domini Martiani Holownia, Abbatis Dorohobucensis,[135] ad Abbatiam Melecensem, et mortis eiusdem immaturae, interijt, nec vestigio ullo post se relicto. Unde nunc praedictum Monasterium certos pecuniarios reditus nullos prorsus habet, incertos nuper prope 500 flor. Polon. habuisse comperi. *Dobryhorense*, possidet praedium alendis Monachis non adeo sufficiens, nihilominus habet Summam 12000 flor. Polon., a qua Summa census, cum alijs certis reditibus pecuniarijs conjunctus, efficit in annum Polon. flor. 1500, incerti vero huius Monasterij proventus ad flor. Polon. prope 200 accedunt. *Grodnense*, praedium ex quo suppeditatur frumentum, certos quoque incertosque proventus pecuniarios ad flor. Polon. in annum 2000 ascedentes habet. *Grodecense* praeter fundos exiguos, 400 floren. Polon. certos, incertosque circiter 80 habet. *Holdoviense*, non ita pridem a Schismate cum Monachis et Parochianis vindicatum, praeter modicum fundum et 4 glebae adscriptitios, nihil habet, sustentaturque (f. 140) beneficio propinquorum Monasteriorum, ne ampla nuper lucrifacta Parochia in execrandum rursus relabatur Schisma. *Hlusznense*, nunc primum erigitur viventeque Fundatore ac Monasterio duos pagos inscriptos possidente, duosque duntaxat nunc Monachos sustentante, nullos proventus habet, quantos qualesque habiturum est, hodiedum ignoratur. *Mozyrensis* Missio, super summa 10000 floren. Polon. erecta, censu ab eadem Summa currente, videlicet flor. 700 nec non Eleemosynis piorum Nobilium, in districtu illo per alios Schismate infecto, totoque pene scatente conservatur. Missiones Livoniae, nempe *Jakubstadensis* et *Illuxtana* habent nonnullos fundos, sed admodum paucos; insuper Jakubstadensis habet Summam 10000 floren. Polon., a qua census quotannis penditus in usus Monasterij; Illuxtana 4000 dotata pro censu pendendo. Praeterea haec duo Monasteria Missionaria a Monasterijs Vitepscensi et Polocensi subsidium charitativum habent, beneficioque Lituanorum Mercatorum cum mercibus venalibus ad emporium Rigense pergentium per Livoniam, Lutherana, Calvinistica Schismaticaque lue infectam et paucissimas Catholicorum ecclesias complectentem, in jugi Apostolici laboris exercitio sustentantur. *Kamenecense* in Lituania, ante quinquaginta circiter abhinc annos a Schismaticis Monachis, via Apostolatus, vindicatum, praeter modicos fundos 15 flor. annui reditus habet, incertus... proventus prope ad 150 flor. Polon. accedit; toleratur nihilominus hocce pauperrimum

---

[135] Marcianus Holovnia, Archimandrita Dorohobuscensis (1730-1748), translatus ad Mielecensem. Obiit anno 1747.

tumque redeant. *Kassutense* habet praediolum et Summam 20000 flor. Polon., a qua Summa censum currentem 1000 flor. quotannis percipit; habet insuper ex praediolo 300 flor. annuos, incerta vero percepta vix ad 80 flor. reduci possunt. *Kobrynense*, tenues equidem proventus habet, et ut reor 1000 flor. Polon. non excedentes, sed cum Dominus Abbas registra perceptiva et expensiva scribere neglexerit, calculumque de perceptis et expensis, mihi eadem, instrumento Rev.mi Generalis ad visitanda Monasteria Abbatialia proviso, praestare renuerit, de certitudine redituum non constat. *Kazimiroviense*, habet praediolum parvum, ex quo proventum certum incertumque ex Eleemosyna ad 1200 flor. Polon. percipit. *Ladense*, habet fundos exiguos, et Summam 8000 flor. Polon. Igitur ex censu a dicta Summa et fundis certi proventus habet flor. Pol. 800, ex Eleemosyna vero, penes Gratiosam Imaginem Beat.mae V.M. alterum totum. *Leszczynense*, habet praedium, de fixo annuo proventu pecuniario circiter 200 flor. Pol. habet. *Lubavicense*, nunc primum erigitur pro Religiosis 8, quae fundatio, cum adusque non sit iuridice effectuata, et duo duntaxat ad praesens Religiosi ab ipsa Ill.sima Fundatrice sustententur, reditus tamen quam futuros ignoro. *Lawryszoviense*, uno praedio dotatum, certorum ac incertorum redituum computat summam 1000 flor. Polon. in annum. *Lukomlense*, fundos perquam exiguos, Summamque 3000 flor. Polon. fructiferantem sibi nempe 170 flor., incertum proventum ad 200 flor. proxime appropinquantem habet. *Machiroviense*, solo B.mae V.M., quae ibidem in Thaumaturga sua Icone miraculis celebris est, beneficio sustentatur, Eleemosynae, quae percipiuntur inibi, pro alendis Religiosis, ad 1500 flor. ascendunt. *Malaszkoviensis* Missio, in ipsis Moschoviticis limitibus, habet exiguos fundos, subditosque 4, annuus proventus certus vix summam 400 floren. Polon., incertus vix 200 conficit. *Marywilensis* Missio, Cosaticos inter ac Moschoviticos milites sita, censu a 10000 et charitativo Monasterij Onuphriensis subsidio, ibidem ad lucrandas Ecclesiae Romanae animas sustentatur, penes Gratiosam Imaginem B.mae V.M., unde inibi etiam Eleemosyna, fors ut spero, ad 500 flor., in annum accedet. *Mirense*, paucissimos fundos et Summam 30000 Polon. flor. a piae memoriae Celsissimo Duce Carolo Radziwill, Cancellario M.D. Lith., habet, a qua Summa census maxima ex parte non penditur, hinc Monasterium in extremam prope paupertatem redactum est. *Novodvorense*, nuper a Schismaticis obtentum, fundos exiguos, subditosque aliquot habet, et annuus huius Monasterij reditus non nisi 400 flor. facit. *Novogrodecense*, fundos paucissimos et a Summa in Synagoga locata census annui flor. 300, ac ex affiliato sibi Monasterio Lauryszoviensi subsidium habet. Praeterea Eleemosynae in annum possunt constituere Summam flor. 500. *Polocense* ad aedes SS. Romani et Davidis, praedium pro victu, annui certi proventus pecuniarij flor. 872 et asses 15 habet. *Rakoviense* ex fundo exiguo et a Summa 4000 flor. Pol. percipit in annum flor. 280, ex incertis vero reditibus 300 flor. haberi possunt. *Rochaczoviense*, praedium unum habet, ita ut hoc sufficientem (f. 140v) victum et amictum Religiosis illius Monasterij suppeditet, incertus annuus proventus ad 100 flor. Polon. accedit. *Rosanense*, prae-

diolum censumque a 4000 flor. Polon. habet, et hic census, aliusque certus et incertus proventus in annum summam 600 flor. constituunt. *Sielecense*, non pridem a Schismaticis vindicatum, fundos et subditos paucos, ex quibus 400 flor. Polon. certos, 100 praeterea incertos habet. *Sierocinense*, fundos paucos, ex Eleemosynis quoque penes Gratiosam Imaginem B.mae V.M. in annum 600 circiter floren. habet. *Swirznense* Seminarium, cum suis reditibus optime notum est Excellentiae Vestrae; huius Seminarij Parochialis proventus ad 100 circiter flor. accedere possunt. *Suckoviense*, habet praedium alendis Religiosis, vestiendisque pro distracto frumento sufficiens. *Turkovicense*, habet census annui flor. 700, a Summa in qua est fundatum. *Uszacense*, fundos paucos habet, et plerumque ex Eleemosyna penes Gratiosam Imaginem B.mae V.M. charitativoque subsidio Monasterij Polocensis sustentatur. *Vladimiriense* Collegium, in solis summis fundatum, annuum censum (licet in parte magna difficile vindicari possunt) pro alendis Professoribus ad 2481 flor. in annum habet. *Wolnense*, praedium victui sufficiens, certique annui proventus flor. 400, incerti 300 habet. *Wierchoviense*, est fundatum super Summam 30 millia flor. et ex censu huius Summae ac paucis fundis, quos possidet, vivit.

De reditibus vero Monasteriorum Almae Provinciae Polonae, licet adaequatam notitiam habere nequeam, arbitror tamen ejus Monasteria majoribus reditibus praedita esse, eo quod antiquitus a Russis Principibus Magnatibusque, ejusdem nobiscum Ritus, fundata sint, et quibus fertilitas glebea, quae in Lituania sterilis est (ut omnibus notum) clementiaque climatis suffragatur. Quamquam vero Provinciae Polonae individuorum Monasteriorum omnium reditus indigitare nequeam, nihilominus scio, Monasterium Poczaioviense singula Provinciae nostrae Monasteria reditibus superare. Dein Unioviense, Melecense, Leopoliense, Owrucense, Lauroviense, Dobromilense, Hoscense Collegium, Bialostocense, Zahoroviense, ad quorum nonnulla jus habet Provincia mea, omnibus Majoribus nostris aequivalere. Praeterea vel hinc Provinciae Polonae opulentiora, meliusque provisa Monasteria colligere licet, quod passim ecclesias, Residentiasque ex lapide cocto exaedificatas habeat, secus in nostra Provincia, in qua, paucis exceptis, domus, ecclesiaeque ligneae sunt. Sed de hisce reditibus Provinciae Polonae libentissime cuperem dandam talem Informationem a Religiosissimo Provinciali, qualem ego dedi de reditibus Provinciae, sub ingenua sinceritate.

*4tum: — In qua Dioecesi, Palatinatu, Districtu seu Terra tam Magni Ducatus Lituaniae quam Regni Poloniae ac Provinciarum annexarum sita sint dicta Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae seu Residentiae?*

*Ad 4tum.* — Respondeo situm Monasteriorum esse hujusmodi:

*In Archi-Dioecesi Metropolitana:*

*In Palatinatu Vilnensi:* Vilnense; in eodem Palatinatu Districtu Oszmianensi: Borunense, Suckoviense, Kassutense; in eodem Palatinatu, Districtu Grodnensi: Grodnense, Czerlonense; in eodem Palatinatu, Districtu Lidensi: Hlusznense, Holdoviense.

*In Palatinatu Nowogrodensi Monasteria:* Nowogrodense, Lawryszoviense, Mirense, Swirznense, Wolnense, Ceprense, Darevense; In eodem Palatinatu, in Districtu Slonimensi: Bytenense, Zyrovicense et Rosanense; in eodem Palatinatu, in Districtu Wolkowiscensi: Jatwiscense et Lyskoviense. In eodem Palatinatu, in Districtu Mozyrensi: Missio Mozyrensis et Sielecensis.

*In Palatinatu Minscensi:* Minscense, Rakoviense, Ladense; in eodem Palatinatu, in Districtu Rzeczycensi: Kazimiroviense et Rohaczoviense.

*In Archidioecesi Polocensi:*

*In Palatinatu Polocensi:* Polocense ad sepulchrum Beati Martyris Josaphat, Polocense ad aedes SS. Romani et Davidis, Uszacense, Berezvecense, Dobryhorense, Sierocinense, Machiroviense: In Districtu Braclaviensi: Braclaviense.

*In Ducatu Livoniae:* Missiones Illuxtana et Jakubstadensis. (141) *In Palatinatu Witebscensi:* Witebscense, Pustynense et Thadulinense; in eodem Palatinatu, in Districtu Orsanensi: Czereiense, Lukomlense, Lubavicense.

*In Palatinatu Mscislaviensi:* Onuphriense, Pustynense Monasteria, et Missiones: Malaszkievicensis ac Marywilensis.

*In Dioecesi Vladimiriensi:*

*In Palatinatu Brestensi:* Antopolitanum, Kobrynense, Kamenecense, Brestense, Biallense.

*In Palatinatu Wolhyniae:* Vladimiriense, Werchoviense.

*In Dioecesi Luceoriensi:*

*In Palatinatu Wolhyniae,* Districtu Luceoriensi: Zydyczynense, Dubnense, Dermanense, et Dorobusense.

*In Dioecesi Chelmensi:*

*In Terra Chelmensi:* Chelmense, Turkovicense, et Grodecense.

*In Dioecesi Pinscensi:*

*In Palatinatu Brestensi,* Districtu Pinscensi: Torokanense, Chomscense, Nowodworense, Leszczense.

*In Dioecesi Leopoliensi:*

*In Palatinatu Russiae,* Terra Haliciensi: Buczacense.

Quod vero attinet ad situm Monasteriorum Provinciae Polonae, hic luculentissime patet ex scripturis; hinc praeter Palatinatus, Districtus, Terras, in quibus sita sunt Provinciae Polonae Monasteria, ad calcem Puncti primi, etiam Dioeceses attigi, quam modo enim in nominatis Dioecesibus Monasteria Provinciae Polonae sita vocentur, hoc loco ex scripturis deducendum censui.

*In Dioecesi Metropolitana Kijoviensi:*

Monasterium Bilylowscense, Monasterium Tryhorense, Monasterium Kanioviense, Monasterium Kolodesanense, Monasterium Moszanense, Monasterium Krasnohorense, Monasterium Jasnogrodense, Monasterium Owrucense, Monasterium Lewkoviense, Monasterium Lebedynense, Monasterium Suprasliense, quanquam hoc pudet me scribere, eo quod id Monasterium a

prima sui erectione Abbatem sibi eligere consueverit, nunquam etiam ad nostram primam Congregationem Sanctissimae Trinitatis pertinuerit, exemptumque fuerit, quam exemptionem per Bullam modernus quoque SS.mus Pontifex, feliciter regnans, eidem Monasterio confirmavit; sciri perinde nequit, quo titulo praetendatur a Provincia Polona hocce Monasterium Suprasliense, sicut ob paritatem rationis poenitus ignoratur, quo titulo a Provincia Polona praetendantur nostra Monasteria; sicut enim vero ad illud, ita ad nostra nullum prorsus jus illi suffragatur.

*In Dioecesi Leopoliensi:*

Monasterium Cathedrae Leopoliensis, Monasterium S. Onuphrij Leopolien., Monasterium S. Joannis Leopoli, Residentia Civitatis Leopol., Monasterium Krechoviense, Monasterium Biesiadense, Monasterium Zolkoviense, Monasterium Korsunense, Monasterium Jazienicense, Monasterium Dobrzanense, Monasterium Rudnicense, Monasterium Podhorodyscense, Monasterium Wyspianense, Monasterium Unioviense, Monasterium Podhorecense, Monasterium Wicinense, Monasterium Krasnopustense, Monasterium Zloczoviense, Monasterium Trembowliense, Monasterium Satanoviense, Monasterium Czortkoviense, Monasterium Ulaszkoviense, Monasterium Zwiniacense, Monasterium Cathedrale Kamenecense, Monasterium Koroliénse, Monasterium Malyoviense, Monasterium Lanovecense, Monasterium Bilense, Monasterium Pietniczanense, Monasterium Ladoviense, Monasterium Szarogrodense, Monasterium Barense, Monasterium Winnicense, Monasterium Holowczynense, Monasterium Granoviense, Monasterium Krylosense, Monasterium Pohonscense, Monasterium Sancti Eliae, Monasterium Uhernicense, Monasterium Zawaloviense, Monasterium Zadaroviense, Monasterium Pacykoviense, Monasterium Hoszoviense, Monasterium Lucense, Monasterium Sokoloviense, Monasterium Tlumaczovense, Monasterium Swaryczoviense, Monasterium Bakocinense, Monasterium Podgrodense.

*In Dioecesi Luceoriensi:*

Monasterium Cathedrale Luceoriense, Monasterium Confraternitatis Luceoriensis, Monasterium Poczaioviense (f. 141v), Monasterium Mielecense, Monasterium Bialostocense, Monasterium Zahaiacense, Monasterium Milczanense, Monasterium Kremenecense, Monasterium Zbarazense, Monasterium Lubarense, Monasterium Czetwertynense, Monasterium Straklovense, Monasterium Poddembecense novae Fundationis, Monasterium Milostoviense novae Fundationis, Monasterium Tuminense, Monasterium Grodecense.

*In Dioecesi Vladimiriensi:*

Monasterium Zahoroviense, Monasterium Niskinicense, Monasterium Zimnense, Monasterium Turopiense.

*In Dioecesi Praemysliensi:*

Monasterium Cathedrale Praemysliense, Monasterium Lavroviense, Monasterium Dobromilense, Monasterium Szczeplotense, Monasterium Derazicense, Monasterium Liscense, Monasterium Smolinense, Monasterium Lisnia-

nense, Monasterium Letnianense, Monasterium S. Salvatoris, Monasterium Topolnicense, Monasterium Ulucense, Monasterium Krupecense.

*In Dioecesi Chelmensi:*

Monasterium Zamoscense, Monasterium Wolswinense, Monasterium Domaszoviense, Monasterium Werchratense, Monasterium Derewianense, Monasterium Stoianoviense, Monasterium Ohladoviense, Monasterium Niskinicense.

*5tum: — Quam sint illa Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae seu Residentiae in unaquaque ex dictis Provincijs inter se dissitae, id est quot miliaribus plusminus unum Monasterium, Collegium, Missio, Vicaria vel Residentia ab alijs distet?*

*Ad 5tum.* — Ante Responsionem ad hoc punctum notandum: *1mo*, Miliaria Lituanica minora esse Miliaribus Polonicis, quemadmodum Polonica minora sunt Germanicis; probatur hoc sufficienter vel inde, quod ego nondum elapso muneris mei anno, omnia monasteria visitaverim, alteramque Visitationem exorsus sim, ita ut jam iterato in aliquot Monasterijs Visitationem peregerim. Notandum *2do*, Distantiam unius Monasterij ab alio commode explicandam reor eo modo, quo ego primo post electionem meam ex uno Monasterio visitans pergebam ad aliud. Notandum *3tio*, quod ponendus hic infra computus milliarium intra parenteses, recta ex uno Monasterio ad aliud, non debeat omnino exacte et adamussim sumi, juxta Mappas Geographicas, quae passim tum inter se, tum a Viatorum sensu dissident, sed juxta praedictarum relationem et experientiam.

Nunc respondeo ad hoc punctum: Monasteria Provinciae meae habere hanc inter se distantiam, videlicet: a Brestensi Bialense 5, a Bialensi Chelmense 15 (si vero ex Brestensi directe pergatur Chelmam, erunt duntaxat milliaria 15), a Chelmensi Turkovicense 4, a Turkovicensi Grodecense 3bus (si vero Bresta recta pergatur Vladimiriam, conficientur milliaria 24), a Grodecensi Vladimiriense 3bus, a Vladimiriensi Buczacense 26. Redeundo in Lituaniam: a Buczacensi Dubnense 15, a Dubnensi Dermanense 4, a Dermanensi Dorohobusense 4, a Dorohobusensi Zydyczynense 9 (Idem vero Zydyczynense a Dubnensi 6), a Zydyczynensi Werchoviense 12 (Vladimirense vero a Werchoviensi solum 9), a Werchoviensi Nowodworense 16, a Nowodworensi Leszczense 2, a Lesczensi Chomscense 10, a Chomscensi Torokanense 3bus, a Torokanensi Antopolitanum 1, ab Antopolitano Kobrynense 4, a Kobrynensi Kamenecense 5, a Kamenecensi Lyskoviense 9, a Lyskoviensi Jatviscense 6, a Jatviscensi Czerlonense 8, a Czerlonensi Grodnense 5, a Grodnensi Hlusznianense 8, a Hlusznianensi Holdoviense 5, a Holdoviensi Novogrodecense 7, a Novogrodecensi Lawryszoviense 3 bus, a Lawryszoviensi Mirense 4, a Mirensi Wolnense 3 bus, a Wolnensi Zyrovicense 9, a Zyrovicensi Rosanense 5, a Rosanensi Bytenense 5, (si vero recta e Monasterio Leszczynensi ad Monasterium Bytenense pergatur, sunt solum milliaria 15), ad remotissimum vero utimumque in Regno Poloniae Monasterium Buczacense, si recta pergatur e Monasterio Bytenensi, quod est in ipso Provinciae meditullio, conficientur miliaria 60, a Bytenensi Dareviense 9, a Dareviensi Ceprense 5, a Ceprensi Swirz-

nense 7, (si vero recta pergatur Bytenio ad Monasterium Swirznense erunt milliaria 14), a Swirznensi Rakoviense 9, a Rakoviensi Minscense 5, a Minscensi Ladense 7, a Ladensi Missio Mozyrensis 30, a Missione Mozyrensi Sielecense 12, (recte vero e Monasterio Leszczynensi ad Missionem Mozyrensem 30; (per conseguens Missiones Mozyrenses a Monasterio Bytenen. (f. 142) in meditullio Provinciae sito, distant solum milliaribus 45), a Sielecensi Kazimirovien. 20, a Kazimiroviensi Rochaczoviense 4, (recte vero e Monasterio Ladensi sive a Swirznensi erunt milliaria 40), a Rochaczoviensi Pustynense ad Mscislaviam 30, (a Mozyrensi vero Missione recte Mscislaviam 30), a Pustynensi ad Mscislaviam Malaszkovicense 7, a Malaszkovicensi Marywilense 3bus, a Marywilensi Onuphriense 9 (recte vero a Pustynensi ad Onuphriense 4), ab Onuphriensi Lubavicense 25, a Lubavicensi Thadulinense 5, a Thadulinensi Witebscense 5, a Witebscensi Sierocinense 7, a Sierocinensi Dobryhorense 7, a Dobryhorensi Pustynense ad Witepscum 5, a Pustynensi Czereiense 7, (recte vero ex Onuphriensi ad Czereiense 25), a Czereiensi Lukomlense 2 bus, a Lukomlensi Uszacense 13, ab Uszacensi Polocensia duo 7, (recte vero Witebscense a Polocensi 18), a Polocensibus Machiroviense 3bus, a Machiroviensi Jakubstadense in Livonia 47, a Jakubstadensi Illuxtanum 12, ab Illuxtano Braslaviense 12, a Braslaviensi Berezvecense 12, (recte vero Polocensia a Berezwecensi 15 milliaribus distant), a Berezwecensi Kassutense 15, a Kassutensi Suckoviense 9, a Suckoviensi Vilnense 12, (recte vero Jakubstadense a Vilnensi distat miliaribus 30) (item a Polocensibus ad Vilnense recte pergendo erunt milliaria 40) (a Bytenensi vero Vilnam recte milliaria 29), a Vilnensi Borunense 10 (recte vero Borunense a Suckoviensi 3) milliaribus distant.

Monasteriorum vero Provinciae Polonae distantiam, mihi ignotam, explicet ea sinceritate Religiosissimus Pater Provincialis, qua ego explicui distantiam Monasteriorum Provinciae meae.

*6tum: — Quae Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae seu Residentiae habeant annexam curam animarum, et quo iure et a quanto tempore haec animarum cura fuerit annexa?*

*Ad 6tum.* — Respondeo omnia Provinciae nostrae Monasteria, demptis Vilnensi, Torokanensi, Viteptscensi, Vladimiriensi, Brestensi, Polocensi, Machiroviensi, Dubnensi, Czereiensi, iure a loci Ordinarijs, ad preces Fundatorum et Collatorum, penes ipsam erectionem Monasteriorum impertito, curae animarum sive Parochialibus exercendis esse obstricta.

Jam vero quae Provinciae Polonae Monasteria habeant annexam curam animarum et quo iure, a quantoque tempore, profecto ignoro.[136]

*7mum: An aliqua Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae seu Residentiae fuerint olim vel sint actu Cathedrales ecclesiae, an aliquando pertinuerint ad*

---

[136] Vide hac de re Relationem Provinciae Ruthenae; cfr. supra, pag. 137-150 (nr. document. 278).

*Clerum saecularem Ruthenum, et quo iure, et a quanto tempore fuerint Monachis D.B.M. attributae?*

*Ad 7mum.* — Respondeo: tria Monasteria Provinciae nostrae penes Cathedrales ecclesias sita esse. Primum, Polociae penes sepulchrum Beati Martyris Josaphat erectum in ecclesia Cathedrali Archidioecesis Polocensis, sed nihil penitus bonorum Cathedralium participando, fundatione a Republica sibi attributa sustentatur. Alterum, Nowogrodeci ad Cathedram Metropolitanam quod ibi, postquam quod curam animarum exerceat, officiaque Divina peragat, propria fundatione subsidioque affiliati sibi Monasterij Lawryszoviensis sustentatur. Tertium, Chelmae ad ecclesiam Cathedralem Nativitatis Beat. V.M., adhuc circa annum 1630 fundatum, et ab Urbano VIII, Summo Pontifice, per Breve quod incipit: « Romanus Pontifex in supremo Militantis Ecclesiae solio etc... Datt. Romae, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris XIV Januar. MDCXXXIII, Pontificatus ejus anno 11 » confirmatum, ac propterea Diplomatibus Regijs roboratum est. Deinde, cum olim, quemadmodum eadem nunc praefatae ecclesiae decor a Thaumaturga Beatissimae V.M. Imagine praecipue dependeret, iam vero Sacratissima haec Imago, saeviente in Polonia Cosatica hostilitate, a Schismaticis intercepta, a nostris autem vindicata et asservata erat, hinc penes praenominatam Imaginem eandem regimen totius Ecclesiae et Sacristiae per ipsum Ill.mum Jacobum Susza,[137] Episcopum Chelmensem, Regiumque Diploma Joannis Casimiri,[138] Regis Polon., de data ejus Varsaviae 30 Martij, anno MDCLII, Basilianis Lituanis attributum est. Num vero aliqua ex praefatis ecclesijs Cathedralibus, aut alia quaeque ecclesia Cathedralis, sub regimine Cleri saecularis aliquando extiterit, minime mihi constat. Nihilominus ex optime mihi notis Ecclesiae Orientalis moribus, (f. 142v) et consuetudinibus conijcio, quod quemadmodum in Graecia, Moscovia, Ukraina et alijs partibus Ritus Orientalis, quamvis in Schismate sequentibus, nulla uspiam ecclesia Cathedralis a Clero saeculari, at omnes ejusmodi ecclesiae a Religiosis gubernantur, gubernatasque semper arbitror fuisse, ita et in Russia nostra Cathedrales ecclesias a Religiosis, Episcoporum adlateritijs, gubernatas fuisse reor.

Quoad provinciam Polonam respondeo, haberi quoque Monasteria sua penes Cathedrales ecclesias, uti constat ex scripturis tum aliunde, a quanto vero tempore et quo iure sunt penes ecclesias Cathedrales dictae Provinciae Monasteria, scire nequeo.

*8vum: — Quot Studia Philosophica et quot Theologica pro eruditione Monachorum Ordinis D.B.M. actu existant in qualibet Provincia ejusdem Ordinis et ubi?*

*Ad 8vum.* — Priusquam ad respondendum huic punto accedam, praenoto, quod Provincia nostra ab initijs suis pauperrima, successive ex acceden-

---

[137] Jacobus Susza, Episcopus Chelmensis (1652)-1687).

[138] Joannes Casimirus, Rex Poloniae (1648-1668). Hic anno 1668 Regno abdicavit.

tibus Monasterijs coalescens, nulla Studia usque ad annum 1700 habere potuit, eo quod nullum Monasterium pro hisce studijs erigendis fuerit, Monasteriaque ipsa per se, spectatis exiguis reditibus, nusquam fuerint capacia alendorum Professorum et Scholasticorum solumque Provincia his gloriabatur subiectis, quae ex speciali gratia Sanctae Sedis Apostolicae in Alumnatibus Philosophicis et Theologicis operam navabant. Donec tandem circa annum 1703, experiens una ex parte magnam necessitatem subiectorum, parte vero ex altera paucitatem eorum, qui in Alumnatibus erudiebantur, instituit Studium Philosophicum in Monasterio Zyrovicensi, sed hocce studium diu inibi subsistere nequivit ex eo, quod in praefato Monasterio, bonis admodum exiguis praedito, penes Thaumaturgam Iconem ex sola fere Eleemosyna vivitur, ubi Patres ad celebranda pro Eleemosynis Sacra, non Juvenes Monachi studijs Philosophicis vacaturi requirebantur; Hinc ista Philosophia in Monasterio Zyrovicensi, aliquot solum annis lecta, translata ad Monaster. Polocense est, in quo licet equidem aliquoties ob defectum requisitae sufficientiae interrumpebatur adusque tamen, Deo auspice, perseverat; nihilominus etiam in hoc Monasterio ultra 10 Philosophi sustentari nequeunt. Iam vero in Monasterio Zyrovicensi, abolita Philosophia, et per annos circiter 18 vacante, cum ibidem ad legendam Saecularibus Philosophiam Professor sustentetur, propter exercitium Saecularium correpetitionemque etiam nostri Scholastici pauci ante sexennium introducti sunt. Quod vero attinet ad Studium Theologicum, hoc similiter nequaquam habuimus, ob rationes superius expressas, tantumque in Alumnatibus nostri Theologiae studuerunt. Quando quidem placuit Sanctissimo Domino Nostro gratiam concessorum nobis Alumnatuum in utramque Provinciam partiri, ac proinde Provinciae nostrae Alumnorum numerus diminutus est adeo, ut totum ad aliquot Personas redigeretur, adacta est Provincia nostra hac paucitate studentium ad quaerendos quoscunque modos erigendi Studij Theologici in aliquo Monasterio; dum igitur alius non suppeteret modus, Vilnae Novitiatum sustulit, et in locum novitiorum Scholasticos suffecit. Praeterea ex alijs Monasterijs pro alendis hisce Theologis designavit charitativum dari subsidium.

Nunc de Provincia Protectionis Beatissimae V.M., quae licetsi non ita pridem erecta est, iam tamen fundationem pro Studio Philosophico nacta consecutaque est, quandoquidem Rev.mus Dominus Pakowski,[139] Abbas Zydyczynensis, pro legenda hacce Philosophia in Monasterio Leopoliensi 30000 flor. Polon. Provinciae Polonae enumeravit, ac in manibus pie functi Metropolitani totius Russiae locavit,[140] ut patet ex Testamento ejusdem defuncti Metropolitani. In cuius fundationis sequelam, Leopoli in Monasterio S. Georgij Philosophiam actu dari certum est. Insuper constat dari eadem alia Mona-

---

[139] Georgius Pakowskyj, Archimandrita Zydyczynensis (1731-1746). Hic obiit anno 1746.
[140] Athanasius Szeptyckyj, Metropolita Kioviensis (1729-1746), et Episcopus Leopoliensis (1715-1746). Obiit die 11.XII.1746.

steria in Provincia Polona erigendorum Studiorum capacia, quando ante fundationem Studij Leopoliensis, in Monasterio Lauroviensi legebatur Philosophia.

*9num: — An relate ad Monasteria Vladimiriense, Grodecense, S. Salvatoris, aliud Dubnense S. Crucis, Dermanense, Dorohobusense, Buczacense, et Chelmense, inter utramque Provinciam apud Sanctam Sedem controversa, habeant respectivae Provinciae alia documenta, et rationes nondum adductas coram Sacra Congregatione, quae possint inservire ad firmandum jus ab unaquaque Provincia super eadem Monasteria praetensum; si vero habeant, illas Episcopo Zenopolitano (f. 143) communicent, ut eidem Sacrae Congregationi innotescant?*

*Ad 9num:* — Respondeo: videtur sufficient abundeque Provincia mea probasse se possessionem Monasteriorum citra ullum jus praetensorum a Provincia Polona, quandoquidem probavit nonnulla adhuc sub Anno 1625, penes ipsam erectionem praeteritae nostrae Congregationis, nunc Provinciae, sibi accessisse, uti Zydyczynense, seque illa plusquam centum annis pacifice citra ullam inquietudinem possedisse, adeoque possessionem eorum praescripsisse; nonnulla via Apostolatus, sanguineque fuso, sibi asserta esse probavit, ac in sequelam Decretorum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide legitime sibi incorporata esse deduxit; alia uti Chelmense, Werchoviense, Vladimiriense, Buczacense ab ipsismet Fundatoribus pro nobis fundata esse, demostratum est. Propterea Monasteria Mielecense, Ourucense, Zahoroviense, et Zimnense ad nostram Provinciam spectare, sat luculentis documentis probavimus, talibusque probationibus allegatis, ego cum minus speraverim novas super possessione nostra requirendas a me probationes, eas non conquissivi; recepta tamen ab Excell.tia Vestra de productione novorum Documentorum intimatione, quae pervius inveni exhibeo, nempe: Declarationem Fundationis Buczacensis, ab ipsismet Fundatoribus proprijs manibus subscriptam et sigillis de data Leopoli 2da Febr. 1723 munitam, qua expresse pro nostra Provincia Lituana cum exclusiva alterius Provinciae hocce Monasterium esse ostenditur. Item Serenissimi Regis Poloniarum Augusti III, nunc felicit. Regnantis, Privilegium confirmativum Collegij Scholarumque Vladimiriensium, antiquitus fundatorum pro Lituana nostra Provincia.

Nec obstat Provinciae meae, quod dicat aliquis Lituanam esse, Monasteria tamen in Wolhynia sita possidere, nec officit ei vastitas quaedam. Ratio primi, quia omnibus notum est, in Regno nostro non Provinciarum Regni limitibus, sed sola suorum Superiorum Regularium Jurisdictione, Provincias omnium Religionum determinari; ita Patres Societatis Jesu Lituani in corde Regni Poloniae, nempe Varsavia, suum habent Collegium; Item Plociae, Lomsae, Pultusci in Masovia, alijsque Regni Civitatibus. Patres Carmelitae Discalceati Lituani, Posnaniae et Lublini; Patres Ordinis Praedicatorum, Poloni et Rutheni, Brestae, Nowogrodeci, Minsci compluribusque M.D.L. oppidis suos habent Conventus. Idem de Franciscanis, Carmelitis et caeteris Ordinibus.

Ratio secundi patet, quia exempli gratia Patrum Societatis Iesu Provinciae Lituanae Collegium Plocense distat a Collegio Mscislaviensi ejusdem Provinciae milliaribus 130; Collegium Varsaviense ab Orsensi 105; similiter Praedicatorum Lituanorum Conventus Packoviensis ad Mscislaviam, a Conventu Leopoliensi ejusdem Provinciae distat milliaribus plusquam 130. Pariter Patrum Carmelitarum Calceatorum Lituanorum Conventus Mscislaviensis a Conventu Leopoliensi ejusdem Provinciae distat 150 et ultra milliaribus. Deinde Patrum Carmelitarum Discalceatorum Lituanorum Conventus Glembocensis in Alba Russia, a Conventibus Posnaniensi et Lublinensi, in meditullio Poloniae sitis, quantam habet distantiam, et sic de alijs Conventibus Collegijsque expressarum hic Provinciarum, et caeterarum fere omnium Religionum, quas hocce Regnum complectitur dicendum. Cur igitur Provincia mea Lituana, Monasteria in Wolhynia, quae adusque justissime possidet, habere possidereque nequeat? cui legittima praescriptaque possessio suffragatur. Vastitas quoque specificatarum aliorum Ordinum Provinciarum, cum nihil illis officiat, cur minor vastitas Provinciae meae ei officere deberet? Demum, fiducialiter audeo innuere Excellentiae Vestrae, quod si Polona Provincia extorserit a nobis Monasteria per se pretensa, nullam cum ea habebimus communicationem, et nequaquam vita illorum nobis, nostraque illis nota erit, non constabitque nobis quid apud illos, nec illis quid apud nos agatur. Tandem notum est Excellentiae Vestrae, cesserimus Provinciae Polonae Monasterium Lublinense; illa non contenta hoc, partitionem Alumnatuum Residentiaeque Romanae Procuratoris in animum sibi induxit, cum vero per gratiam Sacrae Sedis Apostolicae votorum suorum compos facta esset, plura Provinciae nostrae Monasteria nullitate appetere caepit, eadem his non facienda, sed (f. 143v) novas in dies praetensiones formatura, ac per consequens Sacram Sedem Apostolicam inquietatura, donec extenuatis nobis, seque Congregatio haec, quae Deo adjutore florere posset, ad ultimam devolvat perniciem.

Quod vero attinet ad Provinciam Polonam, haec sicut nulla Romae super possessionis praetensione praefatorum Monasteriorum documenta exhibuit, ita ad praesens nulla exhibituram certo sua, cum illis careat, eo quod nullum prorsus ad Monasteria illa jus habuerit habeatque.

*10mum: — Quot et qualia sint illa Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae seu Residentiae, quae actu reclamantur, vel reclamari possunt a Schismaticis in indicta a Sacra Regia Majestate Regia Commissione, et an haec Monasteria, Collegia, Missiones, Vicariae seu Residentiae a Schismaticis reclamatae respiciant unicam Provinciam Lithuaniae, vel etiam Provinciam Ruthenam?*

*Ad 10mum.* — Praeter haec, quae nullitate Provincia Polona praetendit a nobis Monasteria, Schismatici quoque moliuntur a nobis extorquere nonnulla Monasteria, expedita ad finem extorquendorum Monasteriorum Regia Commissione. Haec porro Monasteria, quae iniquissime nobis eripere conantur Schismatici, sunt sequentia: Onuphriense, Sielecense, Pustynense ad Msci-

slaviam, Holdoviense, Ceprense, Kassutense, Nowodworense, Kamenecense, Lubavicense. Praeterea copiae Moschoviticae, quae inundarunt Curlandiam, Missionibus nostris Curlandicis, ad miserrimum statum redactis, ultimam minitantur ruinam. Deinde, ex publicis Comunicationibus Moschorum liquet, quod a Regno Poloniae usque ad fluvium Berezinam, integram Albam Russiam avellere velint, quodsi id, Deus avertat, subsequatur, actum erit de nostra Provincia, quia in hoc casu 20 circiter Monasteria amitteremus. Sic nos jam a Fratribus, jam a Schismaticis graviter impetimur.

Secus Provinciam Ruthenam immunem esse securissimamque ab hisce Schismaticorum fulminibus constat, quia pro primo termino Commissionis nullum Provinciae Polonae Monasterium citatum fuit, tum quia in Memoriali a Residente Moschovitico Varsaviensi, Celsissimo nuper defuncto Primati porrecto, et a Sua Celsitudine nobis copiatim communicato, nullum prorsus illorum Monasterium expressum reperitur, tum denique quia nemo est, qui ad Moschoviticam Monarchiam contra Polonam Provinciam recurrat, nullis jam in Regno Poloniae schismaticis ecclesijs existentibus; secus contra nostram Provinciam pseudo-Episcopus Mohiloviensis, in visceribus Albae Russiae habitans, nec non Monasteria per Pacta Conventa in nonnullis M.D.L. Civitatibus conservata, continuo contra nos moliuntur, atque ad opprimendos nos Moschoviticam Monarchiam crebris suis stimulant recursibus.

*Appendix ad Responsionem.*

*Primo.* — Quamquam ab ipso initio, respondendo ad punctum 3tium dictum est: Monasterium nostrum Vilnense, Sanctissimae Trinitatis, duobus praedijs dotatum esse, nihilominus Excellentiae Vestrae necessario exponendum censui, quod hocce Monasterium ad praesens sit in periculo amittetur de principalis unius praedij: Swirany dicti; Quandoquidem Nobilis quidam Lituanus, Rucki nuncupatus, de genere, ut ille ait, Viri illius omni memoria digni, Velamini Rucki, Metropolitani totius Russiae,[141] intentavit in Tribunali M.D.L. adhuc vita functo Metropolitano litem, ad effectum avellendi a bonis Metropolitanis praedij Ruta dicti, Decretumque in Contumaciam obtinuit, et caeptam litem eandem nunc prosequens, simile alterum obtinuit Decretum, in casu obtinendi 3tij, idem praedium Ill.ssimo Nominato Metropolitano[142] recepturus. Jam vero hocce praedium Ruta dictum, a praefato, piae memoriae, Velamino Rucki, olim nostro Monasterio Vilnensi fuit inscriptum, sed quia a Monasterio dissitum erat, hinc cum beneplacito Apostolico idem Velaminus Rucki, praedium Ruta in praedium Metropolitanum Swirany commutavit, Monasterioque nostro Vilnensi pro Ruta Swirany reddidit. Si vero, Deus avertat, praenominatus Nobilis Rucki, recepe-

[141] Metropolita Kioviensis (1613-1637) et Instaurator Ordinis Basiliani Congregationis SS. Trinitatis a Cap. Novogrodovicensi an. 1617 (20-26.VII).

[142] Futuro Metropolitae Kioviensi Floriano Hrebnyckyj (1748-1762), actuali Archiepiscopo Polocensi (1716-1762).

rit Ill.mo Metropolitano dictum praedium Ruta, nobis Ill.mus Metropolitanus, quemadmodum jam dixit, recipiet praedium Swirany. Et sic monasterium illud (f. 144) Vilnense Sanctissimae Trinitatis, caput quoddam Provinciae, et a quo titulum olim SS.mae Trinitatis sortita nostra Congregatio, ita deteriorabitur, ut nec Theologia amplius, nec Novitiatus in illo possit subsistere.

*2do.* — Dictum est in respondendo ad puctum 9num, non officere Provinciae meae, quominus Lituana nuncupata, in Wolhynia Monasteria habere nequeat, ac si haec pro Wolhynensibus, non pro Lituanis fundata essent; temere enim hoc assereretur, nam praeter allegatas ibidem rationes: Primo, aliqua Monasteria nostra in Wolhynia sita, ad praesens vero a Provincia Polona praetensa, pro nobis expresse fundata sunt; Secundo, Provincia nostra 3tiam partem personarum habet ex Wolhynia; licet igitur dicta Monasteria perperam nationalia esse contenderentur, adhuc praeter justam praescriptamque nostram possessionem, etiam hoc titulo a nobis avelli non deberent. Tertio, quod in casu avulsionis a nobis Monasteriorium, quo tandem verterentur Monachi? qui in dictis Monasterijs continentur; ad reliqua Provinciae nostrae Monasteria recipi non possunt, haec enim vix Personis ad praesens contentis tenuem annonam subpeditare valent; ad Polonam Provinciam certo quoque transferre se nollent, utpote suae Provinciae Professi, non vero Polonae.

*3tio.* — Quamvis in numero Monasteriorum non sit positum Monasterium Dubnense S. Crucis, eo quod hoc in Provincia mea absolute non detur, quia tamen inter alia (uti patet ex puncto 9no) injuste praetensa, eodem Monasterium S. Crucis allegatur, hinc de hocce Monasterio informandam Excellentiam Vestram statui. Dubnae in insula stagnante, aqua longe lateque circumdata, est Capella lignea Sanctae Crucis, ad quam interdum sub tempus Festorum convenientibus vicinioribus Colonis, ex Monasterio Dubnensi mittitur Religiosus, Sacris operaturus. Quia vero sicut aditus ad illam Capellam, ita reditus ad Monasterium perdifficilis est, hinc in Casa praefatae Capellae adstructa, sumpto ex Monasterio cibo, diutius subinde praedictus Religiosus commorari solet, propter inserviendum animabus vicinorum colonorum.

*4to.* — Dictum est sub puncto tertio, Monasterium Antopolitanum fundatum esse super Summa 40000 flor. Polon., potiori parte ejusdem Summae in praedio locata, a residua vero Summa 1000 flor. habere potest; hic additur, quod hocce Monasterium, post nuper, a fato Ill.mae Zamoyska, Fundatricis, sit in proximo periculo amittendi praedij, eo quod Ill.mi Wollowicz, contendentes de successione, facile eximere queunt dictum praedium, et sic reditus hujus Monasterij valde diminuentur.

*5to.* — Sub eodem Puncto 3tio dictum est: Monasterium Lyskoviense habere 500 flor. incerti reditus, hic explicatum. Reditum hunc 500 flor. venire ex sola gratia Perillustris Bychowiec, Canonici Vilnensis, qui cum sit Collator Monasterij nostri Lyskoviensis, interdum utitur nostris Religiosis

ad celebranda Sacra in sua Lyskoviensi Parochiali ecclesia, ac ad proportionem celebratarum Missarum, Monasterio nostro Eleemosynas largitur.

*6to.* — Advertendum, Monasterium Swirzenense, Vladimiriense, Chelmense, Werchoviense, Bialense, Antopolitanum, Chomscense, Buczacense, Mirense; Missiones: Illuxtanam, Jakubsztandensem, Mozyrensem, Marywilensem, in solis Summis (uti ostenditur, sub puncto 3tio) fundata esse, quae fundatio praefatorum Monasteriorum quam sit incerta, optime notum est Excellentiae Vestrae, quandoquidem census a Summis pendendus iam annorum calamitate, iam incendijs oppidorum spectatis, diminuitur. Ex quo enimvero alicuius Civitatis conflagratio accidit, statim Haebraei ad suos concurrunt Dominos diminutionemque censuum a Summis in Synagogis locatis (in quibus plerumque eaedem nostrorum Monasteriorum locatae sunt) postulant, et statim obtinere solent. Interdum vix in parte, litigiose (f. 144v) census a debitoribus eadem non Haebraeis extorqueri valet. Et sic redita Monasteriorum specificatorum, quem ego sub puncto tertio posui talem, qualis pendi deberet, ex anno in annum diminuto, Monasteria quoque diminui, ac sublato per diminutiones successivas censu, Monasteria eadem tolli debebunt.

*7mo.* — Advertendum quoque: Monasteria Zyrovicense, Borunense, Kassuten., Uszacense, Dobryhorense, Minscense, Ladense, quae prout aliqua bona, ex Summis praecipue victitant, ob rationem immediate expressam, diminutis censibus, extenuationi depauperationique esse foreque obnoxia.

*8vo.* — Provinciae Lituanae per Synodum Zamoscianam relicta esse Monasteria, quae nunc a Provincia Polona praetenduntur indubitatum est. Tum quia Synodus illa Monasteria in Provinciam seu Congregationem novam redigere statuit, quae Capitibus Generalibus non suberant, et ordinarios Visitatores non habebant; Cum ergo Monasteria quae modo a nobis praetenduntur, longe ante Synodum Zamoscianam, quia Dermanense et Dubnense ab Anno 1636, Zydyczynense ab Anno 1661, Dorohobusense ab anno circiter 1640, Vladimiriense ab Anno 1675, Chelmense ab anno 1661 Generali Capiti, Proto-Archimandritae scilicet, subcubuisset, et ordinarie per eos, qui et Provinciales Lituaniae nuncupabantur, visitata fuissent, ut ex Actis Capitularibus et Visitationibus sat luculenter ostendimus (et nunc coram Excellentia Vestra ijsdem quae Romam transmisimus documentis demonstramus), eo ipso nullum jus Synodus Zamosciana Polonae Provinciae ad nostra Monasteria reliquit. Tum quia si Synodus Zamosciana aliquod jus in nostra Monasteria Provinciae Polonae reliquisset, per hoc quod Dioeceses in quibus unienda reperiebantur Monasteria specificavit, eo ipso daretur jus Provinciae Polonae repetendi a nobis omnia in Palatinatu Brestensi sita Monasteria, utpote in Vladimiriensi Dioecesi reperibilia, quod tamen hucusque Adversarij non praetendunt. Tum quia Synodus Zamosciana, reliquendo jus ad nostra Monasteria neoformandae Provinciae, deberet nominatim exprimere Monasteria nostra, sive illa nominare, utpote quae jam antiquitus suos ordinarios Visitatores habuerunt, alias Synodus sibi ipsi contradiceret, quia

et relinqueret jus, ut supponitur, et non relinqueret, quia tanquam subiecta Generalibus Capititibus et Visitatoribus ordinarijs, a neo-uniendis Monasterijs exciperet, uti de facto excepit. Tum quia ipsa Alma Provincia Polona, in suo Capitulo Leopoliensi, sess. 3, sano et genuino sensu Synodum Zamoscianam explicans, intulit ex illa Synodali particula, Monasteria omnia quae Generalibus Capitibus non subsunt, nec suos habent ordinarios Visitatores, in unum Corpus seu Congregationem redigi debere; intulit, inquam, Monasteria in Dioecesi Metropolitana Kijoviensi reperibilia nostrae Provinciae non subjecta, debere in unum Corpus cum illis reduci, licetsi Synodus Zamosciana nihil de Dioecesi Kijoviensi fuerit locuta.

Nec dici potest solummodo prooemialiter ex Sacra Synodo Tridentina, Synodo Zamoscianae illam particulam: « quae Generalibus Capitibus non subsunt, nec suos habent ordinarios Visitatores etc. » inscriptam fuisse, quia Sacra Synodus Tridentina loquebatur de Monasterijs tam Episcopis quam regularibus Superioribus non subjectis, Zamoscianensis vero de Monasterijs Episcopis quidem subjectis, sed regularibus Visitatoribus (f 145) ordinarijs non subiectis. Sicut igitur illa Monasteria, quae ante Sacrum Tridentinum Concilium, sive Episcopis suberant, sive suos Regulares Visitatores habebant, novas Congregationes efformare, novisque Visitatoribus non e suo antiquo corpore eligendis, subici non tenebantur, ita gratis nunc nostra Monasteria a suis Capitibus et ordinarijs Visitatoribus avelli, novaeque Provinciae subdi praetenduntur.

Tum quia licet moderna Provincia Polona, ad Capitulum Leopoliense congregata,[143] in fundamento Synodi Zamoscianae explicuerit sibi, Monasteria in Dioecesi Metropolitana Kijoviensi incorporanda fuisse suae protunc Congregationi, tamen ex eo quod in eadem Synodo cautum est, ut illa tantum incorporarentur Monasteria novae Congregationi, quae Capita Generalia ordinariosque Visitatores non habuerunt, non audet praetendere nostra Monasteria in Dioecesi Kijoviensi sita, ergo similiter licet ex mente eiusdem Synodi Monasteria in Dioecesi Vladimiriensi, Luceoriensi, Praemisliensi, Chelmensi, quae Capita Generalia ordinariosque Visitatores non habuerunt, sibi incorporaverit, non sequentur incorporanda quoque ea nostra in praefatis Dioecesibus, quae antiquitus, et longe ante Synodum in Congregationem nostram redacta, ab ordinarijs Visitatoribus regebantur.

*9no.* — Notandum est, quod in tractu Visitationis Provinciae meae, nullibi reperiatur Monasterium Provinciae Polonae, per consequens non sunt ita permixta Monasteria Provinciae meae, Monasterijs Provinciae Polonae, ut quaedam confusio sit Monasteriorum, unde nec hoc titulo a Provincia Polona praetendi possunt.

Hanc meam Responsionem ad puncta ab Excellentia Vestra mihi pro-

---

[143] Capitulum Leopoliense die 25.VIII-3.IX.1739; cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 23.

posita, sincere et fideliter exaratam, comperto justissimo suo judicio subdo, et amore assecurandae in tota Russia Fidei Catholicae, favoribilem Provinciae meae, ad Sanctam Sedem Apostolicam mittendam informationem imploro, totam denique Provinciam, et me ipsum, peculiari suae Gratiae, et Protectioni humillime commendo, rogaturus Deum Ter Optimum M., ut Excellentiam Vestram in Fulcrum et Decus Suae Sanctae Ecclesiae diu incolumem conservet, et summis in Ecclesia sua augeat honoribus. Hanc denique Responsionem meam manu propria subscribo.

Leopoli, 13 Septembris, 1748 Anno.

HERACLIUS LISANSKI [144]
Sacrae Theologiae Doctor,
Or. S. Basilij M. Prov. tit. SS.mae Trinitatis Provincialis (mpr)

Cum sub numero tertio omissum sit Monasterium Thadulinense, quoad explicationem redituum ejus, ideo hoc loco ponitur: *Monasterium Thadulinense*, habet praediolum, certorumque redituum flor. Polon. 400 et incertos reditus ex ratione Gratiosae Imaginis Beatissimae V.M. ad flor. Polon. 600 ascendere potest.

Praeterea ad illud, quod si Polona Provincia diceret, praetendi sibi a nobis Monasteria propter erigenda in illis Studia repono, hoc esse non subsistens, quia Monasteria haec quae praetendantur, plerumque Abbatialia sunt, uti Dubnense, Dermanense, Zydyczynense, Dorohobusense, in quibus nos eadem Studia habere nequemus; Deinde si in praetensis Monasterijs Abbatialibus allegaret Provincia Polona esse erigenda Studia, cur ergo ad praesens in suis melioribus Monasterijs (f. 145v) Abbatialibus, uti Mielecensi, Unioviensi, Owrucensi, non erigit Studia? Jam vero in alijs simplicibus Monasterijs praetensis, utpote insufficientibus, quemadmodum demostrantur ex puncto tertio, ubi de reditibus, studia nullomodo erigi queunt.

Idem qui supra Provincialis (mpr)

NB. Monasterium Turkovicense, Dioecesis Chelmensis, n. 58, ubi degebunt tres tantum Monachi, propter exiguum proventum non ascendentium nec ad 70 scuta, sine ullis Eleemosinis, post datam hanc informationem a Provincia Lituana dimissum est sponte et reditum eius materiale ad dispositionem loci Ordinarij Chelmensis.

NB. 2do, Patrem Provincialem Lituaniae me admonisse, per errorem factum esse, ut in relatione non sit appositum Monasterium Dubnense Abbatiale habere curam animarum.

---

[144] Heraclius Lisanskyj, Provincialis Prov. Lithuaniae (1747-1751; 1759-1763), Protoarchimandrita (1751-1759). Dein Archiepiscopus Smolenscensis (1763-1771) et Archimandrita Onuphriensis (1763-1771).

## 280.

*Ovruč, 30.XI.1748.*

*Memoriale Archim. Innocentii Lipnickyj de suis acquisitis et debitis, morte approximante; relatio sat minutiosa et ampla et de modo vivendi tunc temporis sat instructiva.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari,* a. 1748, vol. 103, fol. 546-553v.

Memoriale cum protestatione, et justificatione per Perillustrem Rev. Patrem Innocentium Lipnicki, Ordinis S. Basilij Magni, Abbatem Owrucensem, die 30 Novembris, veteris styli, 1748, Septimo anno conscriptum.

Cum post finitum quadragesimum quartum vitae meae annum, circa magnam debilitatem et varios defectus meos, de reddenda villicationis meae ratione serius cogitare incipiam (et post ulteriorem accessum), ne autem post obitum meum, de medicis acquisitis, ullam meo videri injuriam Proximi in se non involventibus relinquam litem, vel etiam ad injustas aliquas praetensiones, exprimo in primis brevissime memorata acquisita mea; Primo: Ultra florenos circiter octogentos in paratis, ad praesens reperibiles, habeo in debito apud Infidelem Leuco Tamogrodzki, incolam, et mercatorem Leopoliensem florenorum Polonicalium duo millia, cum provisione forsitan pro medio anno, post festum trium Regum imminente, debita; secundo: Apud Faybisz Odmucz, in Suburbio Cracoviensi Leopoli manentem, florenorum semi tria millia, et amplius; 3tio Apud Zelman Kielmanowicz florenos ducentos nonaginta duos; Super quae omnia tria debita chartae et membranae reperiuntur penes R.mum Dominum Officialem Brzezanensem, fratrem meum, cui, abscendendo ex illis oris, dedi Plenipotentiam, et petij illum, quatenus haec ipsa debita nomine meo vindicet, et pro illis instet. Praeter (f. 546v) expressa debita, habeo apud Perillustrem Rev.mum Patrem Abbatem ad praesens Unioviensem florenos ducentos quinquaginta duos, tam parata pecunia, sicut etiam pro vino contractos apud Dominam Litynska, quam, si volet, redimat. Reliquum superaddat, alias debebit vendi. Apud meum Dominum Gumouski, filium meae Dominae Bankowska, habeo adhuc florenos septuaginta duos super quos charta eiusdem Magnifici ad manus Admodum Rev. Decani Zolkieviensis est consignata Varsaviae, in aestate, ad manus Admodum R. Domini Prokopowicz, in promotionem Causae Monasterij hujus, cum Magnifico D. Capitaneo mesi florenos Polonicales quingentos quadraginta, sed ex his postea pro labore eius assignavi ipsi pro pileo florenos tringinta sex, ex residuitate autem, si causa ad judicandum vocabitur, vel non, ad quem spectabit; idem Admodum R.D. Prokopowicz calculum reddere tenebitur. — Accedendo ad mobilia: P.mo: torques aureus cum Cruce simili, constat circiter florenis septingentis; 2do: alter signatoribus sculptus... ad minus florenis centum octuaginta; 3°: Crux argentea mensalis, quod si videbitur Superioribus, ut ecclesiae huic applicetur, supplico; 4°: Cultorum cum fuscinulis argenteorum paria duodecim, et cochlearia argentea septem, valoris ad minus florenorum tre-

centorum; 5°: Pixis nova pro Tabaco, ex porcelana, pro qua dedi florenos nonaginta; 6°: Pixis nova pro Tabaco argentea, valoris aliquot Talerorum; 7°: Cistulae (f. 547) duae capsulares, una cute vulgo capa obducta, post defunctum Patrem Kozucki derelicta, altera per me empta in concha margaritifera; 8°: Annulus parvus aureus cum in sacculo valoris florenorum triginta sex; 9°: Theca cum vasis stanneis novis, cum novem salatenis, adminus florenis centum quadraginta; 10°: Equi castanei obscuri, vulgo gnade, sex, nigri tres, praeter tres defectuosos, discolores, et album 1, omnes taxo circiter florenis mille; 11°: Rhedae binae, una ex integro tecta, altera ad dimidium tecta, hae ambae constant ad minus florenis quingentis; 12°: Conopeum vulgo *Ekron*, ad lectum, cum velo sericeo, ad minus florenis centum octo; 13°: Vestes cum pellibus, scilicet martes, tela serica pellicatiori tectae; Mures, pontici panno et recenter pro usu quotidiano ad instar pellibus Pantherinis, vulgo Passis, subsutae cum vestibus aestivalibus superioribus, et inferioribus ad minus florenis quingentis; 14°: Horologia duo, unum ex agri calco delicato, vulgo Tombak, alterum argenteum album, ambo ad minus florenis trecentis; 15°: Peristrome rubrum, Turcicum, ad lectum, cum macula nigra vulgo *Makat*, pro quo solveram Hungaricales aureos duodecim, ad praesens ad minus constat florenis centum sexaginta; 16to: Mappae mensales Gedanenses quatuor, cum Sabano mihi a Monialibus (f. 547v) Grodnensibus donato, vel potius empto. Itidem dimidium fere voluminis telae Hollandicae, et cum sindonibus ejusdem telae novis, sicuti etiam albis duabus ad Sacrum Apparatum inservientibus; una tela serica rubra inferius circumducta, altera cum nodulis in limbis acupictis, deteriorata, et Mitra a me comparata. Hoc totum, ut ad ecclesiam hanc manere possit, ad istos, quibus dispositio incumbet, fero preces.

Alia minoris importantiae mobilia, et minutalia, sicut peristroma vetus, deterioratum, turcicum, super lectum; peristroma parvum pro lecto, alterum viridis coloris, inserviens pro trabris, duo tapetes pro mensa, currus, et caetera specifice hic non exprimo, sed hoc totum dispositioni eorum, quorum intererit, relinquo.

Postquam expresserim breviter aliqua acquisita, et mobilia mea, venio nunc ad onera, quod me tangunt, et conscientiae meae incumbunt, et in primis recognosco, quod haereant penes me: *Primo*, florenis 616 pro libris varijs, in Officialatum hunc Kijoviensem, adhuc stante vita praeteriti Ill.mi Domini Metropolitae totius Russiae,[145] ex Typographia Unioviensi distributis, percepti, et ad manus meas per admodum R. Dominum Prijmowicz importati; *2do*, Floreni centum quadraginta a Patre Podgurski pro viginti libris de casibus tractantibus (f. 548), ad eamdem Typographiam Unioviensem spectantes, et pecunijs provisionalibus in manibus meis longo tempore manentibus, florenis circiter sexaginta quatuor; Sed ego plus de proprio in usus

---

[145] Athanasii Szeptyckyj, Metropolitae Kioviensis (1729-1746) et Episcopi Leopoliensis ab an. 1715.

totius Provinciae, prout ex regestro patebit, expendi; ergo unum altero bonificari potest; *4to*, Pro libris ex Typographia Unioviensi in Dioecesim Praemisliensem acceptis, recepi ad manus meas a Patre Krasnopolski, Officiali Premisliensi, florenos 130, sed ex his pro papyro ad eandem Typographiam expendi florenos 230, si non plus, igitur a me debebuntur floreni 106; *Quinto*, ad Cassam generalem Episcopatus Leopoliensis, prout ex regestris bene per me trutinantis informatus sum, ex pecunia quondam pro honorario Ill.mis Episcopis ab Acolytis contribui solita, et per pie defunctum Ill.mum Dominum Archiepiscopum Metropolitam totius Russiae pro luminibus, et aliis necessitatibus ecclesiae resignata in dispositione mea per hoc tempus existente videntur penes me remanere circiter floreni mille. Quod totum illis, quorum intererit, postquam lustraverint Rejestra a me conscripta ex modicis derelictis meis, non gravando animam meam, compensare et satisfacere dignabuntur.

Et hoc tamen respicere favebunt, quod ego ultimate ex Pokutia in has oras (f. 548v) transmigrando, tum florenorum aliquot centena, tam ad rationem proventuum synodalium, quam etiam modo dictorum pro luminibus, et alijs necessitatibus ecclesiae resignatorum ad manus Illustris Domini Levinski, ad praesens Vicarij Generalis Dioecesis Leopoliensis, transmisi.

Profiteor et hoc, quod reperiantur coram me quaedam mobilia derelicta Ill.mi olim Athanasij Szeptycki, Metropolitae totius Russiae, Domini, ac Benefactoris mei, quae non tam titulo avaritiae, et raptus (prout quidam possunt opinari), quam titulo conservationis, et tanquam ultimae dispositionis pie functi (si dici mereor executor), non videndo hucusque cuinam illa determinate reddere deberem, penes me retinui. Nempe primo, Crux pro usu quotidiano pie defuncti cum aliquot adamantulis, et torque aureo, quod per integrum tempus super corpus pie defuncti in aedibus jacebat; et denum, cum idem pie defunctus Husnae [146] imponeretur, cum scitu, et voluntate ipsiusmet Illustr. Suffraganei Luceoriensis erat detracta, et per me servata; 2°, Pileus zebelinus ex eodem cadavere detractus, qui ex humiditate putrescere cepit, sive ex madefactione iussi illum dissicere, et separatim in Theca corticea hae ipsae pelles zebelinae conservantur. 3°, Peristromatum Turcicum, rubrum, vulgo *Makat*, supra lectum, simili meo, praeter maculam tantum; 4°, (f. 549) Tapes vetus mensalis; 5°, Tapes magnus vetus, qui pedibus pie defuncti Illustrissimi substendebatur; 6°, Liber Ladouscij; 7°, Theologia moralis Lacroix, et forte tertius de jure Metropolitico; 8°, Numizona aureum coronationis Serenissimi Regis, viginti quinque Hungaricalium pondus habens, quod circa agonem pie defuncti ad servandum de Marzupio accepi, et hoc ipsum postea apud certum amicum pro viginti quinque Hungaricalibus aureis commutavi; 9°, Defunctus Pater Ja-

---

[146] Husna, praedium quod dam in Ucraina, ubi A. Szeptyckyj obiit die 11.XII.1746.

nowski, Vicarius Unioviensis, attulit mihi Uniovia Leopolim, post Fata pie defuncti, Numismata majora, et minora viginti duo, inter quae reperiebantur Taleri Imperiales aliquot antiqui; tredecem horum Numismatum reperiuntur in scrinio, novem vero cum taleris, simul taleros tredecem, aut ad summum quatuordecim efficientia, in varios usus conversa sunt; 10°, Imagines tres ex Aedibus Leopoliensibus, videlicet SS.mae Virginis, Nativitatis Christi in lamina cum marginibus deauratis et Caenae Domini, itidem in lamina cum marginibus inauratis, et quarta itidem S. Athanasij, Uniovia; 11°, Acceperam ex certis manibus vestem dormitoriam vulgo *Robdeszantr*, sericeam, pie defuncti, deterioratam, quam pro cassula ecclesiastica presbyterali, et altera diaconali ad ecclesiam hanc Ourucensem, in Suffragium animae pie defuncti transformari jussi. Thecae (f. 549v) tres sive quatuor cum lagienulis majoribus, et minoribus, super quibusdam sunt stemmata pie defuncti, scit de omni Lazowski; alia minuciora, et fere nullius valoris mobilia vix memoria capere quaeo.

Haec autem omnia, sicuti et super expressa, in quantum legitimus pie defuncti, et in omni substantia successor per Judicium determinabitur, etsi non erit respectus qualis talis pro sinceris, et veris, tam stante vita pie defuncti annis circiter viginti, quam etiam circa obitum, et post obitum eius, non modico tempore, et cum notabili expensa, laboribus, et servitijs meis, ut in specie, cui debebuntur, restituantur. Deperdita vero ex derelictis meis compensentur, lachrimabundus exoro. Restant etiam penes me aliquot pani argenti textilis, et aliquantulum auri textilis relicti ab illis, quos pie memoriae Ill.mus Dominus Metropolita pro acupictura sacci alias, casulae Metropolitanae, et aliorum ecclesiasticorum apparamentorum emerat, et ad meam dispositionem reddiderat; 2do, Frusta tria deaurata ex Capistris equorum ad pignus Generosorum Crassowskich, in Deposito S. Georgij, Leopoliensi, locatum, pertinentia; super quibus ego habeo florenos quadraginta quatuor, et grossos viginti sex, videlicet florenos triginta sex, cuidam Strelecki, fratri Nobilis Krasowska, Virginis, ex mente pie defuncti Ill.mi Metropolitae datos, et florenos octo, (f. 550) et grossos viginti sex pro extractibus manifestationum, et praesentationum per memoratos DD. Krasowske factarum erogatos. Igitur hoc utrumque justae Superiorum dispositioni derelinquo.

Quod concernit derelicta, nominatim in parato aere, post pie functos Admodum RR. Patres Kozubski, et Superiores Ladaviensem, et Litwinoviensem, haec omnia realiter connotavit, et expendi. Non absque hoc tamen, ut peragrans tam magna itinera, ad receptandum derelictum peculium, nec non pro varijs consultationibus, et visitationibus, stante meo Officio Vicariatus Generalis, aliquot centena florenorum, et ultra non expendissem. Mobilia vero, post pie functum Kozubski derelicta, tanquam minoris valoris, aliqua in Suffragium animae distribui, aliqua in parte in proprios usus (habens pro tunc dispositionem generalem) convertij; patenam tamen argenteam, in Rejestro pie functi Patris Kozubski specificatam, ad Monasterium

Poczajoviense non ita primum redditi. Stanni vero veteris vasa aliquot supra decadem nunc adhuc penes me reperiuntur; libri aliqui post nunc recensitum Patrem Kozubski, alij usus mei proprij reperiri quoque possunt, et alij alicujus Monasterij in parte hic Ovrucii, in parte Brzezanis, in cistis Rev. Fratris, et fors opera Clementis octavi a parte reperiuntur; Subsint ergo hi omnes libri dispositioni Superiorum, ubi, et quomodo, (f. 550v) divisim, sive unctim applicandi. Possessores bonorum, ad Monasterium praesens attinentium, videlicet Szepelic, Litek, ut secundum numeratam a se pro necessitatibus huius Monasterij summam, ad expirationem temporis contractuum ultimatorum, scilicet (Possessores) Sepellicenses, a dimidio quadragesimae proximae venturae ad annum, Litkovienses autem ad Festum S. Joannis in anno imminente possint conservari, ex obligatione conscientiae meae exoro, cum et ego obtenta possessiones Archimandriae huius, nullo percepto pretio pro me aut Monasterio, in praedio Dympoviere per trigenium, in Litki vero per annum circiter unum Possessores ab Antecessore meo introductos suffere debuerim, et insuper illis florenorum aliquot centena, pro non perceptione assignati sibi census solverim. Hoc autem animadverti, quod tam Possessor Litkoviensis florenos ducentos ad tenutam annuam, sicut etiam Possessores Szepelicenses ad tenutam praeexpressam, liquidatis liquidandis, et compensatis compensandis florenorum mille, et aliquot centena Monasterio praesenti persolvere tenentur. In reliquo, ut hi omnes, quicumque justam, et liquidam adversus me praetensionem suam habitam probabunt, (Leopoli tamen, secundum Deum, et conscientiam, nullius mihi debiti, et obligationis conscius sum), (f. 551) ut de tenui paupertate mea satisfactionem recipiant, per amorem Dei exposco. Quod vero attinet ad divinam justitiam, huic in satisfactionem etc.

Die, anno, et loco quibus supra.

Innocentius Lipnicki, Ordinis S. Basilij Magni, Abbas Ourucensis,[147] manu propria.

Post subscriptionem manus ejusdem Rev.mi Abbatis addita sequentia: NB. Annulus signatorius R.mi Patris Abbatis Zydycinensis, cruces aliquot minus pretiosae, duae autem similes reperiuntur penes Rev.mos Abbates Kanioviensem, et Miliecensem.

Transcriptum, secundum ultimatas depositiones ejusdem Rev.mi Patris Abbatis Ourucensis:

In nomine Domini Amen. — Videns me ex permissione Divina magis morti, quam vitae proximum, sed ne aliquod circa modica derelicta mea relinquam post obitum chaos, Divina gratia mente sanissimus, licet corpore summe debilis, Debitorum, et Creditorum meorum ante omnia facio specificationem. Et quidem: Primo, prout ex stricta Dioecesana liquidatione,

---

[147] Innocentius Lipnickyj, Officialis Metropoliae, temporibus Athanasii Szeptyckyj, Archimandrita Ovrucensis annis 1742-1748.

ad manus meas contribui solita, plus minus debentur mille floreni, prout ex Rejestris tam perceptarum quam expensarum patebit; 2do, Monialibus Leopoliensibus Ord. D.B.M. centum circiter, ex varijs accidentibus, floreni; 3°, Monasterio Vicinensi O.D.B.M. floreni circiter sexaginta; 4to, Typographiae Unioviensi, ex perceptis pro libris ex Archidioecesi (f. 551v) Kyoviensi floreni septingenti quinquaginta sex, sed in vim harum perceptarum debet mihi Perillustris Rev.mus Abbas Unioviensis florenos ducentos quinquaginta duos; 5°, Ex Parocho Kozloviensi florenos triginta sex; 6to, Successoribus ta duos; 5°, Ex Parocho Kozloviensi florenos triginta sex; 6to, Successoribus pie defuncti Capitanei Obuchoriensis debentur floreni viginti sex circa, mea expensis Romanis derelictis; 7mo, Admodum Rev. Januario Czebanouski debentur manuale debitum Hungaricales quinque, licet plus deberentur pro vestibus, Hungaricales quinque; 8°, Perillustri, et Admodum Rev. D. Josepho Lipnicki, fratri meo charissimo, de manuali debito, sub tempus praesentis meae infirmitatis vere contracto, includendo florenos viginti pro feno solutos, et hungaricalem apud ipsius consortem acceptum florenos quingentos duos debeo; in qua summa, usque ad restitutionem, *Crucem meam auream cum torque aureo in pignus pono. Eidemque Charissimo fratrui, tam in vim gratitudinis, et laboris per longum tempus circa me in via Cremenecensi, et hic Brzezanys, cum notabilibus expensis pro multis hominibus meis duas vestes superiores, unam scilicet hjemalem cum pellibus Kuriy dictis, aliam de materia sericea mora dicta, et similiter inferiorem ex eadem materia* usu antiquatam, non per Testamentum, sed in vim manu tradidi, et trado; 9°, Quod ad Famulos meos spectat: Coquo Joanni cum his, quos mihi (f. 552) tradidit ad conservationem et duobus pro Lazowscio transcriptis, duobus vero pro servitijs, pro uno Quartali anni praesentis ipsi debitis debentur hungaricales tredecem; Joannes Skorupski in toto videtur esse satisfactus, quia pro anno praeterito plus quam centum decem florenos expendi. Pro anno vero praesenti pro uno quartali, per quod mihi inservivit, accepit plusquam quadraginta florenos, nihilominus in vim eius fidelis ipsius servitij, et gratitudinis debetur ipsi hungaricalis unus. Joanni Aurigae ad minus debentur illi floreni quadraginta, alteri aurigae Mathiae ad summum debentur floreni viginti, quia plura pro ipso solvi debita. Patri Procuratori pro Lazowscio debentur Tymfones quatuor; *Decimo*, in praetensionibus refero me ad primum memoriale, Ouruciis conscriptum, et totum id, quod ibi expressi, confirmo; 11°, Quoad derelicta pie defuncti Ill.mi Metropolitani, circa me manentia, idem, quod in praetacto alibi Inventario, et Summario a me conscripto expressi exprimo, et confirmo, hoc solum superaddendo, quod Numisma aureum coronationis Serenissimi Regis praesentis,[148] de quo res est in Inventario, et Summario, vere pro necessitate mea mutavi apud Illustrem Officialem

---

[148] Rex Poloniae Augustus III Saxo (1733-1763).

Brzezanensem, fratrem meum charissimum, vel potius oppignoravi pro Hungalicalibus 25, dico vigintiquinque; unde si aliquis hoc (f. 552v) Numisma rehaberi velit, sub interminatione Judicij Divini obligo, ut ex miseris derelictis meis prius praetactos vingintiquinque Hungaricales restituat.

Redeo nunc ad nonnulla credita mea, et quibus iustis praetendentibus satisfactio fieri debebit, et in primis: Infidelis Faybus Olmucz in suburbio Kracoviensi Leopoliensi debet florenorum duo milia, et aliquot centena. Secundo, Infidelis Leuco Tarnogrodzki, mercator Leopoliensis, florenor. Polonicalium mille centum; 3°, Herszko Szrul, pro eodem Leuco Tarnogrodzki, florenos ducentos octuaginta; 4°, Infidelis Zelman Kielmanowicz, cum filio suo, florenos ducentos nonaginta duos, pro quibus summis documenta manent apud Illustrem Officialem Brzezanensem. — In reliquo, si Deo me hic et nunc ad aeternitatem transferre placuerit, Illustrem Dominum Officialem Brzezanensem, et Admodum R.P. praesentem Socium meum Januarium Czabanowski, Ord. D.B.M., per amorem fraternum obligo, ut res meas omnes reperibiles hic, non expectato etiam ultimo respirio meo, conscribant; *Uno solo vestium pari, Grodeturw dicto, videlicet superiori, et inferiori nova, Admodum R.D. Alexio Lipnicki, Decano Zboroviensi, fratri meo dilectissimo; inferiori vero antiqua admodum R. Decano Kozloviensi, utpote qui in praesenti infirmitate mea multum circa me laborarunt, et expensas habuerunt*, et his, ad quorum dispositionem spectabit, in tempore (f. 553) *tradant* corpus meum, post ultimum respirium, ad Monasterium Krasnopustynense, cum ritu religioso competente, seppeliendum remittent. — In horum majorem fidem propria manu mea subscribo.

Actum Brzezanijs, die 14 Aprilis, V.S., Anno 1748.

Innocentius Lipnicki, Ab. Our., manu propria.

Transuptum ex Authographo manu propria Rev.mi Leonis Szeptycki, Abbatis Mielecensis, conscripto et ab eodem subscripto; ordinatio annua propter Monasterium Mielecense: quantum, et quid propter Patres, et eorum familiam varij frumenti, et aliorum victualium expendendum per menses in annum integrum, liquidata. — 1°, pro carne ab Arrendatore tabernario, pro integro mense, semper recipere debet R.dus P. Vicarius florenos 10 et gr. 8. — 2°, Siliginis pro pane extradere debet P. Procurator, pro mense uno modium unum; tertio, Fagopyri vulgo *Hreczki* pro pulmento medium modij; Kem ejusdem frumenti pro Farina pro mense medium modij; Ordei pro pulmento pro mense 4a pars modij; pisorum pro mense 4a pars modij; granorum millij congia vulgo Sigarcij 4r; Cremati pro mense congij septem, et medius butyri vas medium, libras circiter viginti continens, vulgo pol. Faski; lardi quarta pars porci, et 3a pars de adype salso ejusdem; oleorum quantum necessitas exiget. — Ordinatio pro Rev.mo Abbate Mielecensi quid, et quantum expendendum pro ipso, et servis eius. — Siliginis pro pane mensuali, pro mense uno modium unum; — Fagopirj propultis subsilioribus (f. 553v) et grassioribus modius unus, et dimidium. Item pro Farina pro mense uno medietas modi. — Hordei pro pultis pro mense

uno medietas modij. — Pisorum quarta pars modij. — Granorum millij congia vulgo granis sex. — Oleorum variorum quantum.

LEO SZEPTYCKI
Abbas Mielecensis, Or. S.B.M., manu propria

## 281.

(*Ex Russia, 1748*)

*Quaedam praescriptiones et observationes de Abbatibus anonymae, quae usus et abusus temporum indicant.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari,* a. 1748, vol. 103, fol. 554.

Ordinis nostri Generalis sicut Monachis sibi subjectis bono exemplo religiosae modestiae presit, ita utendo jurisdictione super Abbates etiam his preibit; saeculares proinde fastus, et pompae (quas stante praesente controversia videre est in Abbatibus) omnino cessabunt. Varii sumptus ejusmodi cedent potius ecclesiarum ornamento; Religiosorum providendae commoditati, ac status eorum decentiae, quam decentiam in Monachis Abbates, putantes se non esse inter Monachos computandos, minime curant; observabuntur praeterea Constitutiones Pontificiae, et Synodales, quae de vestitu Abbatum tractando, sericas vestes ipsis non concedunt; introducetur decens in vestitu cum Monachis uniformitas, a quo modo Abbates nimium abhorrent et usque adhuc exorbitant vestitus difformitate, ut vix pro Monachis agnosci valeant. Licet cum Episcopis, dumtaxat e Religione promotis, quoad formam dispensatum fuerit in jure antiquo, quo Monachus, etiam Episcopus factus, habitum suae Religionis portare tenebatur; quamquam enim Monachum non faciat habitus, nihilominus S. Pr. sua Regula habitum nostrae Religionis non ad fastum, sed ad testimonium status, quem professi sumus, compositum esse voluit.

## 282.

*Leopoli, 14.I.1749.*

*Relatio, quaedam de monasteriis in eparchiis Leopoliensi, Haliciensi et Kamenecensi, numero 46.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari,* a. 1750/52, vol. 114, fol. 165-168.

Relatio de Monasteriis in Dioecesibus Leopoliensi, Haliciensi, et Camenecensi reperibilibus, Ord. S.B. Magni.

I. — Ad Ecclesiam Sancti Georgij Cathedralem Leopoliensem manent ad praesens religiosi Patres una cum studiosis 26; habent apud Successores defuncti Ill.mi Metropolitani Szeptycki [149] 54 millia florenorum Polon. Item

---

[149] Athanasius Szeptyckyj, Metropolita Kioviensis (1729-1746). Obiit die 11.XII.1746.

Juridicas, ex quibus annuum Censum percipiunt, plus-minus florenos 400. Item ex Sacristia per annum plus-minus habebunt duo millia. Habent etiam apud D. Holynski 4000 florenorum et super certam villam Kostoczycki, Leopoli distante miliaribus 12, floren. 3000. Hanc ecclesiam dicunt Patres Basiliani ex sua origine esse Monachalem, sed extant documenta quod gubernata fuerit per Praesbiteros saeculares, et post erectum Episcopatum Leopoliensem Capitulares, ad tempora Reverendissimi Szumlanski, Episcopi Leopoliensis,[150] septimanatim in ea devotiones peragebant. In vicinitate hujus Cathedralis manentibus incolis Ruthenis administrant Sacramenta et curam animarum exercent, quo jure - ignotum.

II. — Ad Ecclesiam Civitatensem Leopoliensem manent 4 Religiosi, curam animarum habentes; vivunt ex fructibus stolae et a Confraternitate pro anno habent 600 florenos.

III. — Monasterium S. Onufrij Leopoliense nullam habet fundationem, sed habitantes in eo 3 Religiosi vivunt ex mera eleemosina et a Confraternitate Leopoliensi, Civitatensi, singulis annis habent florenos 300; curam non habent animarum.

IV. — Monasterium S. Joannis Evangelistae Leopoliense nullam habet fundationem similiter, sed habitantes in eo ad praesens duo Religiosi vivunt eleemosina atque a Confraternitate ibidem erecta singulis annis percipiunt florenos 275; curam animarum non habent.

V. — Ad ecclesiam Civitatensem Zulkiewien. habitant Religiosi tres, quartus Superior Krechoviensis, qui illuc aliquando advenire solet. Nullam habent fundationem, sed fructibus stolae et eleemosina ex concurrente Populo ad corpus V. Servi Dei Joannis Soczaviensis, qui publice ibi pro Sancto colitur, sustentantur. Habent curam animarum, quia illa ecclesia Parochialis est; quam ab annis circiter 40 occuparunt.

VI. — Monasterium Krechoviense habet fundationem certam, scilicet Campos et Silvas suis limitibus circumscripta, sine ullo tamen subdito. Item ex confluxu Populi in festis S. Nicolai, SS. Apostolorum Petri et Pauli, Transfigurationis Christi Domini, et Protectionis B.V.M. Eleemosinae plus minus habebunt 100 Ungaricos. Solent ibi Religiosi habitare non semper in eodem (f. 165v) numero, nam aliquando 20,30, et modo reperiuntur plus quam 15. Habent famulos conductitios ad exercendam agriculturam, quos in aestate etiam soli adjuvant.

VII. — Monasterium Biesiadense habet ex Fundatione Regia certos campos et subditos circiter 10, stagnum, molendinum. Personae Religiosae in eo non semper aequali numero manent, sed aliquando 8, aliquando 9, aliquando 10.

---

[150] Josephus Szumlanskyj, Episcopus Leopoliensis (1676-1708).

VIII. — Monasterium Jazieniense habet in circumferentia sua aliquos agros et faenificia; habitant in eo Religiosi 2, aliquando et 3.

IX. — Podhorodiscense habet Fundos, sed modicos, et in Festis Sancti Onuphrij atque Transfigurationis Christi aliquas eleemosinas a Populo confluente. Reperiuntur in eo ad praesens Religiosi 4.

X. — Unioviense Abbatiale, habet ex Fundatione Regia duas Villas, unam prope Monasterium Mlynowce et aliam medio miliari, Jactorow dicta, in quibus ex crescentia variorum frumentorum haberi solent sexagenae circiter 1300. Item ex Taberna solet haberi per 3000, et ultra florenorum in anno. Habet item hoc Monasterium Typographiam, ex qua notabiles, sed incerti haberi possunt proventus. Item in parata summa habet apud successores P. D. Ill.mi Szeptycki 12000 florenorum Polonicalium et apud D. Wislocki legata per olim D. Dynkowski 5000 Florenorum Polonicalium. Ad praesens in eo cum Abbate manent Religiosi 12 et quamvis in Villa Mlynowce extet ecclesia Parochialis Juris Patronatus Abbatis, tamen vicinioribus Monasterio habitatoribus Religiosi omnia Sacramenta administrant.

XI. — Podhorecense habet Capitalis Summae post pie d. Lomicewski, Archidiaconum Leopoliensem, derelictae quadraginta millia florenorum, quae modo reperitur apud Ill.mum Rzewuski,[151] Palatinum Podoliae; item aliquos agros, et faenificia. Tenent etiam curam animarum in villa Holubica, Dioecesis Leopoliensis; est Fundatio pro 10 Religiosis, sed modo cum Superiore reperiuntur 5; retulit R. D. Mszanski, Decanus Zloczoviensis; videatur Litt. A.

XII. — Zloczoviense habet capitalis summae 2000 floren. Buczynense habet certos fundos inscriptos, ex quibus modo primum post mortem Donatricis cujusdam, Dominae Turczynska, fructum percipient. Reperiuntur ibi ad praesens Religiosi tre, qui involant in jura Parochorum cum injuria... Retulit idem, ibidem.

XIII. — Zloczoviense in Lasek habet modicum fundum, fossa circumvalatum in longum passum circiter 600 in latum 200. Ecclesia et Mansio nimis desolata; manet ibi unus Religiosus seniculus, P. Arsenius Seniutowicz, victitans benedictione aquae per Parochias Zloczovienses. Retulit idem ibidem.

(f. 166) XIV. — Dobzanense habet circum circa certos fundos et faenificia, sed non adeo in magna quantitate et de his cum Capitaneo solet aliquando contentio exoriri. Item de eleemosina ex confluente Populo in Festis Ascensionis Christi, Decollationis S. Joannis Baptistae solet habere quotannis plus-minus 1000 florenos. Habitant ad praesens Monachi sex, aliquando plus, aliquando minus.

XV. — Rudnicense habet modicos fundos, et faenificia; de certis elemo-

---

[151] Venceslaus Rzewuski, Palatinus Podoliae (1736-1737), dein Volhiniensis (1737-1753).

sinis non constat, tamen aliquae solent esse. Reperiuntur ad praesens ibi Religiosi 2.

XVI. — Bolochoviense habet ex Fundatione unum laneum agri cum attinentiis. Item eleemosina (sed quantum, ignotum) ex confluzu Populi in Festo S. Joannis Baptistae. Manent ibi Religiosi duo. Retulit Rnd. D. Zielinski, Decanus Bolochiv.; videatur litt. B.

XVII. — Swaryczoviense habet in circumferentia agros, phaenificia et silvulam. Item eleemosina ex Populo in Festo Nativitatis B.V. Mariae confluere solito, sed quantum, ignotum. Habitant ibi ad praesens Religiosi 2. Retulit idem ibidem.

XVIII. — Pacykoviense, fundatum per P.D. Magnificum Zurakowski, Tribunum Haliciensem, super 12 agris vulgo Kycery, cum 12 subditis. Sed ad praesens non habent nisi 4 subditos, nam 8 a Principe Czetwertynski, moderno bonorum Pacykow Haerede, sunt recepti. Item vigore Fundationis percipiunt ab eodem Principe quotannis centum dolia salis et florenos 200. Habet item agros oppignoratos a DD. Czolhanski in summa 150 floren. Item fundum notabilem ex confluxu Populi in Festis Assumptionis B.V. Mariae et S. Onuphrij. Tenent etiam Parochiam in Villa Pacykow, in qua, ante erectionem Monasterij, erat ecclesia Parochialis tituli S. Demetrij Martyris et in ea fuit Parochus. Postquam autem ecclesia per dictum D. Zurakowski ex muro extructa fuerit, mutatus est titulus ecclesiae in festum Assumptionis B.V. Mariae et nisi altare S. Demetrij pro memoria in ea remansit; eodemque tempore Parochus ab illa remotus est Parochia; quot anni sint, non constant; supersunt tamen adhuc filij dicti ultimati Parochi in Villa praefata. Reperitur in eo ad praesens unicus P. Pachomius Chotkiewicz, in antecessum autem tres esse solebant. Retulit idem ibidem.

XIX. — Hoszowiense habet in circumferentia sylvam et agros; in villa Kosloczki summam 3000 florenorum in Masinkowsicyna 2000 floren. Item fertur quod percipiat a Principe Czetwertynski et Magnifico Szumlanski Pincerna per floren. 250; habet item 2000 floren. per Generosum Bratkowski, anno praeterito inscripta. Item notabilem eleemosinam ex Populo, saepe ad Imaginem Gratiosam B. V. Mariae confluente, praecipue in Festis S. Georgij, SS.mae Trinitatis, Transfigurationis Christi, Nativitatis et Protectionis B.V. Mariae. Habitant ad praesens in eo Religiosi 5. Retulit idem ibidem.

XX. — Bakoczynense habet in vicinitate campos ad agriculturam pro (f. 166v) 20 diebus. Religiosi in eo habitant duo, qui campos non inseminant, sed ex quaestuatione vivunt. Retulit Parochus Poberezensis addens, quod isti Religiosi septem Parochianos illius, et duo Parochi Zurawnenses, ad confessionem et Communionem Paschalem admiserunt sine licentia; videatur Litt. B.

XXI. — Hrabowiense habet campos in circumstantia, quos duo Religiosi ibi habitantes inseminant et ex opere manuum suarum sufficientiam habent; retulit idem ibidem.

XXII. — Ad Cathedram Haliciensem in Crylos habitant Religiosi 4, continuo manentes, et quintus P. Superior, qui cum aliquot Monasteria sub sua dispositione habeat, non semper in uno residet. Habent ex Fundatione 10 millia florenorum inscripta, per Ill.mum Szumlanski, Episcopum Leopoliensem, sunt per ipsum locati non ad ecclesiam Cathedralem, sed ad capellam sub campanili ecclesiae Cathedralis, ubi reperitur Imago Gratiosa B.V. Mariae; de eleemosina in festo Assumptionis B.V. Mariae solent habere aliquando 100 aliquando 150 vel 180 floren. Exercent curam animarum in Villa Crylos ab annis circiter 10, postquam ultimus Presbiter saecularis fuerit mortuus. Retulit R.D. Glubinowski, Decanus Haliciensis, videatur Litt. D.

XXIII. — Krylosiense Monasterium distans a Cathedrali ecclesia passibus circiter mille; habet campos ad agriculturam pro 10 diebus; in festo ecclesiae solent habere de eleemosina plus-minus floren. 50; manet ibi Religiosus unus. Retulit idem ibidem.

XIV. — Sokolecense Fundationem nullam habet; etiam praeter campos aliquos et faenificia, ac de eleemosina in Festo Exaltationis S. Crucis floren. circiter 50; ibi habitat unus Religiosus aliquando 2, aliquando 3. Retulit idem ibidem.

XXV. — Pitricense, fundatum a Civibus Haliciensibus, habet de campis ad arandum pro 30 diebus, faenificia, pomarium ac silvam sufficientem; ibi habitat unus Religiosus; de eleemosina solet habere florenorum 20. Hoc Monasterium providet Cathedrales Religiosos lacticiniis. Retulit idem ibidem.

XXVI. — Lukvianense habet quator millia floren. a DD. Sloneciis inscripta et faenificium parvum; de eleemosinis plus-minus floren. 24; habitant ibi Religiosi duo. Retulit D. Kovalkowski; videatur Litt. E.

XXVII. — Dorohoviense habet agros pro aliquot dierum araturae, faenificia et pomaria circumcirca atque de eleemosina floren. circiter 90; manent ibi Religiosi duo. Retulit idem ibidem.

XXVIII. — Zadaroviense habet agros pro diebus circiter 40 ad arandum, ut habetur in Inventario sub litera F. Religiosi habitant in eo 4. Retulit (f 167) R. D. Tanczak, Decanus Vetiensis; videatur litt. G.

XXVIII. (!) — Pohonense habet ex Fundatione agros ad arandum pro diebus 20, faenificium pro falcatoribus 30. Silvam pro necessitate Monasterij, ut in Inventario sub litt. F. Religiosi manent in eo 4. Retulit R. D. Dombrowski, Decanus Tysmienicensis; videatur Litt. H.

XXIX. — Uhernicense habet ex Fundatione villam Babianka dictam, in quo subditi reperiuntur 20; de taberna habent quotannis floren. 200; in antecessum habitabant Religiosi tres, modo vero sex. Retulit R.D. Wolkonowicz, Decanus Solotvinensis, Litt. I.

XXX. — Ad Cathedram Camenecensem manent Religiosi 5, et sextus habitabat penes ecclesiam Resurrectionis Christi extra Civitatem, sed ante duos menses, substituto per Ill.mum Administratorem Praesbitero saeculari pro

commemoratione illius ecclesiae Parochialis, Religiosus rediit ad Cathedram. Fundationem ad hanc Cathedram nullam habent, sed vivunt eleemosina et obventionibus Parochialibus, quas habent ex parochiis Ecclesiae cathedralis et aliarum sibi appropriatarum eo fine, quando ex illorum Ordine, officiales ad praeteritum annum fuere. Retulit R. Pliski, Officialis Camenet., Litt. K.

XXXI. — Satanoviense nullam habet firmam fundationem, sed cujusdam Religiosi consanguinei aliquid contribuerunt pro erectione monasterij; repepersiuntur in eo Religiosi 7, qui vivunt eleemosina et questuatione. Retulit R. D. Lukaszewicz, Decanus Husiatynensis; videatur Litt. L. Fertur quod his temporibus incepta est ecclesia ex muro de eleemosina fidelium.

XXXII. — Ulaszkowiense habet agrorum et faenificiorum sufficientiam et ex concursu Populi in festo ecclesiae eleemosinam notabilem, qualem autem quantitatem efficiat, ignotum. Reperiuntur ibi Religiosi 5. Retulit R. D. Biesiadynski, Decanus Czervonogrodensis; videatur Litt. M.

XXXIII. — Ulanovicense habet agrorum et faenificiorum copiam multam; percipiunt etiam aliqua ligamina et pecuniam (sed quantam, non erat modus resciri) vigore fundationis Ill.mi Rzewuski, exercituum Regni Ducis; habitant ibi Religiosi tres; retulit idem ibidem.

XXXIIII. — Bilczense fundatum ab Ill.mo Potocki, Castellano Braclavien., habet campos et faenificia, item subditos tres et liberam molituram frumentorum, in molendinis Bilczensibus; habitant in eo duo Religiosi; retulit idem ibidem.

XXXV. — Sinkoviense habet fundos et faenificia ad proportionem. Manent in eo Religiosi duo, qui receperunt a Parocho Sincoviensi Parochianos 40, tempore exercitae jurisdictionis illorum super Praesbyteros (f. 167v). Retulit idem, qui supra, ibidem.

XXXVI. — Malioviense, qualem habet fundationem non constat; habitant in eo Religiosi sex. Retulit R. D. Rowinski, Decanus Solobobleorcenis (?); videatur Litt. N.

XXXVII. — Barense, in Semenki, habet villam Semenki cum subditis circiter 40, quorum Religiosi etiam curam exercent, sed quo jure, ignotum; manent in eo ad praesens Patres 5; de eleemosina parum habere solent. Retulit S. Matkowski, Officialis Foraneus Baren. Litt. O.

XXXVIII. — Szarogrodense, in Calinowce, habet erectionem sufficientem, et subditos plus quam 30; ex confluxu Populi in Festis S. Onufrij, Exaltationis S. Crucis, et B.V. Mariae eleemosinam notabilem, plus-minus ad duo millia floren. ascendentem quotannis habebant; in eo ad praesens Religiosi 10. Item Religiosi, a tribus circiter annis, occuparunt ecclesiam muratam Parochialem, in oppido Szarogrod sub eo ipso, quod Princeps Lubomirski, Bonorum illorum Haeres eos ibi fundavit, et ad praesens penes eandem ecclesiam Parochialem habitans unus Religiosus curam animarum contra expressum sumptum saecularem admittit. Retulit idem ibidem.

XXXIX. — In Miedzibozensi manent Religiosi duo, in Olaykoviensi tres, in Ladaviensi duo, sed sola eleemosina viventes. Monasteriola autem haec nullam pene fundationem habent; retulit idem ibidem.

XXXX. — Trembovliense habet ex fundatione Juridicam in qua erunt Gospodarij circiter 20. Item Summam 1600 floren. Polonicalium. In antecessum, ubi ad praesens est Monasterium, erat ecclesia Parochialis, sed quomodo versa in Regularem non constat. In hoc monasterio reperiuntur ad praesens Religiosi 10, curam animarum habent suorum subditorum, et illis Sacramenta administrant, non obstante contradictione Parochi saecularis ecclesiae tituli Assumptionis in Coelum B.V.M., ad cuius Parochiam dicti subditi spectare praetendunt. Habent etiam eleemosinam ex confluxu Populi varijs in anno temporibus; quae plus numerus potest ascendere ad 2000 Floren. Pol. Retulit Rev.dissimus Lipnicki, Officialis Foraneus Brzezanensis; videatur Litt. P.

(f. 168) XXXXI. — Vicinense habet ex fundatione certos fundos in vicinitate adjacentes. Item 30000 floren. Polonicalium apud successores Ill.mi Metropolitani; reperiuntur in eo ad praesens Religiosi 11, aliquando 10 aliquando 12; vivunt praecipue ex quaestuatione et eleemosina populi ad Gratiosam Imaginem B.V. Mariae ibi reperibilem, nam Sacristia pro anno importare potest ad minimum 3000 florenorum Polonicalium. Sacramenta administrant Villanis Vicinensibus et Menaszoviensibus. Retulit idem ibidem.

XXXXII. — Krasnopustynense habet ex Fundatione fundos limitibus circumductos, et in eis locatos subditos circiter 180, sed pauperes. Item super Synagoga Pomaranensi floren. Mille in censum reemptionalem locatos, item eleemosinam ex confluxu Populi in Festo S. Joannis Baptistae quotannis floren. circiter mille. Reperiuntur in eo Monachi 7. Retulit idem ibidem.

XXXXIII. — Czortkoviense Fundationem habet miseram, quia solum aliquid de Gleba; habitant in eo Religiosi 5, vivunt ex illa Gleba et eleemosina. Retulit ibi idem.

XXXXIV. — Zawaloviense ex Fundatione habet certos fundos. Manent in eo Religiosi sex; vivunt ex Gleba et eleemosina, quae quanta sit, ignotum Retulit idem ibidem.

XXXXV — Litvinoviense, in quo reperiuntur tres Monachi, qui vivunt ex gleba, quam habent in modica quantitate et eleemosina. Retulit idem ibidem.

XXXXVI. — Podgrodense prope Rohatinum, habet ex Fundatione sive antiquo usu certos fundos in vicinitate abjacentes. Reperiuntur in eo Religiosi 4, qui ex agricultura, questuatione et populi eleemosina vivunt. Retulit idem ibidem.

Hanc relationem, quaemadmodum ab aliis communicatam habui et de quibusdam Monasteriis solus exquisivi, ita eandem extensam in unum expedio et in majorem fidem manu mea subscribo.

Datum Leopoli, die 14 Januarij 1749.

## 283.

*Leopoli, 8.X.1749.*

*Relatio annualis Basilii Boskovich de sua vita et activitate in Studio Leopolitano Philosophico.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 7, fol. 423rv.

Ill.me, Rd.me Domine, Domine Patrone et Protector Munificentissime.

Quanto longius vitam protraho, tanto majores ob innumera erga me collata ab Ill.ma, Rev.ma Dominatione Vestra beneficia augeri sentio obligationes! Hinc est, quod frequentius me ad scribendum impelli animadverto, sed cum Ill.mam, Rev.mam Dominationem gravissimis aeque, ac utilissimis Fidei et Disciplinae Ecclesiasticae occupatam considero negotijs, mihi, utpote privato, temperandum judico, nunquam tamen et mei debiti et perpetuae gratitudinis immemor. Uti alias, ita et in praesentia defero Ill.mae Dominationi Vestrae atque S. Congregationi me Leopoli studij Philosophici Religiosis Ordinis mei dare lectiones; non negligo tamen per hoc, quantum circustantiae concedunt, ea quae sunt propria muneris mei, adiuvare (423v) scilicet in audiendis Confessionibus et alijs Christianae pietatis officijs obire; ad extremum illud vehementer exoro, dignetur Ill.ma Dominatio, quam post DEUM unicum Patronum et Protectorum habere gaudeo, uti ad hucusque, ita deinceps suo gratiosissimo fovere patrocinio, ego, quantum meis indignis precibus potero, pro omni incolumitate, et prosperrimis successibus, quemadmodum continuo facio, Deum Optimum Maximum exorare non intermittam. Maneo sacris manibus osculum devotissime imprimendo.

Leopoli, die 8 Octobris 1749.

Ill.mae, Rev.mae Dominationis Vestrae
devotissimus et infimus Servus
BASILIUS BOSKOVICH [152]
Ord. Divi Basilij Magni (mp).

## 284.

*Varsavia, 1749.*

*Quaedam informatio de monasteriis Provinciae Lithuanae, per Palatinatus et Districtus dispositis, eorum numerum personarum, redituum aedificiorum etc. continens.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1750/52, vol. 114, fol. 151-153v.

---

[152] Basilius Boskovicz, Basilianus croata, Alumnus pontificius de Prop. Fide, Lector Leopoli in Russia Rubra, Procurator in Urbe (1752-1757). Cfr. notam 127.

Informationes conformiter ad puncta, ex mente Sacrae Congregationis de Propaganda Fide proposita, quantum collegi poterant adducuntur.

*Alia manu:* Hae informationes sunt ab Ill.mo et Rev.mo Episcopo Vilnensi.

*Palatinatus Vilnensis.*

1. *Vilna.* — In urbe Vilnensi extat monasterium et ecclesia, ex solido muro construct, Religiosorum, Institutum D.B. Magn. profitentium, Ritus Graeco-Uniti. Conservat ordinarie Personas 30 et supra; Reditibus certis ex colonis ultra 300 et lapideis quas in Urbe possidet. Exercet curam animarum, habet Studium Theologicum pro Religiosis, Scholastici Theologi numerantur 15, Professores Theol.: 2, Canon. 1. Contiguum est illi claustrum Monialium ejusdem Instituti, pro devotione ad eandem ecclesiam convenientium, quod alit Personas 15 reditibus certis. Praefatum Monasterium quondam cum suis Religiosis et Novitiis fuit sub Abbate exempto a jurisdictione Provincialis; quomodo demum dignitas Abbatialis extincta sit, non constat; a Schismaticis non reclamatur.

*Districtus Oszmianensis.*

2. *Boruny.* — In oppido dicto Boruny extat Monasterium Instituti D. Bas. Magni, ex ligno constructum, cum ecclesia murata; alit personas quandoque 9 quandoque 10, 11, reditibus in parte ex certis colonis 30, maxime tamen ex eleemosinis, quae sunt frequentes et notabiles, ob continuum ferme concursum Populi ad Gratiosam Imaginem B.V. Mariae. Percipit etiam ex Beneficio stolae, ob annexam curam animarum. Nullum habet studium; a Schismaticis non reclamatur; distat a Monasterio Vilnensi miliaribus 12.

*Palatinatus Polocensis.*

3. *Polocia.* — In Urbe Polocensi ecclesia Cathedralis murata, circa hanc Monasterium de ligno constructum, Fundationis S.mi Casimiri, Poloniae Regis.[153] Alit hodie Personas 24, reditibus certis et sufficientibus ex colonis circiiter 500; Habet territorium in ipsa urbe Polocensi, unde a 20 circiter Incolis censum percipit. Participat idem notabiliter ex Beneficio stolae; habet Studium Philosophicum. Habet itidem annexam curam animarum; a Schismaticis non reclamatur.

4. — Item extra urbem Polocia, post fluvium Dzwina nuncupatum; ecclesia murata cum monasterio de ligno extructa Borysa-Hleba; vulgo dicta Abbatia; ad praesens Archiepiscopi Polocensis; habet reditus amplos. Circa

---

[153] Rex Poloniae Joannes Casimirus (1648-1668). Regno abdicavit anno 1668.

hanc ecclesiam resident Personae 3 atque ab Illustrissimo Archiepiscopo Polocensi sustentantur. Ad eandem ecclesiam residet Officialis praefati Ill.mi Archiepiscopi cum socio. Hi duo sustentantur sumptibus cleri saecularis Rutheni.

5. *Uszacze.* — In oppido Uszacensi extat residentia, cum ecclesia de ligno extructa, sub praesidentia Vicarij; alit Personas 5, partim ex reditibus ab 8 Colonis et Summa 14000. Plus interim percipit ex eleemosinis ad Gratiosam Imaginem B.V. Mariae. Distat a Polocia miliaribus 6; habet annexam curam animarum. Studium nullum; a Schismaticis non reclamatur.

6. *Machirovia.* — (f. 151v) In villa dicta Machirow extat residentia novellae fundationis ab annis aliquot, sub praesidentia Vicarij; alit Personas 3. Habet eleemosinas ad Gratiosam Imaginem B.V.M. Distat a Polocia miliaribus 3, ab Uszac 6. Percipit etiam ex Beneficio stolae, ob annexam curam animarum. Fuit non ita pridem sub Parocho Presbytero saeculari Rutheno, nunc sub Religiosis Monachis; Studium nullum; a Schismaticis non reclamatur.

7. *Sierocinum.* — In oppido Sierocensi extat residentia sub praesidentia Vicarij, de ligno constructa; alit Personas 3, de reditibus certis parum habet. Plus de eleemosinis et Beneficio stolae, ratione annexae curae animarum; Studium nullum. Distat a Civitate Vitebscensi miliaribus 8; a Schismaticis non reclamatur.

8. *Dobrehorij.* — In oppido Dobrehorij dicto extat residentia, sub praesidentia Vicarij; alit Personas 3, reditibus proportionate sufficientibus ad Personas. Curam animarum non exercet. Distat a Monasterio Vitebscensi miliaribus 11. Quantum a Polocensi non constat; a Schismaticis non reclamatur.

*Palatinatus Vitebscensis.*

9. *Vitebscum.* — In Oppido Vitebscensi extat monasterium penes ecclesiam Cathedralem; aluit antiquitus Personas 30, nunc 15. Reditus habet satis sufficientes, tum in Summis tum in bonis; possidet ad 300 colonos; habet Studium Rhetoricae; a Schismaticis non reclamatur.

10. *Thadulinum.* — In oppido Thadulin nuncupato instituit novissime Fundationem Ill.mus Oginski, Castellanus Trocensis, pro Religiosis D. B. M., ubi sub praesidentia Vicarij 6 Personae subsistunt, reditibus ex attributo fundo cum 20 colonis. Curam animarum non exercent. Dictum Monasterium distat a Vitebsco miliaribus 5; a Schismaticis reclamari nequit.

11. *Pustynki.* — Residentia in oppido Pustynki sub praesidentia Vicarij, alit Personas 3, plus de eleemosinis, quam de Reditibus, cum hos tenues possideat. Habet annexam curam animarum. Distat a Vitebsco miliaribus 8; a Schismaticis reclamari nequit.

*Palatinatus Minscensis.*

12. *Minscum.* — In ipsa Urbe Minscensi extat monasterium cum ecclesia murata, ab incolis Minscensibus fundatum ab annis 100, sub praesidentia Abbatis. Ipsa Abbatia est Fundationis S.mi Alexandri,[154] Regis Poloniae; habuit olim extra Civitatem ecclesiam muratam, dictam Biala-Cerkiew, quae nunc derelicta est, desolata cernitur. Praefatum Monasterium alit Personas 10; Reditibus sufficientibus ex bonis et Summis. (f. 152) Accedit etiam notabilis eleemosina respectu gratiosae Imaginis B.V.M. Adjacet huic monasterio Claustrum Instituti D.B.M. Religiosarum Virginum, quod alit Personas 25. Aliud vero claustrum ejusdem Instituti Virginum alit personas 7. Utrumque reditibus sufficientibus. Nominatum superius monasterium nunquam pertinuit ad Clerum saecularem. Non habet annexam curam animarum. Studium quoque nullum; a Schismaticis non reclamatur.

13. *Racovia.* — In eodem Palatinatu est residentia in oppido dicto Rakow, fundationis Cell.morum Principum Sanguszkorum, sub praesidentia Vicarij. Alit Personas 3, ex reditibus certis, in bonis et provisionibus; distat a Monasterio Minscensi miliaribus 5.

14. *Lada.* — Secunda itidem residentia extra oppidum Smitowicze, Lada nuncupata; novissimae fundationis Ill.mae Zawiszyna, Marescallae M. D. Lith., sub praesidentia Vicarij. Alit Personas 3, reditibus sufficientibus ex Fundatione. Distat a Monasterio Minscensi milliarum 6, a Rakow 11. Quoad reliqua puncta itaque haec residentia habet se conformiter ad monasterium Minscense.

*Districtus Slonimensis.*

15. — *Zyrovice.* — In Civitate Zyrovice dicta extat monasterium, quod alit Personas circiter 40; ad certos reditus habet Civitatem ipsam Zyrowice, ubi situm est. Huic civitati collatum est Jus Magdeburgium a Ser.mo Joanne III. Item praediolum adjacens itidem Zyrowice; tum praedium Bula, Zawirze, Choroszcze, Dziewientkowicze jure hypotecario; Praedium Chmielnica, Lienkowicze, et praediolum Miromin et Podmusza. Ex eleemosinis percipiunt in annum 7 plus-minus millia; locus hic claret gratiis B.V. Mariae. Ecclesia fuit olim sub Parocho saecularis Cleri; quomodo est devoluta ad Monachos, non constat; curam animarum exercent. Habent Studium pro Religiosis Retoricae et Philosophiae. Olim, ante annos 30, docebant scholam Rethoricam, pernecessariam in his Partibus; Hodie, hac abiecta, apparuerunt importune classes pro lingua latina. Hoc monasterium a Schismaticis non reclamatur.

16. *Bitenium* — In Villa Biten extat monasterium in quo est Domus

---

[154] Rex Poloniae et Magnus Dux Lithuaniae Alexander (1501-1506).

Probationis Instituti D.B.M. Alit Personas circiter 40. Ad reditus habet Praedia Biten, Hnoyna, Diatkowicze, Molowidy; In his coloni circiter 500. Percipit item provisionem a 28000. In Rozana habet duas ecclesias, unam penes claustrum, alteram remotiorem, quam olim administrabat Parochus saecularis Graeci Ritus. Quo tandem jure Parochia ad Religiosos devoluta, non constat. Distat hoc Monasterium a Zyrowicensi 20 miliaribus. Nullum habet Studium; a Schismaticis non reclamatur.

17. *Kazimirovia.* — *Districtus Rzeczycensis* (f. 152v) In oppido dicto Kazimierzow extat residentia sub regimine Vicarij, fundationis Perill.rium D.rum Judiciorum; conservat Personas 4. Reditibus exiguis, quae supplentur per eleemosinas respectu Gratiosae Imaginis B.V.M. Tum ex Beneficio stolae, propter annexam curam animarum. Studium nullum; a Schismaticis non reclamatur.

18. *Rochaczewia* — In bonis regalibus Capitaneatus Rochaczewiensis, penes ecclesiam Parochialem situm monasterium, sub praesidentia Vicarij; alit Personas 3 ex reditibus de praedio Liszki; habet curam animarum, simul cum Parocho saeculari. Studium nullum. Monasterium hoc distat a praeexpressa leucis 5; a Schismaticis non reclamatur.

*Districtus Mozyrensis.*

19. *Suchovicze.* — In bonis Regalibus Suchowicze dictis, monasterium constructum a Magna Domina Komorowska, sub praesidentia Vicarij; alit Personas 3, reditu exiguo a summa 100 Imperialium. Participat ex Beneficio stolae, ex quo habet annexam curam animarum; a Schismaticis non reclamatur.

20. *Jasna Gura.* — In oppido dicto Jasna Góra extat residentia, sub regimine Vicarij, Fundationis ejusdem Dominae Komorowska; Alit Personas 3, plane ex eleemosinis, et Beneficio stolae, habet annexam curam animarum. Distat a Suchowicze leucis 3; a Schismaticis non reclamatur.

*Districtus Orsensis.*

21. *Lubawicze.* — Fundationis Ill.mae Zaluska, Praefectae Culinae M.D. Lith. Extructum ab annis 6 monasterium honestis aedibus; sub praesidentia Vicarij alit personas 6, reditibus satis sufficientibus. Curam animarum annexam non habent, sed per Missiones rudem Populum instruunt. Studium nullum habent. Novissima Fundatio; a Schismaticis reclamari non potest.

*Districtus Grodnensis.*

22. *Grodno.* — In Urbe Grodnensi fundata est Abbatia, penes quam residentes personae 13 Religiosae cum Abbate; Aluntur reditibus certis sufficientibus. Habent curam animarum. Haec Fundatio a Schismaticis non reclamatur.

23. *Kuznica.* — Residentia in oppido Kuznica, sub regimine Vicarij; alit personas 3, reditibus sufficientibus. Habet annexam curam animarum; a Schismaticis non reclamatur.

*Palatinatus Nowogrodecensis.*

24. *Nowogrodecum.* — In hac urbe ecclesia ex solido muro constructa Ritus Graeco-Uniti, sub titulo (secundum vulgarem denominationem) SS.m Borysa et Hleba. Pertinet cum tota sua dote, nominatim Bonis: Ruta, cum attinentijs, Bykuwicze, Litewka Molcza, item praedio, quod est in suburbio Novogrodensi, ad Ill.mum Metropolitanum Kioviensem; hodie (f. 153) Cathedralis. Antiquitus capitularibus Personis de Clero saeculari attributa. Iam ab annis plus centum, per aliquem ex Metropolitanis habet introductos Monachos D.B.M., quibus (ut perhibetur), ex Fundatione Chreptoviciana, tenuis alicubi portio fuerat. Nihilo tamen etiam nunc pinguior, nam sex Personae Religiosae, cum aliquot tantum subditos ex Colonis et laneis, possideant, aluntur potius tum ex eleemosinis, ex quo habent sub suo regimine capellam sitam in ipsa arce Novogrodensi, in qua Imago B.V.M. antiquissima, gratiis celebris et Populo frequens, tum ex Beneficio stolae circa curam animarum, tum ex subsidiis vicinioris Monasterij alias.

25. *Lauryszovia.* — Monasterium Instituti D.B.M., in oppido Lauryszow dicto, Fundationis Cell.mi Laurusij, quondam Principis Rossiae, dotatum duabus villis ad 80 colonos. Primitus extiterat sub regimine Abbatum vulgo Archimandritarum. Jam transiit sub regimen Regularium. Alit personas 6 vel 7, coadjuvando necessitates monasterij Novogroden. et regitur a Superiore, qui preest etiam monasterio dicto Novogroden. Studium nullum habet nec curam animarum. Distat a Monasterio Novogrodensi miliaribus 3; utrumque hoc monasterium a Schismaticis non reclamatur, cum antiquitate praecedat omnes fundationes Jagellonicas.

26.*Wolna.* — In oppido Wolna monasterium sub praesidentia Vicarij, Fundationis Perillustris Kumienski, Pocillatoris Novogrodensis, alit Personas 4, reditibus certis, sed exiguis, ex 8 colonis; juvatur eleemosinis; habet annexam curam animarum. Quantum a monasterio Novogroden. distat non constat; a Schismaticis non reclamatur.

27. *Darewo.* — In oppido dicto Darewo monasterium Religiosorum Instituti D.B.M. conservat ordinarie praesbiteros 3, provisum 4 tantum colonis, juvatur eleemosinis; distat a Wolna miliaribus 2. Habet annexam curam animarum; a Schismaticis non reclamatur.

Copia Litterarum Ill.mi et Rev.mi D.ni J. Sapiha, Episcopi Coadjutoris Vilnensis, ad Ill.mum et Rev.mum Episcopum Zenopolitanum.

Magna semper cum satisfactione exequor quidquid a me Ill.ma et Reverendissima D.V. desiderare videtur. Transmisi suas, quibus ordinabantur, illas vero Episcopo Vilnensi datas, meis eidem reddidi manibus atque intimavi ad veritatem facilius indagandam. Oportet per Decanos in eorum

districtu informationes desumere, nam Parochi ipsis subordinati super quolibet puncto necessarias notitias suppeditare possunt. Si consilium placebit, veram Ill.ma et Rev.ma Dominatio Vestra (f. 153v) obtinebit Informationem; alias si Religiosi quidam aliquid ad convertendum cum PP. Basilianis habentes hanc obtinebunt ab Episcopo commissionem, sicuti obtinere actu satagunt, omnia dubia erunt referta, atque polytica rem dictabit.

Moschi, antequam signaretur Regia Commissio, videbantur praestolari tantum restitutionem bonorum et ecclesiarum a 20 circiter annis ipsis ademptarum. Sed Commissione obtenta, iam aliter canunt; nunc enim praetendunt, ut Uniti ipsis restituant: 1.mo, Quidquid a Schismaticis avulsum est, nulla attenta praescriptione; 2do, Id omne quod Ruthenis Ecclesiae non parentibus fundatum fuit, etiamsi hoc evenerit ante aliquot saecula. Per hanc artificiosissimam petitionem ad extinguendam totaliter Unionem Ruthenorum tam in Polonia quam in Litthuania tendunt. Dubitari siquidem nequit, quod immediate ante Unionem, sub Sigismundo III conclusam,[155] dum Clementi VIII obedientam praestiterunt, omnes Rutheni Poloniae et Litt. Schisma profitebantur, iis tantum exceptis, qui corde Ecclesiam Romanam prosequebantur, ex voluntate potius quam professione externa Uniti esse poterant, eo modo ac nunc in Oriente et Graecia accidit. Praesules quoque, qui tunc vivebant, dum a Ducibus Russiae aliisque Magnatibus Ruthenis fundabantur omnes Episcopatus, et Monasteria Ruthena in Polonia et Litt., an re vel corde tantum cum Ecclesia Romana essent nec ne uniti, punctum est valde implicatum Historiae. Si enim dubiis existimus, an post infelicissimum Michaëlis Cerularij, Patriarchae Constantinopolitani, scisma, quis ex ejus Successoribus vel ex Orientis Imperatoribus Romanae Sedi fuerit sincere obediens, licet haec versarentur in regione scientiarum cultrice ac Historicis provisa, multo magis difficile erit dilucidare hoc enigma de Ruthenis sub dominio Poloniae Regis vel Ducum Kioviensium viventibus, cum munimenta penes Nationem, literarum semper ignaram, penitus deficiant. His tamen non obstantibus super... hoc Historia: punctum tenebris plenum. Russica Aula petit, ut quidquid pro Ruthenis Ecclesiae Romanae parentibus (Unitorum enim terminus ante Clementem VIII ignotus erat) fundatum esse non constat, id totum Schismaticis caedat. Hac opinione ducti, quod quidquid pro Ruthenis fundatum fuit, id totum pro Disunitis fundatum extiterit, nec evidenter Uniti contrarium doceant.

Ambae igitur Basilianorum Provinciae aequaliter timere debent, quoties commissio instituta Aulae Russicae desideriis arriserit, quod Deus avertere faveat, ne omnia perdant, nam non ad superficiem, sed ad evertenda omnia Sanctae Unionis fundamenta contendunt, etc. etc. etc....

---

[155] Rex Poloniae Sigismundus III Waza (1587-1632). Unio s.d. Berestensis locum habuit Romae 23.XII.1595 — professio fidei episcoporum, 9-12.X.1596 — Synodus Berestae.

## 285.

*Luck, ....1749.*

*Relatio de statu monasteriorum et residentiarum in Palatinatu Volhiniae, in eparchia Luceoriensi et Districtibus Luceoriensi et Cremenecensi sitis, eorumque distantiis ab ecclesia cathedrali Luceoriensi.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari,* a. 1750/52, vol. 114, fol. 163-164.

Status Monasteriorum, et Residentiarum Ordinis Sancti Basilij Magni, in Palatinatu Volhiniae, Dioecesi vero Luceoriensi, per duos Districtus, Luceoriensem scilicet, et Cremenecensem sese extendente, reperibilium. Eorumque distantia ab ecclesia Cathedrali Luceoriensi.

*Alia manu:* Haec informatio data est ab Ill.mo ac Rev.mo Episcopo Luceoriensi Ritus Graeci.

Residentia *ad Cathedram Luceoriensem;* hic ad praesens sex Monachi, assignata ejs a loci Ordinario provisione, aluntur; quo vero praecise anno ad dictam Cathedram vocati sint, non constat; certum tamen est reperiri aliqua documenta ante sexaginta circiter annos duos vel tres hic mansisse Monachos. Primis hujus ecclesiae Cathedralis saeculis, Praesbyteri de Clero saeculari in Civitate Luceoriensi suas ecclesias parochiales habentes, unusquisque, sua ex turno incidente hebdomada, eidem invigilabant ecclesiae Cathedrali.

*1mum:* Monasterium *Luceoriense Sanctae Crucis.* Ecclesia Monasterij hujus aedificata est per Confraternitatem ejusdem Sanctae Crucis, quam Confraternitatem cum praecipua Volhiniae componeret Nobilitas, Summae etiam aliquae repositae sunt, ex quarum fructibus viverent, qui eidem ecclesiae inservirent; tenues ergo isti proventus, et non sine frequenti lite, quinque sustinent Monachos. Huc etiam quo tempore Patres Basiliani vocati sint, non constat.

*2dum:* Monasterium *Zydyczynense Abbatiale,* collationis Regiae, uno miliari Luceoria distans, omnium redituum quotannis habere potest circa octo millia florenorum Polonicalium.

*3tium:* Monasterium *Bialostocense,* tribus milliaribus Luceoria distans. Magno oeconomiae labore (privatus etiam est locus) proventus habens pecuniarios, parum supra unum mille floren. Polon. excedentes, duodecim alit Monachos.

*4tum:* Monasterium *Milczense* quinque miliaribus Luceoria distans; ex fundatione sua decem millia florenorum Polon. habet sibi inscripta, ex cujus Summae provisione regulariter octo Monachi conservantur.

*5tum:* Monasterium *Dubnense Sancti Salvatoris,* Abbatiale.

*6tum:* Monasterium *Dubnense Sanctae Crucis* eidem Abbatiali affiliatum; utrumque quinque milliaribus distans Luceoria.

*7timum:* Monasterium *Dermanense Abbatiale*, octo milliaribus Luceoria distans.

(f. 163v) Haec tria Monasteria, immediate notata, cum sint collationis ejusdem Principis Ordinati Ostrogensis, simul conferri solent uni subjecto, ita ut unus Abbas illis praesit. Quos autem reditus habeant, plenius ipse Abbas informare potest.

*8vum:* Monasterium *Poczajoviense* decem milliaribus Luceoria distans; Monasterium hoc originaliter pro octo solis Monachis fundatum est. Postquam vero Thaumaturga Imago B.ssimae Virginis Mariae a Domina Hoyska [156] eidem Monasterio dono venerit, propter concursum populi tam numerus Monachorum, quam etiam reditus crescere. Hodie in dicto Monasterio ultra quadraginta aluntur Monachi, et in Residentiam Generali cum suo Consultorio vel altero turno Provinciali assignatum est. Eleemosina ecclesiae hujus Monasterij, deinde Typographiae fructus, necessaria provident. Hic etiam Provincia Ruthena Novitiatum habet.

*9num: Podhorecense* Monasterium, undecim milliaribus Luceoria distans. Summam habet quadraginta millium florenorum Polonic. unde provisio; octo Monachos sustinet.

*10mum:* Monasterium *Dorohobusense Abbatiale*, hodie collationis Principis Lubomirski, undecim milliaribus Luceoria distans. Tenues omnino habet reditus, ita ut vix ad duo millia floren. Polon. singulis annis ascendat.

*11mum:* Monasterium *Mielecense Abbatiale*, collationis principis Sangusko, duodecem milliaribus Luceoria distans, quolibet anno circa sex millia floren. Polon. redituum suorum habere potest.

*12mum:* Monasterium *Zahaycense*, tredecim milliaribus Luceoria distans, ex fundatione sua octo Monachos alere solet, fructus habens assignatos ex agris et stagnis.

*13mum:* Monasterium *Lubarense*, viginti quatuor milliaribus Luceoria distans, primitive in sola eleemosina fundatum, deinde ante viginti quinque annos P.M. Georgius Lubomirski, Palatinus Cracoviensis,[157] nonnullos agros eidem donavit, unde Monachi alerentur, quomodo etiam nunc octo sustentantur.

*Collegium Hoscense* unicum in Dioecesi Luceoriensi, duodecim milliaribus Luceoria distans, ad dandam scientiam juventuti saecularium fundatum, hodie alit sexdecim Monachos, ex quibus, praeter Rectorem et aliquos Patres, sunt qui Grammaticam et usque Rhetoricam doceant, alij vero ex his, ipsi operam dant Rhetoricae. Collegium hoc redituum suorum quotan-

---

[156] Anna Hojska, domina in Volhynia, quae Monasterio a se fundato ikonem miraculosam origine graecam, sub finem saec. XVI donavit, quae usque ad nostra tempora miraculis claret.

[157] Palatinus Cracoviensis, Georgius Lubomirski (1726-7).

nis habere potest ad duo millia floren. Polon. Sed hi in terrae fructibus villae dictae Kurozwany, per fundationem inscriptae, repositi sunt.

*1ma:* Residentia *Poddembecensis* duobus milliaribus Luceoria distans, recentis fundationis (ubi ante annos decem fuit ecclesia Parochialis); inscriptam sibi a Fundatione habet summam duodecem millium floren. Polon. pro sustentandis quinque Monachis; totam vero Residentiae hujus fabricam eleemosina providet.

*2da:* Residentia *Czetwertenensis*, quatuor milliaribus Luceoria distans. Redituum suorum centum florenorum Polon. habet, et aliquos agros; hic duo Monachi conservantur.

(f. 164) *3tia:* Residentia *Tuminensis*, sex milliaribus Luceoria distans, ex Fundatione sua, quamvis tenui, quinque Monachos alere potest.

*4ta:* Residentia *Stozecensis*, redituum suorum triginta quinque florenorum Polon. non nisi habet; novem milliaribus Luceoria distat.

*5ta:* Residentia *Cremenecensis*, decem milliaribus Luceoria distans, magis eleemosina, quam aliquo certo reditu Fundationis suae (si enim, omnino tenuem habet); quinque sustentat Monachos.

*6ta:* Residentia *Horodiscensis*, quatuordecim milliaribus Luceoria distans, ex Fundatione sua duos Monachos alit, et alere potest.

*7ma:* Residentia Zbarazensis, sexdecim milliaribus Luceoria distans, tres Monachos alit et alere potest.

*8va: Residentia Strakloviensis*, prope Dubno sita, habet 4000 florenorum inscripta, perpaucos agros; tres Monachos fovet cum cura parochiali.

Relatio Ill.mi Rudnicki,[158] ex epistola die 11 Augusti 1748.

Praeter Monasterium *Luceoriense ad ecclesiam Sanctae Crucis*, omnia alia Monasteria superius specificata, et Residentiae recensitae, ex permissione loci Ordinarij habent annexam curam animarum, iuxta usum antiquum.

Quot vero, et quae Monasteria, seu Residentiae reclamantur seu reclamari possunt a Schysmaticis, in indicta a Sacra Regia Maiestate Commissione, transmissa iam ad Urbem ex Cancellaria Regni authentica Informatio melius specificat; prouti tamen ex eadem Cancellaria Regni etiam mihi innotescere potuit, sunt haec sequentia.

1. Monasterium *Novodvorense.*
2. Monasterium *Strykayloviense.*
3. Monasterium *Pustynense.*
4. Monasterium *Sancti Onuphrij.*
5. Monasterium *Ceperoviense.*

Et haec quinque Monasteria, uti in Luceoria sita, respiciunt unicam Provinciam Lithuanam.

---

[158] Theodosius Rudnickyj, Episcopus Luceoriensis (1731-1751).

Quod vero Clerus saecularis nunquam habuerit Residentiam ad ecclesias Cathedrales, imo nec habere potuit, facile vel exinde constat, quod hic Clerus noster, semper hucusque conjugatus, nunquam in eadem Residentia cum Familiabus suis utriusque sexus commode simul, et decenter collocari potuit.

## 286.

*(Ex Russia) ... 1749.*

*Examen rationum Religionis in dissidio cum Abbatibus, rationes pro et contra; ut non sint subiecti, ut gaudeant exclusiva voce passiva in electione in Protoarchimandritam, ne excludantur a vocalitate.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 392-393v.

### Occurentia Rationum Monumenta

*In controversiis Ordinis Basiliani Ruthenorum cum Abbatibus*

*Circa 1mum.*

Quod Rev.mi Abbates sive Archimandritae Monasteriorum Congregationis Ruthenorum Ordinis Basiliani gratis suas Personas eximunt a Jurisdictione Generalitia seu Proto-Archimandritali, sive gratis contendunt Monasteria Abbatialia, quoad Personas Abbatum, jurisdictioni Metropolitanae in Russia immediate subesse.

*Rationes Religionis in Contrarium*

*1ma:* In Brevi Felicis Recordationis Urbani VIII, Pontificis Max., quo conceditur Monachis Basilianis Nationis Ruthenae, ut se adinstar aliarum Religionum in Congregationem ab uno regendam redigant Generalis,[159] a taliter redactis dicitur eligendus *Proto-Archimandrita,* non alia ratione nisi quod super Archimandritas esse debeat.

*2da:* Rev.mi Abbates seu Archimandritae Monasteriorum Congregationis Ruthenae neque sunt Abbates commendatarij, neque sunt Abbates jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, neque venire possunt nomine Praelatorum ecclesiasticorum; sunt enim Praelati mere Monastici, neque demum sunt Abbates, habentes Bona Mensae Abbatialis distincta a Bonis Monasterialibus, sed sunt Abbates Claustrales, seu Superiores Claustrorum Infulati, et unusquisque horum actualiter respectu Monachorum sui Monasterij Gubernium exercet, adeoque non minus quam caetera Membra Monaste-

---

[159] Decreto S. C. de Prop. Fide de anno 1624 (4.X) et Brevi Urbani VIII, de dat. 20.VIII.1631 Ordo Basilianus SS. Trinitatis inde a Cap. Gen. 1617 erat centralizatus in unam Congregationem.

rium constituunt; quapropter non minus debent subesse jurisdictioni Generalitiae, quam ipsa Monasteria Abbatialia quoad reliqua Membra subsunt.

*3tia:* Monasteria Abbatialia Congregationi, ad mentem Sancitorum Sanctae Sedis incorporata, univerunt se ita, sicut non Abbatialia, nempe incorporarunt se Congregationi, utique non Acephala sed suis Capitibus, scilicet Abbatibus, in id consentientibus et praeeuntibus, neque in ullo Capitulo circa incorporationem Monasteriorum etiam Abbatialium, de exemptione Superiorum sive Abbatum facta fuit mentio; ipsi quoque Metropolitani et Episcopi in suis Dioecesibus, Monasteria, ad mentem Decretorum Sanctae Sedis unire se volentia manumittendo, totaliter suae jurisdictioni, quam in antecessum habuerant renunciarunt, et dimiserunt Monasteria cum suis Capitibus; adeoque cum Monasteria Abbatialia alios Superiores immediatos praeter Abbates non habuerint, consequenter Monasteria dicta una cum Abbatibus dimissa et Congregationi incorporata atque suo Proto-Archimandritae subiecta censeri debent.

*4ta:* Tam Monasteria Abbatialia quam Abbatum Personas a Jurisdictione Proto-Archimandritali non eximebat « nexus » antiquus; ille enim « nexus », non tam tollens jurisdictionem Proto-Archimandritalem super Abbates, quam ad exercitium tantummodo actuale Consensum Metropolitani requirens, erat factus, Patribus Capitularibus cum tota Congregatione contradicentibus; Sancta quoque Sedes Apostolica praedictum « nexum » reprobavit.

*5ta:* Demonstrari non potest quidnam juris Metropolitanus super Abbates Monasteriorum Congregationi incorporatorum pacifice adusque possederit, praeterquam quod illos benedicebat, quemadmodum Episcopi latini Abbates a sua jurisdictione exemptos benedicere consueverunt, et quod in Capitulis, qua Praesides Capitulares, etiam respectu Abbatum se habuerunt; nullus vero Processus legitimus, stante Monasteriorum unione, usque ad praesentem controversiam contra Abbates praefatorum Monasteriorum in Foro Metropolitano est formatus, excepta abjudicatione Abbatis Mielecensis Monasterio Mielecensi, protunc extra Congregationem existente quanquam etiam protunc Proto-Archimandrita, Ordinis Pater, Basilius Polatylo [160] Sententiam abiudicativam una cum Metropolitano tulerat, et forte alias quid simile factum est contra alios, quorum Monasteria adhuc Congregationi non fuerant incorporata. Jam vero Possessio juris Generalitij in Monasteria Abbatialia, etiam quoad Abbatum Personas, vel ex eo probatur, quia Generales seu Proto-Archimandritae sucessive jam per se, jam per alios Monasteria Abbatialia quotannis visitantes, Decreta Reformationis seu Ordinationes pluries tulerunt, Abbatibus non renitentibus, imo juxta eadem Decreta Monachos sibi subjectos regentibus; Obedientialibus quoque Protoarchimandri-

[160] Basilius Polatylo, Protoarchimandrita (1736-1743); cfr. M. M. Wojnar, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, Romae 1958, pag. 282-283. Cfr. supra notam 23.

talibus, mutationem Personarum in Monasterijs Abbatialibus demandantibus, Abbates paruerunt.

*6to:* Siquidem Monasteria Abbatialia Abbates ipsi immediate gubernant, nimis gravaminosum videtur Religiosis tales Superiores pati, nisi et ipsi Supremo Religionis Capiti obediant et subsunt. Quoties namque (f 392v) Abbas in Regimine excesserit, Religiosus gravatus non habet ad quem recurrat; ad Metropolitanum illi recursus imprimis est inconveniens, quia relicta quiete Religiosa divagari deberet. Et deinde idem recursus est illi moraliter impossibilis; Religiosus enim pauper, est impar litis expensis, ut iniurias ab Abbate sibi illatas in Iudicio Metropolitani vindicet; Monasterijs insuper talis recursus est gravaminosus, quia causa unius Religiosi gravati aliter terminari non posset, nisi inquisitione in Monasterio peragenda per Commissarios ad arbitrium Metropolitani, etiam de Clero saeculari assignandos, prout notissime, stante hac Controversia, Commissio contra Abbatem Minscensem Judicio Metropolitani demandata per saecularem Clericum, Religioso adjunctum, expedita fuit.

*7ma:* Ordinis nostri Generalis sicut Monachis sibi subjectis bono exemplo Religiosae Modestiae prosit, ita utendo jurisdictione super Abbates etiam his praeibit; saeculares proinde fastus et pompae (quas stante praesente controversia videre est in Abbatibus) omnino cessabunt. Vani sumptus ejusmodi cedent potius ecclesiarum ornamento, Religiosorum providendae commoditati, ac status eorum decentiae, quam decentiam in Monachis, Abbates putantes, se non esse inter Monachos computandos, minime curant; Observabuntur praeterea Constitutiones Pontificiae et Synodales, quae de vestitu Abbatum tractando, sericas vestes ipsis non concedunt. Introducetur decens in vestitu cum Monachis uniformitas, a quo modo Abbates nimium abhorrent, et usque adeo exorbitant vestitus diformitate, ut vix pro Monachis agnosci valeant. Licet cum Episcopis duntaxat, e Religione promotis, quoad formam dispensatum fuerit in jure antiquo, quo Monachus enim Episcopus factus habitum suae Religionis portare tenebatur; Quanquam etiam Monachum non faciat habitus, nihilominus S. Pater sua Regula habitum nostrae Religionis non ad fastum, sed ad testimonium status, quem professi sumus, compositum esse voluit.

*8va:* Minime inconveniens videri debet Rev.mis Abbatibus, ut ipsis usum Baculi et Infulae habentibus, praesit Protoarchimandrita, qui non est Infulatus; tum quia Insignia praedicta designant ipsorum Potestatem, quae cum sit respectu unius tantum Monasterij, minor certe est potestate Generalitia in Ordine toto; tum quia non est inconveniens quod Capitulo Cathedrali praesit Praepositus, qui passim non est Infulatus, esto idem Capitulum intrent Episcopi et Praepositi ecclesiarum quandoque Infulati, quando in eo Capitulo Canonicatus obtinent; tum quia Ordinis nostri Generalis, vi officij sui, nullum Beneficium juri Patronatus subjectum obtinendo et potius de Provisione Provinciarum vivendo, de facili (si Sanctae Sedi Apostolicae visum fuerit expedire) absque interventu saecularis Collationis,

ex mera SS.mi Gratia, similibus Insignibus ad quadrigennium duntaxat, stante officio retinendis, ornari poterit, et sic ornatus, in hoc etiam Abbatibus particularibus praecellere, utpote Abbas Generalis.

*Circa 2dum.*

Quod iidem Rev.mi Abbates, de eventu causae supradictae inter Religionem et ipsos vertentis anxij, iam studia sua eo feruntur convertere, ut quoties SS.mo placuerit pro Jurisdictione Generalis super Personas Abbatiales decidere, per idem Decretum ipsi soli in Generales seu Proto-Archimandritas eligibiles declarentur; Monachi vero simplices, etiam idonei, et in gubernijs probati, in electione Generalis a voce passiva excludantur, quod quam inconsequenter, contra positiva jura Ordinis et omnem convenientiam intendant, sequentes demonstrabunt.

*Rationes Religionis in contra.*

*1ma:* Quia propter repetitas declarationes in alma Urbe emanatas et praescriptionem in hoc puncto antiquissimam pro Monachis simplicibus, novissimum Decretum Sacrae Congregationis coram SS.mo habitae, sub die 1ma Maij Anni 1742di, vigore cujus Capitulum Dubnense coactum fuerat, super electione Generalis decidit, quod Monachus expresse Professus eligi debeat, et quod omnes et singuli Monachi Provinciarum unitarum jus suffragij habentes, modo non sint impediti canonice, non modo activa verum etiam passiva voce in Capitulo gaudeant.

(f. 393) *2da:* Cum Abbatialia Monasteria sint juri Patronatus subjecta, esto Officiales Ordinis omnem sollicitudinem in hoc intendant, ut probatissimae Personae talibus Monasterijs praeficiantur, nihilominus Saecularium instantiae (quibus de vita et moribus ac habilitate assumendorum ex Ordine ad Abbatias constare nequit) non raro apud Majestatem et Magnates jus Collationis habentes praevalent, et hunc est quod in casu quo omnino ex Collegio Abbatum Generalis eligi deberet, vix electio ad vota Ordinis et optabile Ecclesiae decus ac emolumentum, ad quod Ordinis caput provideri debet, evenire posset.

*3tia:* In Hypothesi, quod Generales seu Proto-Archimandritae successive ex Abbatibus omnino eligi deberent, Generalis ex Collegio horum electus tanquam certus quod illi Monachus simplex nullus unquam succedet, adeoque quod is nunquam Monacho simplici suberit, quoties in Regimine Generalitio excedere voluerit, solos Abbates considerabit, ipsisque placere studebit; Monachos autem, etiam emeritos, minoris habebit ac pro arbitrio opprimere poterit. Ipsorum quoque Abbatum licentia non mortificabitur verum reddetur animosior, utpote contra quam Monachis tam in Capitulo quam alias nec mutire licebit; Siquidem semper timebitur Abbas ne etiam justas contra se querellas vindicet sive per prepotentiam Abbatialis Collegii, sive per potestatem Generalitiam, postquam illam adeptus fuerit. Adeo, ut

consequens sit, magis quam hactenus ad Sedem Apostolicam frequentandos fore recursus, quibus Ordo noster importunus esse non optaret.

*4to:* Permissa Monachis libertate eligendi Generalem sive ex Abbatibus, quoties subesse voluerint, sive etiam tunc ex Monachis simplicibus idoneis et probatis, Abbas in Generalem electus ita se geret erga Monachos, qualiter optabit, ut se gerat Monachus simplex, pariter in post electus, erga ipsum et caeteros Abbates, videlicet Iustitiam administrando et se in officio continendo. Abbates quoque caeteri penes hanc Monachorum in Capitulis libertatem ita se gerent erga Monachos, ut bono exemplo, paterna in gubernando mansuetudine et boni communis cura, in electionibus perferri mereantur, unde regularis observantia et optabilis inter Abbates et Monachos confidentia ac mutua in Christo Charitas consuetudine radicabitur.

*Circa 3tium.*

Quod iidem Rev.mi Abbates, se in Capitulo Brestensi novissimo, Generalis electivo,[161] ad vocalitatem non fuisse admissos immerito conquerantur.

*Rationes Religionis*

*1ma:* Decretali SS.mi Domini Nostri Feliciter Regnantis, quae incipit: « *Inter plura jucunditatis* », *§. Iisdem demum, et §. qui vero delectus,*[162] mandatum est ut in Capitulis, quando agitur de electione Proto-Archimandritae et Officialium inferiorum suffragium ferre debeant, praeter Metropolitanum, Capituli praesidem, Consultores, Secretarij Generales, Provinciales, atque alij 40 Monachi ex una, totidemque ex altera Provincia designati et electi simulque commissum fuit Ill.mo Episcopo Zenopolitano,[163] ut is cum Proto-Archimandrita et Officialibus inferioribus de modo praescriptum numerum Vocalium constituendi ageret.[164] Obtemperatum ergo quoad hoc est Decretali praelaudatae simulque celebratus est Conventus super eo Antopoli, sub praesidentia Protoarchimandritae, ab Ill.mo Delegato subdelegati, ubi Schaedam Provinciae Lituanae Vocalium, Proto-Archimandrita pro tempore cum toto illo Congressu deliberatione matura confectam, ad examen Sedis Apostolicae remisit. Juxta haec igitur Schaedas, authoritate Sedis Apostolicae Delegati, nixis in Capitulo Brestensi novissimo, ad satisfaciendum intentioni Decretalis, quoad parem numerum Vocalium ex utraque Provincia, omnibus Capitularibus procedere visum fuerat. Schaedae porro praedictae non continebant Abbates ex sequentibus rationibus:

---

[161] Capitulum generale Berestense I, 16-24.VIII.1747.

[162] Cfr. Litteram decretalem « *Inter plures* » Benedicti PP. XIV de datt. 11.V.1744, in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 98, nr. 704.

[163] Georgius Maria Lascaris, Theatinus, Rector Coll. Armeni et Rutheni Leopoliensis (1638-1740), et dein Episcopus tit. Zenopolitanus, Theodosiopolitanus et Hierosolymitanus (1741-1795). Cfr. supra notam 90.

[164] Consultationes de hac re habitae fuerunt mense Februario 1745 et praesertim 1746 in monasterio Antopolitano et Volodimiriensi. Cfr. supra documenta sub nr. 263, 269.

*2da:* Quia Rd.ssimi Abbates, Monachorum nomine, ex Provincijs ad Capitulum cum vocalitate deputandorum (f. 393v) eousque venire non merentur, quousque pernegabunt se esse membra Provinciarum, supremo totius Ordinis Capiti subjecta et subordinata, prout modo pernegant.

*3tia:* Si Rdss.mi Abbates in Capitulis electivis Generalium vocem activam haberent, et ipsi Generali subesse nollent, Superiores nobis, non sibi, non tam eligerent, quam imponerent, ipsique nescitur quo Jure in causa nostra essent arbitri.

*4ta:* Siquidem Rdss.mi Abbates, se a jurisdictione Generalitia eximunt, si hi inter Vocales censerentur fieri posset, quod a Generali ad Capitulum invitati obedire nolendo, non venirent et sic Decretali SS.mi, numerum Vocalium praescribenti, non satisfieret. Adeoque potius constitui debuerunt Vocales, invitatorijs parituri.

*5ta:* Si Rss.mi Abbates, standum esse consuetudini antiquae omnino instant, simili ratione contenderent Superiores alij simplices, qui alias ad Capitulum veniebant, et tamen plurimi illorum, consuetudine non obstante, merito excludi debuerunt, ut neutra Provincia suis Vocalibus praescriptum per Decretalem SS.mi quadragennarium numerum excederet.

Quae omnia, si cum expositis anterius Jurium, Rationum et Convenientiarum momentis benigno Sanctae Sedis expendere licebit Judicio (praesertim si ea authoritativis, pro quibus demississime supplicamus, suae Excellentiae fulcientur officijs), sperare nos faciunt indubie, non minus justam quam favorabilem Ordini nostro et Proto-Archimandritalibus juribus Resolutionem habituros. Quod dum sortiemur, inter effectus benignissimae super Ordinem nostrum Protectionis Excellentiae Vestrae reputabimus.

HYPATIUS BILINSKI, Ordinis S. Basilij M. Proto-Archimandrita Congreg. Ruthen. (mpp).

PAPHNUTIUS MANKOWSKI, Ord. S.B.M. Proto-Consultor (mpp).

GERMANUS JACKOWSKI, Ord. S. Basilij M. Ruth. ex Prov. Lith. Proto-Consultor Generalis (mpr).

SYLVESTER MALSKI, Ord. S.B.M. ex Provin. Polona Consultor (mp).

GEDEON BEYNER, Ord. S.B.M. Consultor Generalis ex Prov. Lith. (mpr).

JUSTINUS ILASZEWICZ, O.S.B.M. Secretarius Generalis (mpr).

AUGUSTINUS NOWOSIELSKI, O.S.B.M. Congr. Ruth. ex Prov. Lithuania Secretarius Generalis (mpr).

## 287.

*Chelma, 17.X.1750.*

*Relatio Metrophanis Mazanowskyj de suo reditu in Patriam et de activitate ut Alumnus pontificius, et ut ei concedantur facultates Alumnorum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 501rv.

Illustrissime Domine.

Penes Sacrae EE. Principum Cardinalium Propagandae Fidei Praepositorum, DD. et Protectorum meorum Purpurae, et venerandae manus tuae, Illustrissime Domine,[165] osculum, quemadmodum per Fratres meos Monachos Basilianos Ruthenos hinc ex Patria mea in Urbem proficiscentes, literis ad Rev.dum Patrem Rectorem Collegii Propagandae Fidei directis notum feci, ita et praesentibus repeto, me jam Patrios Lares duodecim ab hinc hebdomadibus feliciter salutasse, ibique in Monasterio Chelmensi, penes Cathedralem hujus Dioecesis ecclesiam ordinarium a Dominicis totius anni, Superiorum mandato, Praedicatorem verbi Dei faciam, Deo juvante, munus meum feliciter prosequentem. Et quoniam locus iste multum est venerandus Miraculosa Icone Dei Genetricis Virginis Mariae, quotidianus (f. 501v) ex tota fere Polonia et Magno Ducatu Lithuaniae populi confluxus cogit me, ut Confessiones, tum ex munere Officii mei, tum Apostolatus his in Partibus, sempiterno quasi labore excipere debeam, ubi multi contingetur casus etiam ipsi Summo Pontifici reservati. Quapropter rogo Ill.mam Dominationem, Protectorem meum, quatenus Tua Reverendissima Dominatio dignetur haec Dominis et Protectoribus meis Propagandae Fidei Principibus Cardinalibus exponere, quemadmodum et ego expono et supplico, quatenus dignentur Domini mei applicare mihi has facultates, quae Alumnis Propagandae Fidei applicari solent.[166] Ego vero et EE. Principibus Propag. Fidei Cardinalibus fidelitatem, et tibi, Ill.me Domine, Protectori et Benefactori meo singularissima obsequia promittens et spendens, maneo irrevocabili cultu et obsequio.

Ill.mae Dominationis, Protectoris mei

Chelmae, die 17.8bris, 1750 Anno.

Ill.mae Dominationis, Protectoris mei indignus Filius,
Servus et Exorator
P. Metrophanes Mazanowski [167]
OSMB, Chel. M.A. (mp)

## 288.

*Polocia, 27.I.1751.*

*Relatio Consultorum Generalium de missione ad Metropolitam Kioviensem, ad concordandas modalitates eius Praesidentiae in Capitulo Generali, praesertim de loco Capituli, ob infirmitatem Metropolitae; petitio ad Nuntium Apostolicum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 521-522.

---

[165] Secretarius Congr. de Prop. Fide, Nicolaus Lercari (1744-1757).

[166] Praesertim agebatur de facultatibus confessandi peccata reservata, legendi libros prohibitos, fruendi indulgentiis etc.

[167] Metrophanes Mazanowskyj, Alumnus pontificius de Prop. Fide, ingr. 1748, ordinatus sacerdos 1750, et dein Missionarius, praedicator apud cathedram Chelmensem etc.; cfr. D. Blazejovskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students in the Pont. Coll. Urbaniano de Prop. Fide: 1627-1846,* in « *Analecta OSBM* », vol. IX, pag. 213-214.

Excell.me, Ill.me et Reverendissime Domine,
Domine et Protector Gratiosissime.

Ad illam, quam Rd.mus Generalis Ordoque noster integer semper experitur Ill.mae, Excellentissimae ac Rd.mae Dominationis Suae benevolentiam, vices horum ex istis Oris adimplentes recurrimus; fungimur hic legatione apud Ill.mum ac Rev.dmum Dominum Metropolitanum Russiae,[168] Praesentiam et Praesidentiam suam futuro Capitulo nostro Generali secuturae proximae aestatis ultimis imminenti, enixe exoptantes ac expectantes. Satis autem praevidentes Ill.m Metropolitanum Albam Ducalem aut Brestam, ad Civitates capitulariter pro celebrandis Capitulis alternative delectas, utpote infirmitate pedum gravatum proficisci, etsi ex animo vellet, minime valiturum, ipsi Novogrodecum (f. 521v), Civitatem solitae suae residentiae, multo viciniorem praeeligendam irrestricto Provinciae utriusque assensu, nobis delegata tractandorum isthic facultate mutuo concordavimus. Cum interim super hoc dispensatio desuper omnino expeti debeat, impetratis ab Ill.mo Metropolitano ad Suam Excellentiam instantialibus, suplices praesentes nostras annectimus, humillime rogantes, quatenus favoris Suae Excellentiae interventu dispensatum ejusmodi, quantocitius fieri poterit, obtineri Ordinique nostro transmitti possit. Sine hac enim Circulares per Monasteria, toto trimestri Capitulo praeire solitas, espediri non licebit.

Iter porro hinc Poczajoviam ad latus Rd.mi Generalis [169] hodie arripientes, ibidem rescriptum favorabile Suae Excellentiae (f. 522) praestolabimur, in profunda demissione manentes.

Polociae, 24 Januarii, 1751 anno.

Excellentissimae, Ill.mae ac Reverendissimae Dominationis Suae,
Protectoris Singularissimi humillimi, devotissimi Servi et Exoratores
GERMANUS JACKOWSKI, Ord. S. Basilij M. Ex. Prov.
Litt. Proto-Cons. (mpp)
SYLVESTER MALSKI, OSBM, ex Provincia Polona
Consul. Generalis (mpp).

## 289.

*Poczajovia, 1.II.1751.*

*Protoarchimandrita cum Consultorio Generali de proximo Capitulo Generali eiusque novo loco, ob infirmitatem Metropolitae, Praesidis; petitio ad Cardinales Prop. Fidei.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 525-526.

---

[168] Metropolitanus Kioviensis Florianus Hrebnyckyj (1748-1762) et Archiep. Polocensis (1716-1762). Cfr. *Epistolae Metropolitarum Kioviensium Catholicorum: L. Kiszka, A. Szeptyckyj, F. Hrebnyckyj: 1714-1762,* Romae 1959, ubi invenitur brevis biographia.

[169] Protoarchimandrita Basilianorum Hypatius Bilinskyj (1747-1751; 1759-1771). Obiit 8.IV.1771.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini,
Domini et Patroni Colendissimi.

Instante quadrigenalis Officii nostri termino,[170] id unicum muneris nostri erat humillimas Eminentiis Vestris referre grates pro beneficiis, quae toto hoc decursu Ordo noster abunde percepit; at praesentes emergentia cogunt nos annectere difficultates occurrentes et in post futuras, praevisas, ac adversum eas oportunam EE.VV. opem implorare.

Miseramus ad Ill.mum Metropolitanum Russiae duos Consultores generales,[171] Praesentiam et Praesidentiam ipsius Capitulo futuro rogantes. Sed Ill.mus Metropolitanus gravedine pedum illis se excusans, Brestam et Albam Ducalem civitates, celebrandis alternative Capitulis, Dubnensi Capitulo commodas judicatas et determinatas, (quoties ipsum per se praesidere optaverimus) prorsus recusavit. Adeo, ut praedicti Legati nostri, subverentes ne alium Praesidem in locum sui delegare velit (prout ipsum alias ad id resolutum intellexerunt) more, adusque a tempore, quo Capitula in Ordine nostro caeperunt, ferme impracticato; et tum rei novitate tum ferendi suffragii a non habente alias jus Capitulis interesse, aut in ijs votare, tum (f. 525v) aliis praejudiciis perspectis, vix feliciter practicando, debuerint, danti in optionem Novogrodecum Civitatem, solitae suae residentiae viciniorem; et eo se proficisci appromittenti, deferre; in quo quidem mutuo concordatum est. Ex quo tamen « nexus » cum Metropolitano sub tempus Dubnensis Capituli initus, nullibi, quam in locis capitulariter eo tunc decretis, Capitula celebrari obliget, nisi per Eminentias Vestras in hac dispensatum fuerit; idcirco initus,[172] nullibi, quam in locis capitulariter eo tunc decretis, Capitula celebrari obliget, nisi per Eminentias Vestras in hac dispensatum fuerit, idcirco me dispensationem praelibatam obtineri curaverint; quod quidem ipsi in reditu suo per Literas Excell.mo Nuntio scriptas praestiterunt,[173] de quibus omnibus ac primum certiores factis nusquam firmatum legamus; semperque protestemur talis « nexus » ligamina nunquam Ordini nostro esse accepta. Ut interim Circulares, juxta praedictum de loco celebrandi futuri Capituli concordatum, per Monasteria dissita tempestive publicari solite ac secure expediri possint, neque Metropolitanus, dispensationem ejusmodi requirens, iam appromissum Novogrodecum suum adventum (f. 526) difficultet, non intermittimus per praesentes humillimas nostras Suas Eminen-

---

[170] Capitulum generale an. 1751, Berestense II, 8-17.IX.1751; cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 25.

[171] I.e. Germanum Jackowskyj et Sylvestrum Malskyj; cfr. documentum praecedens n. 288.

[172] Capitulum Dubnense an. 1743 (27.V.-12.VI), in quo « nexus » initus fuit; cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De regimine Basilianorum Ruthenorum a Metropolita Josepho Velamin Rutskyj instauratorum*, Romae 1949, pag. 64 et passim.

[173] Consultores generales scripserunt Nuntio Apostolico die 27.I.1751 ex Polocia; cfr. n. 288.

tias pro declaratione super praemissis gratiosa suppliciter deprecari. In osculo Sacrarum suarum Fimbriarum manentes.

Poczajoviae, die 1 Februarii, 1751 Anno.

Eminentiarum Vestrarum, Dominationum et Patronorum Colendissimorum humillimi Servi et Exoratores

Hypatius Bilinski, OSBM, Protoarchimandrita (mpr).
Paphnutius Mankowski, ODBM. Proto-cons. (mpr).
Germanus Jackowski, O.S.B.M., ex Prov. Litt. Proto-cons. (mpr).
Sylvester Malski, OSBM, ex Provin. Polon. Cons. Gen. (mpr).
Gedeon Beyner, OSBM, Consultor Gen. ex Prov. Littuan. (mpr).
Justinus Ilaszewicz, OSMB, Secret. Generalis (mpropria).
Augustinus Nowosielski, OSBM, Secret. Congr. Ruth. etc. (mp).

## 290.

*Leopoli, 17.II.1751.*

*Basilius Boskovich refert de sua nominatione in Superiorem Leopoliensem, ut satisfaceret suae obligationi, ut Alumnus olim pontificius.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 517.

Ill.me, Rd.me Domine, Domine Protector Gratiosissime.

Litteras, mense Octobri proximi anni elapsi 1750 ad Ill.mam, Revd.mam Dominationem Vestram dedi,[174] quibus mei rationem feci, significando me post Lectoratum Philosophiae in Superiorem hujus Monasterij a Provincia esse constitutum, atque hic in Polonia, juxta mentem Sacrae Congregationis, commorari; idque nulla alia de causa notificavi, quam ut meae obligationi facerem satis, atque Ill.mam, Rev.mam Dominationem Vestram de meo statu certiorarem, sperans ab Ill.ma Dominatione gratiosissimam circa me probationem; verum dum nihil accipio, ad credendum inducor, meas literas aut non pervenisse, aut pro eo tempore Ill.mam, Rev.mam Dominationem Vestram gravioribus longe negocijs fuisse distractam; quomobrem, memor Voti in isto sacro loco facti, etiam saepius scribendi ad Sacram Congregationem, non oblivione debitae observantiae erga Ill.mam Dominationem Vestram, quam desiderio implendi voti facio, meque amplissimae Protectioni commendans, maneo.

Leopoli, 17 Februarii 1751.

Ill.mae, Rev.mae Dominationis Vestrae Cliens minimus

Basilius Boskovich[175]
Sac. Congreg. de Propaganda (mpp)
Ord. S. Basilij, Alumnus

---

[174] Cfr. documentum 283, de dat. 8.X.1749.
[175] Cfr. notam 127.

## 291.

*Torokanie, 24.XII.1751.*

*Littera P. Protoarchimandritae pro P. Athanasio Szeptyckyj, iuniore, qua datur licentia acceptandi nominationem in Archimandritam Kanioviensem; litterae Procuratori Generali.*

ASV, *Arch. Congr. Consist,: Acta...* vol. an. 1752. (stampa)

Rev.me ac Relig.me Pater et Frater Colendissime.

Notum esse arbitror Rev.mae Paternitati Vestrae, quomodo Adm. Rev.dus Pater Athanasius Szeptycki,[176] Profess. Provinciae Lithuanae, modernus *causarum curiae Episcopalis Leopolien. auditor*, non completo a finitis Romae studiis sexennio laborum, et non prehabitis, tum in Capitulo Generali manumissione transeundi a Prov. Lithuana ad Prov. Polonam, tum consensu a Superioribus Ordinis, contra Breve Benedicti XIII Papae,[177] inhibens sub poena inhabilitatis ad omnia officia et beneficia in procurantes sine praevio Superiorum consensu Praelaturas advitales data, similem procurationem, gratiam Regiae nominationis ad Prov. Polonae Abbatiam Caniovien. suffragio suorum benefactorum, fors ipse ne quidem de his cogitans, obtinuit, recurritque ad clementiam Summi Pontificis pro dispensatione in supra enumeratis impedimentis. Verum Sanctitas Sua servatas a Religiosis leges Ordinis nostri habere volens, Oratorem ad suos immediatos remisit Superiores. Cum igitur in praesentiarum praelaudatus Athanasius recurrerit ad me pro gratia concedendi consensus sibi ascendendi ad dignitatem Abbatis Caniovien., ego sciens non posse licite extradi consensum ante sublata praefata impedimenta (in quibus dispensare non esse auctoritatis Officii mei censeo) *suasi illi, ut iterum per supplices litteras Romam confugeret*, necessariam in suprascriptis obstaculis rogans dispensationem, ac tandem obtenta iam tali dispensatione ad me et Venerabile Consultorium Ordinis (ut juris est) pro habendo legitimo consensu recurreret. Si igitur praedictus Religiosus per suum aliquem Procuratorem gratiam dispensationis in praedictis a SS.mo D.no N.ro supplicaverit, pro eo tunc rogo Rev.mam Paternitatem Vestram, ut amplius non solum se non opponat, verum favorabilem illi ad effectum lucrandi gratiam dispensationis praebere faveat informationem; hoc solo praecauto, ut in sola lege sexennii laborum non completi, et in altera transitus a una Provincia ad alteram sine consensu Capituli Generalis nec non (si et inquantum incurrerit quomodocumque poenas in Brevi sa.me. Benedicti XIII latas) in impedimento huius

[176] Athanasius Szeptyckyj, iunior, Basilianus, Alumnus pontificius de Prop. Fide, ingr. 6.XI.1746, ordinatus sacerdos in Urbe ab Archiepiscopo Duracensi Schirò, Archimandrita Kanioviensis (1753), Provincialis Prov. Ruthenae (1759-1761), dein Episcopus Peremysliensis (1762-1779). Obiit die 8.VI.1779. Cfr. notam 114.

[177] Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 58-59, nr. 670, sub dat. 16.XII.1728.

Brevis benigne cum ipso dispensetur. Jam vero cum tali dispensatione praesentari se suis Superioribus, et alias necessarium consensum exportare, obtentoque consensu, Abbatialem ab Ill.mo, Excel.mo et Rev.mo Domino Metropolita totius Russiae benedictionem (ut moris est) obtinere teneatur.

Hocce negotium dum vigilantissimae Officii Rev.mae Paternitatis Vestrae attentioni insinuo, me ipsum amori fraterno et SS. Orationibus impense recommendo, ac cum apprecatione omnium sibi fortunatissimorum maneo cultu peculiari.

Rev.mae et Relig.mae Paternitatis Vestrae
addictissimus Frater et Servus obsequentissimus
HERACLIUS LISANSKI
Ordinis S. Basilii M. Congregationis Ruthenae Generalis (mp).

Torocaniis, die 24 Decembris 1751.

*retro*: Sacrae Congregationi Consistoriali particulari a SS.mo deputata.
Ordinis S. Basilii Magni. Dispensationis
Pro Rev.mo P. ATHANASIO SZEPTYCKI,
Ordinis S. Basilii, nominato Abbate Abbatiae Kanioviensis.

*Memoriale*. Typis Bernabò 1752.

## 292.

*Poczajovia, 22.I.1752.*

*P. Provincialis Sylvester Malskyj supplicat de manutenenda Provincia Ruthena penes monasteria minora, ne auferantur propter insufficientiam loci pro locandis Monachis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1750/52, vol. 114, f. 334-335.

Illustrissime et Excell.me Domine,
Domine ac Protector Clementissime.[178]

Singularis erga minimum Ordinem nostrum Suae Ill.mae Excellentiae Protectio, pridem nos suis mandatis promptos reperat nec in his nostra tardamus obsequia, quae Ill.ma Sua Excellentia tum propriis literis exequenda mandat, tum excerptis Excellentissimi Domini Nuntii Apostolici Rev.mo Proto-Archimandritae Ordinis, et mihi comprobat. Eaque respectiva sunt ad Provinciam Polonam, in qua Monasteria minoris sufficientiae, seu quae octo Monachos alere non possunt, ad mentem Decretalis SS.mi Domini Nostri Benedicti feliciter nobis regnantis omnino fore sufferenda.[179] Decretalis SS.mi Domini Nostri Pontificis Maximi, ut verum Sanctae Sedis Apostolicae Ora-

---

[178] Forsan agitur de Secretario P.F., Nicolao LERCARI (1744-1757).
[179] « *Inter plures* », de dat. 11.V.1744.

culum, reverentissimo a nobis omnibus osculo adoratur. Nec Ill.mus olim pie functus Antecessor Ill.mae Suae Excellentiae [180] diligenti studio imperia Sanctae Sedis Apostolicae in Decretali injuncta exequi neglixit. Imo illa sacrosancte, junctim cum Proto-Archimandrita Ordinis et Consultoriis, quo ad singula delibanda Puncta observavit; aliqua enim tenuioris fundationis Monasteriola sive Residentiae nuncuptae tam ex integro sublata sunt, (ut in seorsiva scheda ex Actis Ordinis excerpta adnotata perhibentur); aliqua vero ubi 5 aut 6 hic et nunc Religiosi commode sustentari possunt, propter Missiones exercendas circa fines Ukrainae et Valachiae, tum ob assiduas easque molestas Colatorum preces, tum ob spem non inanem melioris exdotationis, juxta Decretalem ipsiusmet SS.mi Domini Nostri, in qua per expressum legimus: — Plurium monasteriorum unionem faciendam esse, donec in singulis Monasteriis decem, vel saltem octo Monachi commode congregari valeant, sunt adunata Monasteriis majoribus, donec suam aptitudinem pro alendo praefixo numero Personarum sortiantur. — Nec novum istud in Provincia nostra recenseri debet, cum in Polonia et (f. 334v) Russia tot in aliis religiosis Ordinibus extra omnem invidiam tolerantur Residentiae, in quibus 4, 3, aut duae tantummodo Religiosae Personae degentes numerantur et curam animarum gerunt. Plures equidem illasque scommaticas imposturas et crises patimur a Polonis Magnatibus pro sublatione Monasteriorum minoris subsistentiae, innumeras procul dubio aversiones, odia, imprecationes patiemur, etiam scandala plebis, pro sufferendis aliis commodioribus Residentiis; quarum existentia neque videtur praejudiciosa esse Juribus Ecclesiasticis neque Iuribus vicinarum Parochiarum, neque animo nostras habitationes ampliandi imputanda; sed unico studio salutis animarum providendo conservanda. Aut certe si minores Residentiae nostrae (quarum numerus longe major est, quam sufficientiorum) supprimerentur, ignoro quo tot Monachi, ante Provinciam erectam, de consensu Ill.morum loci Ordinariorum aucti et Professi, locarentur. Monasteria enim paulo majora vix ad plurimum in tota Provincia viginti quinque reperibilia, eaque plena ubique suis Religiosis, etiam incapacia non modo alere, verum et complecti tantum numerum Monachorum transferendorum, nisi forte relictis senibus, aegrotis, valetudinariis, vegetiores Religiosi aut (quod avertat Deus) in hetherodoxas Partes migrent, aut sanioris mentis SS.mum Dominum nostrum turmatim adeant, suplicaturi pro se clementiam aut adacti extremis angustiis dimissionem a Religione. Monasteria quippe a nobis derelicta, in Ukraina sita, utpote Lebedinense, Mosznense, Lisianense, Kanioviense, Mankoviense, Berszadense, aliaque ad limites Regni occuparunt Schismatici, et alia relinquenda occupabunt. In medio vero Provinciae deserta uti Brzezanense, Decan. Brzezanensis Ritus nostri in praedium sibi convertit, Humieniecense, Tyszovecense, Zwiniacense,

---

[180] Non constat de quonam agitur; nam Fabritius Serbelloni an. 1746 (in martio) Viennam translatus, 1753 cardinalis creatus et tantummodo 1775 obiit.

Levkoviense, Bakocynense aliaque possiderunt Coloni. Ne igitur quid simile expositis contingat in futurum, Ill.mam Suam Excellentiam nomine afflictae Provinciae Polonae, plurimis odiis expositae, neo-erectae, et variis infortuniis vexatae suplex oro, dignetur Primatiali sua authoritate (f. 335) validissima sua interponere officia ad Excell.mum, Ill.mum Dominum Nuntium Apostolicum, exponendo humillimas preces nostras pro manutenendis etiam Residentiis, donec Dominus Deus providerit modos satisfaciendi mandatis S. Sedis Apostolicae, quam gratiam sicuti indubius spero, ita circa oscula Fimbriarum profundissima adoratione manere non desinam.

Illustrissimae ac Excellentissimae Dominationis Suae, Protectoris nostri benignissimi Exorator et servorum infimus.

Poczajoviae, 22 Ianuarii, 1752 anno.

SYLVESTER MALSKI, O.S.B.M. (mpr).

## 293.

*Roma, 16.III.1752.*

*Instantia Procuratoris Generalis in favorem P. Athanasii Szeptyckyj, iunioris, in Archimandriam Kanioviensem promovendi.*

ASV, *Arch. Congr. Consist.*: *Acta*... vol. an. 1752. (n.n.).

Ill.me ac Rev.me Domine, Domine Patrone Colendissime.

Mandatis obtemperando Ill.mae ac Rev.mae D.V. super precibus nomine P. Athanasii Szeptycki S. Congregationi isti porrectis, quo par est obsequio audeo animadvertere ipsum indigere dispensatione a Constitutione Capitulari, qua statuitur, ut illi, qui ex Alumnatibus a S. Sede concessis redibunt, et alii non pridem professi, non prius ad ulla officia promoveantur et promoveri se curent, quousque per sex saltem annos non merebuntur. Etenim cum anno 1748 discesserit e Collegio Urbano de Propaganda Fide, adhuc duo supersunt anni ad complendum sexennium in Capitulari Constitutione designatum. Duo potissimum eiusmodi Constitutio complectitur; primum scil., ut omni illicitae ambitioni via praecludatur, alterum, ut emeriti et habiliores Monachi ad regimen promoveantur; neutrum officit petitae dispensationi; etenim Ordinem, ne aliquem de sui promotione ad Archimandriam Canioviensem cogitasse testatur ipse Rev.mus P. Generalis Ordinis. Deinde de exiguo agitur monasterio in Dioecesi Kioviensi sito, cuius possessionem fere nunquam Abbates coepere, in eoque vix morati sunt; et quamvis ibi morarentur, non provecta in Abbate requireretur aetas, cum duo dumtaxat ibidem monachi degere soleant.

Quae autem ille gesserit, quae munia sustinuerit praeterito quadriennio, nota iam fuisse Ser.mo Regi, qui eum nominavit censeo; iis enim se permotum asserit sua Majestas. Scio tamen post suum ab hac Urbe Roma reditum fuisse a Provinciali Poloniae expeditum ad confinia Valachiae, ut

praedicatoris munus obiret, ac deinde Praesidem egisse apud Stauropigium Leopoliense, non cum exigua sui commendatione.

Quod vero transitum e Prov. Lithuana ad Polonam spectat, praefatus quidem Athanasius habitum quidem monasticum in Lithuana Provincia induit, in eaque professionem emisit. Postmodum vero ad monasterium Unioviense, circa an. 1740 transiit. Quo tempore nondum lata fuit lex de non transitu ex una in aliam Provinciam, quae dumtaxat lata fuit in Capitulo Dubnensi Generali, habito anno 1743. Ab illo tempore usque ad praesentem diem P. Athanasius Szeptycki semper in Prov. Polona permansit, adventus illius cura et impensis, fuitque in Collegio de Propaganda Fide ex parte eiusdem Provinciae, omniaque gessit sub obedientia illius Provincialis, ita ut vix eiusmodi transitus sit recensendus, cum praesertim per plurimum temporis ne in dubium quidem fuerit revocata. Quod si S. Congregationi hanc quoque dispensationem illi concedere videtur, et potissimum ratione, quod inconsulta S. Sede Apostolica ab ea discesserit Provincia, in qua monasticam professionem emisit exprimatur causa, enixe precamur, propter quam conceditur dispensatio, ne scilicet occasio inde praebeatur ex una in alteram Provinciam transeundi, eo solo fine, ut Abbatias assequantur.

Consensum vero quamvis apparet datum illi a Rev.mo Generali,[181] attamen cum hoc pertineat ad Consultorium etiam Generale, pro eodem obtinendo, in scriptis, prout moris est, remittendus videtur Orator, et pro benedictione obtinenda ad illum, ad quem spectat de jure, nulla facta mentione Metropolitani neque Ordinarii, ne nova inde oboriatur controversia, aut aliquod jus partibus attribui videatur, cum acerrima inter P. Generalem et Ill.mum Metropolitanum pendeat controversia, cui nimirum subiecti esse debeant Abbates, et quae potissimum fundatur in benedictione Abbatibus impertienda.

Haec cum ad conservandam in tota mea Congregatione tranquillitatem ac potius monasticam disciplinam, omni seclusa simulatione dixi, humillimo cum obsequio subscribor.

In Hospitio SS. Sergii et Bacchi, 16 Martii 1752.

Ill.mae ac Rev.mae Dominationis Vestrae devotissimus Servus
Basilius Boscovich[182]
Ordin. S. Basilii Magni, Congr. Ruthenae Procurator Generalis (mp).

P.S. - Accedit, quod praedictus P. Athanasius Romam venit nomine Provinciae Polonae, munitus credentialibus Rev.mi Generalis ex Lithuana Provincia electi.[183]

---

[181] Protoarchimandrita Basilianorum annis 1751-1759 erat Heraclius Lisanskyj.
[182] Procurator in Urbe (1752-1757). Cfr. notam 127.
[183] Heraclius Lisanskyj, Protoarchimandrita (1751-1759).

294.

(*Romae .... 1752*)

*Instantia P. Athanasii Szeptyckyj, iunioris, ut possit dispensari a diversis requisitis in ordine ad acceptandam nominationem in Archimandritam Kanioviensem, a suo Agente et Advocato praesentata.*

ASV, *Arch. Congr. Consist.*: *Acta...*, vol. an. 1752, (n.n.), (stampa).

Ordinis S. Basilii Magni. Dispensationis.

1. Em.me et Rev.me Domine. Supplex iterum redit ad Sacram hanc Congregationem P. Athanasius Szeptischi, sacerdos Professus Ordinis S. Basilii Magni Prov. Ruthenae, postulando humiliter dispensationem, qua valeat admittere gratiam Regiae nominationis Abbatiae Kanioviensis, sibi ex mera, Regiaque liberalitate impertitam minimeque ab eo procuratam, ut pandant litterae eiusdem Regiae nominationis, praesent. Summ. in calcem, 1.

2. Et licet ea dispensatio, in praecedenti congregatione habita, sub die 26.III. anni 1751 proxime praeteriti, ob aliquas peculiares facti circumstantias et praesertim propter expressum dissensum Superiorum Ordinis fuerit denegata, nihilominus in praesenti cum paenitus huiusmodi circumstantiae remaneant sublatae, et concurrat specialis assensus moderni Rev.mi P. Generalis praefati Ordinis,[184] quamadmodum docent litterae eiusdem Rev.mi P. Generalis, dicto Summ. num. 2, confidimus propterea Em.mos Patres responsuros fore pro concessione petitae dispensationis, prout denuo humillimis precibus, et obsequentissime supplicamus.

3. Duo siquidem requisita concurrere debent ad effectum, ut valide liciteque sacerdotes professi Ordinis S. Basilii Congregationis Ruthenae promoveri valeant ad Dignitatem Abbatialem; nempe, quod sit elapsum sexennium post reditum ex alumnatibus, a S. Sede concessis, quo tempore compleri possint solita munera et labores eiusdem Ordinis; quodque talis sacerdos promoveatur de consensu propriorum Superiorum; et tandem quod taliter promotus benedictionem petat a suo Superiore ordinario, quibus omnibus concurrentibus, quilibet memoratae Congregationis Religiosus absque ulla dispensatione ad Abbatialis dignitatis titulum ascendere potest, et in ea legitime permanere.

4. Quibus praemissis, inspiciendum est in praesenti casu quaenam deficiant requisita, propter quae dispensatio Apostolica petitur. Quantum ad consensum Superiorum Ordinis, probatum est in Summario num. 2., illum aperte concurrere, et quantum ad benedictionem petendam a suo Superiore ordinario, haec nunquam fuit in controversiam posita; ita ut Sacra Congregatio in Decreto super huiusmodi dispensatione relaxando potest etiam ad

---

[184] Heraclius Lisanskyj, Protoarchimandrita (1751-759).

cauthelam apponere conditionem, quod P. Athanasius, antequam ad Abbatiae possessionem immittatur, debet praefatam benedictionem postulare.

5. Deficit igitur alterum ex requisitis, quod adhuc non sit completum memoratum sexennium; verum hic defectus, quemadmodum constitit in duobus tantum annis, cum quattuor anni sint elapsi, non videtur tanti ponderis, ut efficax sit ad petitae gratiae dispensationis denegationem, uti EE.PP. ponderandum relinquimus.

6. Et praesertim, si respiciantur alia merita, et praerogativae dicti P. Athanasii, et munera, quae in sua Congregatione laudabiliter explevit, ut notum est Rev.mo Procuratori Generali, prout pro sua, qua pollet animi ingenuitate fateri non dedignabitur, quae merita et praerogativae fuerunt in causa, ut Ser.mus Poloniarum Rex, habita de his notitia, motu proprio dictae Abbatiae nominationem clementissime impartiri dignatus fuerit.

7. Et consequenter sublatis circumstantiis illis, quibus in praeterita congregatione difficilior reddebatur concessio gratiae dispensationis, et comperto, quod in praesenti concurrunt fere singulae ex illis, propter quas minime necessaria esset Apostolica dispensatio, sibi blanditur P. Athanasius Sacram hanc Congregationem benigniter exaudituram esse suis supplicationibus, atque postulatis, quae non adversantur neque Ordinis Constitutionibus, neque Brevi Apostolico sa.me. Benedicti XIII in Bullario in ordine il 250, neque moderna Decretali Summi Regnantis Pontificis incipienti: « Inter etc. », in Bullario tom. I, in ordine 98; cum in praesenti causa nulla prorsus considerari possit ambitus ratio,ad quam unice et Constitutiones Ordinis et Bullae Apostolicae respectum habuerunt. Quare etc.

Philippus Antonius Monaldini.

## 295.

*Torokanie, 18.VI.1753.*

*Protoarchimandrita cum Consultorio Generali gratias agit de confirmatione Capituli Generalis, de quibusdam litteris in forma Brevis, item de sensu quarti voti: de non ambiendis dignitatibus, eiusque necessitate ad frenandam ambitionem etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 7, fol. 621-622v.

Emin.mi et Reverendissimi Domini,
Domini Protectores Singularissimi.

Ea est Eminentiarum Vestrarum praevalida circa Ordinem nostrum propitia, nobis destinata Caelo protectio, cui duntaxat universam suam felicitatem Congregatio nostra Ruthenorum in acceptis se referre pofitetur. Et hinc est, quod ejusmodi Congregatio, quibusvis suis in negotijs, non alio enixissimas suas preces dirigere assoleat, quam ad compertam Eminentiarum Vestrarum clementiam. Recepimus, cum eo quo par erat cultu, gratique ani-



S. GREGORIUS NYSSENUS - S. BASILIUS MAGNUS
S. MACRINA - SOROR
(S. Tomasi: in altari laterali bas. Grattaferratensis)

mi sensu, confirmationem elapsi Capituli Brestensis,[185] et resolutiones Eminentiarum Vestrarum, suprema Sanctissimi Domini Nostri nunc feliciter Orbi Imperantis authoritate comprobatas, quibus ut quantocius ab universa Congregatione nostra satisfiat, ardentissimo studio, totaque virium contentione adnitemur, adjuncta quoque exemplaria typis impressa sapientissimae Epistolae Suae Sanctitatis in forma Brevis, itidem cum summa reverentia accepimus.[186] Sed duo potissimum ex venerandis Suae Sanctitatis hisce Literis redundare, quae dubios nos, anxiosque summopere reddunt, evidens est. Nimirum, an solemni illo, aeque cum alijs tribus, de non ambiendis Dignitatibus Ecclesiasticis, et Monasticis, voto quarto, dudum iam, quia sub erectam authoritate Sacrae Congregationis de Propaganda Fide primam Congregationem nostram Sanctissimae Trinitatis nuncupatam, in Capitulo primo Novogrodovicensi Anno Millesimo sexcentesimo decimo septimo sancito,[187] ac deinceps a singulis Monachis circa professionem emitti solito, praescriptaque possessione a Congregatione nostra firmato, teneamur? vel in praefato voto quarto, quod unice ad refrenandum (f. 621v) Monachorum ambitum facit, quodque a nullo usquam impugnatum fuit, neque Serenissimi Poloniae Regis, aut alterius Patroni libertatem praesentandi unquam offendit, eo quod salvo Patronorum Jure, solos Monachos duntaxat afficiat, dispensemur? Alterum vero est, an professi iam solemniter quartum votum, illo amplius non obligentur, aut hisce obbligatis, imposterum ad profitendam Religionem admittendi quarto ejus modi voto stringi haud debeant? Numque ex formula professionis eliminandum sit hocce quartum votum? Cardo scilicet Congregationis nostrae. Porro, sublatio hujusmodi quarti voti profecto secuturum disciplinae regularis lapsum minitatur. Cum enim stante ad praesens quarto voto, Juvenes Monachi, finitis studijs, a Superioribus tum ad propagandam in oris Russiae, schismate infectis, cum Sancta Romana Ecclesia Unionem, tum ad dicendas contiones, tum denique ad legendam Philosophiam, et Theologiam a Superioribus ordinentur, ut eo modo ad Episcopatus et Archimandrias capaciores reddi valeant; procul dubio sublato voto quarto, id nunquam amplius fore, in comperto est; quippe Juvenes Monachi, arctissimo hucusque vinculo quarti voti stricti, post hac vero solvendi, non attenta deinceps Superiorum voluntate, majorem conciliandae Patronorum benevolentiae, captandisque amicis, quam lucrifaciendis animabus navabunt operam, et sic indigni etiam, et inhabiles, cum ineffabili Sanctae Unionis periculo, ad Episcopatus, et Archimandrias promovebuntur. Praeterea, sublato quarto voto, nedum (f. 622) ordinaria Superiorum de Personis dispositio elidetur, verum etiam Paterna Suae Sanctitatis circa excitanda in Congregatione nostra stu-

---

[185] Cap. Generale Berestense II, diebus 8-17.IX.1751: M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 25.

[186] Ut videtur agitur de Brevi « *Inclytum quidem* », de data 12.IV.1753, quo Benedictus XIV cassavit Breve Benedicti XIII de non ambiendis dignitatibus de anno 1728. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 134-138, nr. 727.

[187] Capitulum generale Novogrodovicense an. 1617, diebus 20-26.VII. Cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 8.

dia providentia frustrabitur; Nam citra scitum, consensumque Superiorum promotis Monachis, potissimum vero Professoribus Philosophiae, aut Theologiae, caepto vix, vel non finito cursu, ad aliquam dignitatem de repente evectis, alios illico Professores, quibus haud superabundat Congregatio nostra, cum gravi difficultate sua, Monachorumque studentium injuria, quaerere, et in locum promotorum substituere, Superiores tenerentur.

Accedit deinde quod Superiores Monasteriorum ad aliquam dignitatem, clam Superioribus Ordinis, promoveri se curantes, reditus Monasteriorum, pro conciliandis sibi amicis, inclinandisque in sui favorem Patronis, nec non comparandis ijs, quae ad futuri sui status honestatem opportuna fore arbitrabuntur, impendent, Monasteriaque profecto extenuabunt; Nec calculus ab illis exigi valebit, quemadmodum nunc, circa accipiendum ab unoquoque promovendo Consensum, strictissime exigitur. Haec itaque sunt, aliaque complura, quae ex sublatione quarti voti, in perniciem, et lapsum disciplinae monasticae evidenter sequuntur, quibus inevitabiliter secuturis, ut efficaciter occurramus, ad pedes Eminentiarum Vestrarum, Amplissimorum Congregationis nostrae Patronorum, quorum praevalido Patrocinio suffulta indies, Deo auspice, crescit Congregatio Ruthenorum, supplices advolvimur, enixissime rogantes, quatenus gravissimis suis apud Sanctissimum Dominum Nostrum, Dominum Clementissimum interpositis officijs impetrare dignentur, (f. 622v) ut salvo Patronatus jure, quod nec minime unquam laesit quartum votum nostrum, Congregatio Ruthenorum Ordinis Sancti Basilij Magni supremo Sanctitatis Suae oraculo, ad finem coërcendi Monachorum ambitus, quarto voto omnino stringi debeat. Quam gratiam per benignissimam intercessionem Eminentiarum Vestrarum assecuti, jugibus Deum exorabimus precibus pro incolumitate, et felicissimis in Ecclesia Dei successibus Eminentiarum Vestrarum. Nunc vero in osculo Sacrarum Purpurarum manemus.

Eminentiarum Vestrarum humillimi, devinctissimi, obedientissimi, obligatissimi Servi

Torokanijs, 18 Junii 1753.

Heraclius Lisanski, Ord. S. Basilij M., Congr. Ruthenae Proto-Archimandrita (mmpr).

Theodosius Koniaczewski, O.D.B.M. Congr. Ruth. Cons. (mpr).

Hypatius Bilinski, O.S.B.M. Congr. Ruthenorum Consul. (mp).

Nicodemus Karpinski, Ord. S.B.M. Congr. Ruthen. Secretarius (mp).

Valerianus Podwieszczynski, Ord. S.B.M. Congr. Ruth. Secretarius Prov. Pol. (mpr).

## 296.

*Torokanie, 18.VI.1753.*

*Protoarchimandrita cum Consultorio Generali de Brevi pontificio et de dubiis de eius sensu et valore: de non ambiendis dignitatibus, de significatione traditionalis quarti voti, ut servetur, ad frenandos ambitus, etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 623-624.

Beatissime Pater, Domine, Domine Clementissime.

Quemadmodum a primis propagatae in Russia Unionis auspicijs ardentissimo semper studio constantissimoque animo Ordo noster Sancti Basilij Magni in id potissimum intendebat, ut supremis Sanctae Sedis Apostolicae praeceptis exactissime obsequeretur, ita non dissimili plane conatu idem Ordo noster Nationis Ruthenae per Venerandam Beatitudinis Vestrae Decretalem in Congregationem Ruthenorum benigne redactus, novissimae Beatitudinis Vestrae Epistolae in forma Brevis pro Congregatione nostra emanatae praesto obtemperare, tota virium contentione adnititur. Atque ejusmodi Sacrosanctam Beatitudinis Vestrae circa se Providentiam, eo quo par est cultu, gratissimique animi sensu prosequitur.

At duo occurunt, quae Universam Congregationem nostram dubiam reddunt, et in conscientias nostras anxietatem inducunt, nimirum: An solemni illo, aequaliter cum caeteris tribus, de non ambiendis Dignitatibus Ecclesiasticis et Monasticis voto quarto, adhuc sub erectionem primae Congregationis nostrae, olim Sanctissimae Trinitatis nuncupatae, in Capitulo primo Nowogrodovicensi sub anno Millesimo sexcentesimo decimoseptimo statuto, et deinceps ab unoquoque Monacho circa professionem usque huc emitti solito, praescriptaque possessione ab Ordine nostro firmiter stabilito teneamur? vel certe in ejusmodi quarto voto, quod plurimum ad continendum Monachorum ambitum conducit, quodque a nullo unquam, annis prope semiducentis, fuit impugnatum, neque Serenissimi Poloniae (f. 623v) Regis, caeterorumque Patronorum libertatem praesentandi unquam laesit, eo quod salvo per omnia Patronatus jure, solos Monachos duntaxat respiciat, dispensemur? Alterum est, num ij, qui hocce quartum votum iam solemniter professi sunt, illo amplius non obstringatur? aut istis iam obstrictis, admittendi imposterum ad profitendam Religionem ejusmodi voto quarto non ligentur? et num ex formula professionis eliminandum sit illud quartum votum? Cujus eliminatione attenta, sola imago horum, quae sequuntur, universae Congregationi horrorem incutit. Quippe disciplina Monastica in Congregatione nostra, sublato isto quarto voto, plurimum labefactanda praevidetur; Juvenes enimvero Monachi, qui finitis studijs, illico a Superioribus ad obeundas Russiae in Oris, adhuc Schismate scatentibus, Missiones, praedicandum verbum Dei, docendasque facultates disponuntur, ut eo modo ad Dignitates Ecclesiasticas et Monasticas habiliores reddi queant, non attenta deinceps Superiorum voluntate, captandae potius Jus Patronatus habentium benevolentiae quaerendisque amicis, quam adducendis ad gremium Ecclesiae Schismaticis, studebunt; ut, quantocius excusso Religiosae obedientiae jugo, etiam indigni, et plerumque inhabiles, cum evidenti Sanctae Unionis periculo, suffragante duntaxat sibi claritate Natalium, aut amicorum favore, eluctari valeant. Accedit, quod Monasteriorum Superiores inducta sibi in animum, clam Superioribus Ordinis, promotione ad Dignitatem Ecclesiasticam, vel Monasticam, extenuabunt procul dubio Monasteria, conciliandis (f. 624) sibi amicis, ad effectum promotionis suae necessarijs, comparandisqque ijs, quae

ad futuri sui status honestatem, opportuna fore judicabunt; nec calculus, ab illis, inscijs Superioribus promoveri se curantibus, exigi poterit, quemadmodum in praesentiarum circa accipiendum ab unoquoque promovendo consensum strictissime exigitur. Insuper, permissa praefati qquarti voti sublatio, nedum Superioribus, quod ad ordinariam personarum dispositionem maximam facesseret difficultatem, verum etiam Paternam Sanctitatis Vestrae circa erigenda in Congregatione nostra Studia Providentiam frustraret. Porro, citra scitum, consensumque Superiorum promotis Monachis, potissimum vero Professoribus Philosophiae aut Theologiae docendae destinatis, de repente, vix caepto, vel non finito cursu ad aliquam dignitatem evectis, subito alios Professores, quibus haud superabundat Congregatio, non sine gravi difficultate sua, studiosorumque Monachorum injuria quaerere, et in locum Promotorum sufficere Superiores tenerentur.

Haec sunt quae provoluti ad Sacratissimos Pedes Sanctitatis Vestrae supplices Oratores exponenda esse censuimus, rogando humillime, ut Sanctitas Vestra in ejusmodi supplicem libellum nostrum Clementissimos suos Oculos reflectere, et precibus nostris per Patrem Procuratorem Generalem Sanctitati Vestrae deferendis benignissimas suas aures praebere, ac praemissa dubia, quae Congregationem nostram Universam afficiunt, clementer resolvere dignetur, ut salvo Patronatus Jure, quod semper stante quarto voto nostro illaesum intactumque fuit, Congregatio nostra (f. 624v) propter vitandum ambitum, nimis Ordini pernitiosum, Supremo Sanctitatis Vestrae Oraculo ad servandum quartum votum teneatur. Nos vero huiusmodi Apostolici Sanctitatis Vestrae Gratiae compotes futuri, continuis Deum exorabimus precibus pro diuturna incolumitate et felicissimis successibus, circa Imperium Orbis Sanctitatis Vestrae. In cujus Sacrorum Pedum osculo manemus.

Torokanijs, die 18 Jun. 1753.

Beatitudinis Vestrae Scabella Pedum et indefessi Exoratores

Heraclius Lisanski, Ord. S. Basilij Magni, Congregationis Ruthenorum Proto-Archimandrita (mpr).

Theodosius Koniaczewski, Ord. S.B.M. Congr. Ruth. Consult. (mpr).

Hypatius Bilinski, O.S.B.M. Congr. Ruthen. Consultor (mpr).

Nicodemus Karpinski, Ord. S.B.M. Congr. Ruth. Secretarius (mpr).

Valerianus Podwieszczynski, Ord. S.B.M. Congr. Ruth. Secretarius ex Prov. Polona (mpr).

## 297.

(*Ex Russia*)... *1753.*

*Enucleatio iurium Basilianorum ad manutenendum eos penes Confraternitatem Stauropigianam Leopoliensem etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 7, fol. 675rv.

Enucleatio Jurium pro manutentione Religiosorum Patrum Basilianorum ad ecclesiam Confraternitatis Stauropigianae, sub titulo Assumptionis in Coelum Beatae Virginis Mariae, intra moenia Civitatis Leopoliensis sitam, eidem Confraternitati servientium.

Confraternitas Stauropigiana Leopoliensis, a primaeva sui fundatione liberam optionem habuit, Personas Spirituales, quae ipsi melius placuerint, ad ecclesiam suam assumendi; in fundamento ejudem Juris, simile beneplacitum praefatae Confraternitati subsequenter reservatum est. Anno 1589, die 13 Novembris, ubi exprimitur: — Sacerdotes, qui Confraternitati videbuntur assumere, eosque sibi non arridentes relegare —. Erectionis hujus plura in post documenta extiterunt, quibus habitis, eadem Confraternitas, uti et tanquam ecclesiae suae fundatrix, semper et ab immemorabili tempore de Ordine Sancti Basilii Magni Sacerdotes ad Divina peragenda assumebat, et hucusque assumit; in subsequens plurimi Regni hujus Nobiles, in hancce Confraternitatem intrantes, pro confirmatione Jurium, ecclesiae suae servientium, ad Serenissimos Polonianum Reges Vladislaum IV, Michaëlem, Joannem III, Augustum II, aliosque antecedaneos, instituerunt, Confirmationemque Iurium, per seorsiva a praelibatis Divae memoriae Regibus Privilegia obtinuerunt. In quibus omnibus Privilegiis, Religiosi Basiliani specificantur, et per eadem circa ecclesiam Stauropigianam manutenentur. Iis verbis, ibi: — Pro majori Gloriae Dei propagatione, et ecclesiae illius augmento, iisdem Provisoribus et Confraternitati ipsorum, circa ejusdem Beatae Virginis Assumptionis in Coelum ecclesiam, Religiosos Ritus sui alias Czercow, prout illis melius et commodius placuerit, fundandi, iisque de necessaria sustentatione providendi, et sine cujuspiam impedimento, difficultate et praesentatione, munere suo Provisoriatus fungendi et disponendi, prout ea omnia in suis Privilegiis, aliisque Literis, praefatae ecclesiae et Confraternitati servientibus, continentur et descripta sunt —.

Praemissis talibus Privilegiis, Juribus, consuetudine, pro majori eorundem robore, et firmitate, Universa Respublica sub Felicis Recordationis Serenissimo Sigismundo III,[188] Poloniarum Rege, basim addere volendo, Anno 1607, in Comitiis Generalibus Varsaviae celebratis, totum id per Constitutionem firmavit, fol. 840, Tit. de Religione Graeca, ibi ex polonico in latinum: — Confraternitates autem Ecclesiae Religionis Graecae circa Iura et Privilegia eorum conservamus —. Plures itidem Constitutiones Regni, id ipsum in se obloquuntur.

His Privilegiis et Constitutionibus Confraternitati Stauropigianae servientibus, de Anno 1704, Illustrissimus Josephus Szumalanski,[189] Episcopus Leopoliensis, etc., Administrator Metropoliae Kijovien.,[190] per seorsivas Literas suas

---

[188] Sigismundus III Waza, Rex Poloniae (1587-1632).

[189] Josephus Szumlanskyj, Episcopus Leopoliensis (1676-1708).

[190] Agitur de administratura non catholica, id est post obitum Antonii Wynnyckyj, Metropolitae Kioviensis non uniti (1676-1679).

authenticas in forma submissionis Confraternitati, die 11 Junii datas, una cum succedaneis suis, Episcopis Leopoliensibus, se obstrinxit et obligavit, nihil quidquam contra Jura, Privilegia, et Praerogativas Confraternitatis litigaverit; visis tamen ejusdem Juribus, recessit et spopondit, in dispositionem saepe dictae Confraternitatis et Religiosorum ab eadem acceptatorum non involare.

Tandem de Anno 1709 dicta Confraternitas, primaeva a sui erectione stabilita, Privilegiis Serenissimorum Regum firmata, Constitutionibus Regni corroborata, per Bullam S. Memoriae Clementis XI solidata,[191] una cum Religiosis Basilianis in sua libertate remansit, et a jurisdictione loci Ordinariorum exempta extitit; ibi: — Confraternitatem praefatam illiusque Officiales, et Confratres, ac Monachos, aliasque Personas praefati Monasterii eorumque res et Bona, ab omni et quacumque Iuridictione loci Ordinariorum Leopoliensium eximimus et liberamus —.

Vigore cuius Bullae exemptivae, inter saepe dictam Confraternitatem et Fiscalem Curiae Episcopalis Leopolien. de anno 1727, die Nona Septembris, emanavit Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, exemptionem supradictam praeseferens, nec ad plures Personas Spirituales sustentandas, sed non nisi ad quatuor Confraternitatem stringens, ne eadem sumptibus praeaggravetur.

Post haec Synodus Zamosciana, Anno 1720 celebrata, Authoritate Sanctae Sedis Apostolicae approbata, Titulo: de Parochis et Parochianis, fol. 106, Religiosos Basilianos circa ecclesiam Confraternitatis manutenuit, ibi: — Ecclesiae Parochiales, quae Regularibus ex sui fundatione vel juxta praescriptionem attributae sunt, per Regulares regantur. Reliquae omnes per Saeculares, neque amplius ipsarum natura mutetur —. Quae Synodus super rebus Ruthenorum congregata fuit.

In fundamento itaque praemissorum Jurium primitivorum, Privilegiorum, sancitarum Constitutionum, eadem Jura Confraternitatis firmantium, nec non a Sancta Sede Apostolica benigne sibi impertitorum, ad usque in tranquillitate, una cum Religiosis Basilianis, eadem Confraternitas Stauropigiana extiterat. Tandem, anno immediate elapso, Clerus saecularis, seu nonnulli ex eodem Clero Praesbyteri saeculares, privata sua bona studentes, jura praetactae Confraternitatis evertere intendendo, sinistre et ad malas suas informationes, quasdam Instantias favore sui, in eversionem praetactorum Confraternitatis Jurium procurarunt, et institerunt, ut Religiosos Basilianos ad eandem ecclesiam Confraternitatis ab immemorabili tempore existentes, a Confraternitate semper acceptatos, Devotioni studentes, Verbum Divinum praedicantes, in rebus Fidei Populum instruentes, bono Exemplo praeeuntes, ac alia quaequae munia Statum Spiritualem decentia peragentes, expellent et amoverent, seque in locum eorum ad

---

[191] Bulla Clementis XI, die 5.IV.1709; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II; pag. 9-11, nr. 628.

ecclesiam Stauropigianam introducerent. Quorum Presbyterorum saecularium ad ecclesiam praerecensitae Confraternitatis impositio, supra mentionatis Juribus summopere praejudicat, cui impositioni nedum Confraternitas altedicta opponitur, verum et Populus Parochianus intra moenia Civilitatis Leopoliensis existens, inutile prorsus dicti Cleri saecularis ad ecclesiam praefatam obsequium arbitratur.

## 298.

*Torokanie, 3.IX.1753.*

*Protoarchimandrita conqueritur de inobedientia Provincialis Polonae Provinciae in materia praetensorum monasteriorum, etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 685rv.

Ill.me, Excell.me et Rev.me Domine, Domine,
Protector Singularissime.

Redux a Ministris Magni Ducatus Lithuaniae (quos, ut iniquis Schismaticorum conatibus occurrerem, ineluctabilem necessitatem adeundo habui) ad Monasterium solitae residentiae meae destinatum,[192] duas colendissimae Excellentiae Vestrae R.mae recipi epistolas, quibus paterna, circa ea, qua mihi uno eodemque tempore obvenerunt, continetur providentia. Quandoquidem enim P. Provincialis [193] Provinciae Polonae de eliminanda ex Actis publicis Luceoriensibus manifestatione, mittendoque ad me ejusdem eliminationis testimonio, personaliter a me monitus, utrumque equidem, at usque post Consultationem suam (quam ignoro quo fine per modum Capituli Provincialis, me inconsulto, ac inaudito plane exemplo ex omnibus fere Monasteriorum Superioribus in Monasterio Szczeploten. coëgit) se facturum pro tunc pollicitus fuit; et nihilominus nunc promissis suis minime stetit; imo ex Consultatione ejusmodi, id ipsum, quod anterius inconsulte sane et temere Excellentiae Vestrae Rev.mae exprimere non est veritus, ad me quoque cum suis Consultoribus scribere non erubuit; constare scilicet sibi certo, nullum prorsus latum esse Decretum super divisione Monasteriorum inter utramque Provinciam, et idcirco (quemadmodum ille insolenter subjunxit) praefatam manifestationem nullatenus eliminandam esse. Quapropter opportunissima hujusmodi Excellentiae Vestrae Rev.mae providentia ardentissimo studio, uti contendo, et jam suprema Excellentiae Vestrae Rev.mae (f. 685v) mandata praefato P. Provinciali intimanda, per Emissarium nuper hinc expeditione, misi. Utinam hac comminatione ad

---

[192] Monasterium Torokanense, a Capitulo Dubnensi pro residentia Protoarchimandritarum ex Provincia Lithuana destinatum, dum pro Protoarchimandritis ex Prov. Ruthena monasterium Poczajoviense destinatum fuit.
[193] Provincialis Prov. Ruthenae P. Sylvester Malski (1751-1755).

meliorem frugem redeat, et sero saltem sapere discat P. Provincialis Poloniae! qui prima Excell. Vestrae Rev.mae jussa sacrosancte exequi teneatur. Utinam praeceptam sibi manifestationis eleminationem vel ad praesens perficiat.[194]

Ego vero ad compertam Excellentiae Vestrae Rev.mae supplex recurro clementiam, ne vitio restat universae Congregationi inobedientia unius Monachi, neque illa justissima offensa Excellentiae Vestrae Rev.mae, quae oritur ex pervicacia praefati Provincialis Poloniae, in totam Ruthenorum Congregationem redundet, illique officiat.

Qualem denique resolutionem, post intimata sibi Excellentiae Vestrae Rev.mae mandata, dabit praedictus Provincialis, de ea quamprimum Excellentiam Vestram Rev.mam certiorem reddere curabo. In praesentiarum autem, dum in hoc negotio ulterius dirigi me ab Excellentia Vestra Rev.ma enixissime precor, circa humillimorum obsequiorum meorum officia maneo.

Torokaniis, 3.7 bris 1753.

Excellentiae Vestrae Rev.mae humil.mus, devt.mus, obedien.mus et oblig.mus Servus

HERACLIUS LISANSKI
Ord. S. Basilii M.
Congregationis Ruthenae Protoarchimandrita (mpr)

## 299.

*Torokanie, 26.XI.1753.*

*Protoarchimandrita Cardinalibus de Prop. Fide de tentamine revocandi Monachos ex servitiis Confraternitatis Stauropigianae Leopoliensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 7, fol. 714rv.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini,
Domini Protectores Singularissimi.

Quaemadmodum eo potissimum intendo vires animumque meum, ut ardentissimo semper studio Supremis Sanctissimi Domini Nostri, et Eminentiarum Vestrarum Imperijs praesto paream, ita in negotio amotionis Monachorum a servitio ecclesiae Stauropigianae sodalitatis Leopolien., quam primum de hac executioni mandanda Excell.mus Dominus Nuntius Apostolicus Poloniae me certiorem facere dignatus est,[195] sedula animi contentione laborabam, ne mihi ullum prorsus spatium temporis elaberetur ad amovendos ab ecclesia Stauropigiana praefatos Monachos. Sed cum nedum ejusmodi enixissimus conatus meus frustrabatur, et irritus plane redde-

---

[194] Revera Manifestatio haec ex Actis Consistorii Luceoriensis latini eliminata et erasa fuit. Cfr. in documentis infra positis.

[195] Nuntius Varsaviensis Albericus Archinto (1746-1754); cfr. notam 178.

retur, verum etiam ipsi Excell.mo Domino Nuntio Apostolico tum per se, tum per me istam Monachorum a Stauropigiana ecclesia amotionem praecipienti nequaquam obtemperatum sit, proinde factum est, ut Monachi munus servitii sui ad Stauropigianam ecclesiam plus aequo obire prosecuti fuerint. Nunc vero cum EE. Vestrae expresse mihi demandaverint, ut pro Officio meo, quo in hac Congregatione servus inutilis fungor, nulla deinceps interposita mora a praedicta Stauropigiana ecclesia Monachos removerem, subito, praeduce mihi Apostolico praelaudati Excell.mi Domini Nuntij in exequendis apprime Sanctae Sedis Imperijs zelo, ego, non attenta iam Provincialis Poloniae (qui si duntaxat in fundamento Constitutionis Capituli Dubnen. exclusive ad Officium meum mutationem Personarum usurpat) causa, seu praetextu quocunque, Monachos ab ecclesia sodalitatis Stauropigianae Leopolien. abduci, (f. 714v) et illos in caeteris Leopolien. Civitatis Monasterijs inter collocari feci, in id praecipue incumbens, quod sacrosancte, et constantissime semper observavi, ut singulis Suae Sanctitatis, Eminentiarum Vestrarum, et Excell.mi Domini Nuntij Apostolici Mandatis extemplo satisfaciam. De hujusmodi itaque Monachorum amotione EE. Vestras quamprimum certiorando, me cum minima Congregatione mea validissimo EE. Vestrarum Patrocinio humillime commendo, ac in reverentissimo Sanctae Purpurae osculo maneo.

Torokanijs, die 26 Novembris 1753.

Eminentiarum Vestrarum infimus, devotissimus, obedientissimus et obligatissimus Servus ac Exorator

HERACLIUS LISANSKI
Ordinis S. Basilij M. Proto-Archimandrita (mpr)

## 300.

*Cholm, 7.XII.1753.*

*Relatio Metrophanis Mazanowskyj, olim Alumni pontificii, de sua activitate et ut possit consecrare in Azymo ad usum Latinorum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* a. 1754, vol. 757, fol. 62rv.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini,
Domini et Protectores Singularissimi.

Quartus jam elabitur annus, ex quo Congregationis Eminentiarum Vestrarum nutritus pane Romae in Collegio de Propaganda Fide Theologiae dedi operam. Quae vero mei Instituti ratio erat hucusque, jam anterioribus literis, tum ad Ill.mum Secretarium de Propaganda Fide, tum ad Ill.mum Nuncium, prout in Regno Poloniae et M.D. Litt. Missionum Praefectum, Sacram Congregationem certiorem feci; nimirum me Praedicatorem Verbi Divini tribus annis per Dominicas egisse, quarto autem labente in eadem ecclesia Cathedrali Chelmensi Praedicatione per Festa me teneri.

Cum vero saepius mihi contingit, maxime in Missionibus, consensu loci

Ordinarii mei obeundis (qua plusquam sexies annis elapsis absolvi), ut ob defectum Sacerdotis Ritus Romani populus devotus pane eucharistico careat, idcirco (f. 62v) supplex postulo Eminentias Vestras, quatenus mihi per singulare Sanctae Sedis rescriptum, consecrandi azymum Panem Eucharisticum et in populum distribuendum facultatem impertiri dignarentur. Quam gratiam, ut et alias infinitas Deus Ter Optimus Max. caelesti sua Benedictione remuneretur. Ego vero penes sacrae Eminentiarum Vestrarum Purpurae osculum perpetuo cultu et obsequio sum.

Eminentiarum Vestrarum, Dominorum et Protectorum Sing.rum indignus in Christo Filius et Exorator.

Datt. Chelmae, die 7.10bris, 1753 Anno.

P. Metrophanes Mazanowski,
O. S. Basilii Magni, Monac. Ruth. (mpr)

## 301.

*Poczajovia, 22.XI.1753.*

*Decretum Provincialis Consultorumque Provinciae Ruthenae datum in negotio monasteriorum controversorum et submissionis Decretis Sedis Apostolicae simulque revocationis cuiusdam Manifestationis in Consistorio Luceoriensi factae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 13r.

Transumptum Submissionis Decreto Sanctae Sedis Apostolicae in Causa Divisionis Monasteriorum inter Provincias Congregationis Ruthenorum Ordinis Sancti Basilii Magni lato, a Provincia tituli Protectionis B. Virginis Mariae datae.

Omnibus, et singulis, quibus interest, et in futurum intererit. Praesenti authentico Declarationis nostrae scripto notum facimus. Quia nos, licet quidem Anno immediate elapso Millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo, die vero Mercurij trigesima mensis Augusti, de Monasteriis inter Provincias controversis, ex ratione petitionis novae Audientiae apud Sanctissimum Dominum Nostrum Sanctamque ejus Sedem Apostolicam, coram Actis Consistorij latini Luceoriensis, et Notarij Apostolici Manifestationem fecerimus, nihilominus in sequelam mandatorum Illustrissimi, Excell.mi et Reverendissimi Domini, in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae Nuncij Apostolici,[196] deinde Reverendissimi Generalis, eandem Manifestationem Anno nunc currenti Millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio ex suprafatis Actis per Publicum authenticum Instrumentum eliminaverimus. Qua stante eliminatione, cum insuper Sacrae de Propaganda Fide Congregationi sub die vigesima secunda Septembris, in literis ad Reverendissimum Generalem datis, Anno moderno, visum fuerit, quatenus authenticam Decla-

---

[196] Nuntius Varsaviensis Albericus Archinto (1746-1754). Cfr. notam 178.

rationem emittamus, qua nostro et totius Provinciae nomine testemur debito cum Obsequio, Observantia, et Reverentia Summi Pontificis Decisiones suscipere, ideo praesenti sponsione reverentissime Decreta in Causa de Monasteriis inter Provincias controversis, Sanctissimi Domini Nostri, feliciter regnantis, Sanctaeque ejus Sedis Apostolicae acceptamus,[197] et acceptaturos nos cum praetacta Provincia spondemus, et profitemur, atque in fidem praemissorum praesentem sponsionem, circa Provinciae sigillum manibus propriis subscribimus.

Dabantur in Monasterio nostro Poczajoviensi, in Consultatione die vigesima secunda Novembris, Millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio Anno habita.

SYLVESTER MALSKI, Ord. Sancti Basilij M., Provin. Ruth. Provincialis (mpr).

PAPHNUTIUS MANKOUSKI, Ord. Sancti Basilij M., Proto-Consultor Provinciae (mpr).

JOSAPHAT PRUNICKI, Ordinis Sancti Basilij M., Consultor Provinciae (mpr).

SYLVESTER KOBLANKI, Ordinis Sancti Basilij M., Consultor Provinciae (mpr).

JOSAPHAT WYSOCKI, Ordinis Sancti Basilij M., Consultor Provinciae (mpr).

METHODIUS HORDOUSKI, Ord. Sancti Basilij, Secretarius Provinc. (mpr).

(L. S.)

Praesens transumptum submissionis, Decreto Summi Pontificis de controversis inter Provincias Congregationis Nostrae Monasterijs lato, datae a Provincia Polona Protectionis B.mae Virginis MARIAE nuncupata, de verbo ad verbum cum suo Originali concordare testor, et ob majorem hujus fidem et robur penes sigillum officij mei Proto-Archimandritalis me subscribo.

Datum in Residentia mea Proto-Archimandritali Torokanensi, die decima Decembris Millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio Anno.

HERACLIUS LISANSKI,
Sacrae Theologiae Doctor,
Ordinis S. Basilij Magni
Congregationis Ruthenorum Proto-Archimandrita (mmpr)
NICODEMUS KARPINSKI,
O.S.B.M. Secret. Generalis (mpr)

## 302.

*Torokanie, 17.XII.1753.*

*Protoarchimandrita Cardinalibus de Prop. Fide de tentaminibus cum Provinciali Prov. Ruthenae eliminandi quoddam documentum ex Actis Notariatus Luceoriensis, Sanctae Sedi offensivum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 7, fol. 730rv.

---

[197] Decisiones hae in Septembri 1750 factae fuerunt per litteram Nuntii Apost. Alberici Archinto (1746-1754).

Eminentissimi et Reverendissimi Domini,
Domini Protectores Singularissimi.

Dudum iam, ex Mandato Ill.mi et Rev.mi Domini Nuntij Apostolici, in Regno Poloniae feliciter commorantis, precibus primo, dein svavibus adhortationibus, post hac vero vehementioribus monitis, et severioribus paenarum comminationibus conabar omnino flectere animum Patris Sylvestri Malski, Provincialis Provinciae Polonae,[198] ad eliminandam ex Actis Consistorij Latini Luceorien., temerario plane ausu factam, adversus latum a Sanctissimo Domino Nostro, et a Sua Eminentiarum Vestrarum Congregatione, in causa de Monasterijs controversis Decretum, manifestationem. Sed frustra laboravi, usque quo adoranda EE. Vestrarum Epistola ad me die 22 Septembris praeteriti benigne data pervenit.[199] Qua a me Patri Provinciali Poloniae extemplo communicata, tandem ab illo et Consultoribus Provinciae ejusdem, tum praefatam Manifestationis eliminationem, tum declarationem inscripto parendi Decisioni Summi Pontificis obtinui, eandemque Ill.mo et Rev.mo Domino Nuntio Apostolico remisi. De hujusmodi EE. Vestrarum Imperio, pro ardentissimo meo studio exequendi singula EE. Vestrarum Mandata, ad effectum deducto, dum humillime certiores reddo Eminentias Vestras, minimam nostram Ruthenorum Congregationem, et me ipsum, a juventute gratijs Eminentiarum Vestrarum enutritum et (f. 730v) protectum ulteriori validissimo Patrocinio supplex commendo, ac in reverentissimo Sacrae Purpurae osculo maneo.

Torokanijs, die 17.Xmbris 1753.

Eminentiarum Vestrarum humillimus, devotissimus, obligatissimus et obedientissimus Servus

HERACLIUS LISANSKI
Ordinis S. Basilij M. Proto-Archimandrita (mp)

## 303.

*Torokanie, 17.XII.1753.*

*De conversione ad fidem catholicam cuiusdam parochiae Solomerecensis, de instantia Schismaticorum Lithuaniae in restitutionem monasteriorum occupatorum, de actione Unitorum contra Schismaticos.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 30-31.

Eminentissimi, et Rev.mi Domini, Domini Protectores Singularissimi.

Cum Deus ter Optimus Maximus nedum rebus propagandae, verum etiam tuendae in universo terrarum Orbe Fidei Catholicae, ex singulari sua

---

[198] P. Sylvester Malski, Provincialis Prov. Ruthenae (1751-1755).

[199] Cfr. Litterae S. C. de Prop. Fide, vol. IV, pag. 283-284, nr. 1902, de del. 22.IX.1753, ad Nuntium Varsaviensem; ad Protoarchimandritam non invenitur.

Providentia Eminentias Vestras praeposuerit, hinc est quod nos in perquam arduo Unionis Fidei cum Sancta Romana Ecclesia negotio, non alio, quam ad Eminentias Vestras supplices preces nostras dirigimus, et ab illis amplissimam protectionem imploramus.

Anno immediate praeterito in Decembri, et praesente ad finem iam vergente in Januario, Professi Provinciae Lithuanae Congregationis nostrae Ruthenorum, Deo auspice, Monasterium Schismaticorum Solomerecense nuncupatum, pauperrimum quidem, attenta Fundorum tenuitate, at copia Parochianorum conversorum locupletissimum, ad Ovile Christi adduxerunt, et ad recognoscendum Universalem Ecclesiae Pastorem permoverunt, de cuiusmodi animarum lucro Ill.mus, et Rnd.mus Dominus Nuntius Apostolicus contemporanee certior factus est,[200] datusque illi Elenchus notabiliorum Personarum conversarum, quem arbitramur ab eodem ad Eminentias Vestras remissum esse. Hanc Monachorum Provinciae Lithuanae operam Schismatici acerrime ferentes, elapso proxime Septembri ad Iudicia Regia Assessorialia dicta, stipati Ministrorum Moschoviae Commendatitiis literis, Provinciam Lithuanam adcitarunt, non ad effectum unius duntaxat, quod novissime Sanctae Unioni assertum est Monasterij Solomerecensis, verum etiam aliorum quae anterius Provinciae Lithuanae Monachi Deo, et Ecclesiae Sanctae lucrifecerunt, eripiendorum. Et de huiusmodi, a frementibus adversus Provinciam Lithuanam, eidemque extrema quaeque dudum minitantibus Schismaticis, intentata lite, nos informati, nulla prorsus interposita mora, ad Ill.mum et Rev.mum Dominum Nuntium Apostolicum recurrimus, illique supplicavimus, (f. 30v) quatenus Provinciam Lithuanam hac in Causa valida sua authoritate protegeret, defenderetque. Et de facto Ill.mus, et Rev.mus Nuntius Apostolicus,[201] pro insignissimo suo vereque Apostolico zelo, interpositis gravissimis Officiis suis, tantum apud Pro-Cancellarium Magni Ducatus Lithuaniae, qui Iudiciis Regiis Assessorialibus praesidebat, effecit, ut hic praefatam causam ad futuram iuris differet. Quandoquidem vero Schismaticos, Moschorum Imperatricis protectione fretos,[202] maiorem procul dubio in futura iuris contra Provinciam Lithuanam impetum facturos, certo nobis innotuit, proinde nos istud suscepimus consilium, ut pro futuris Iudiciis Assessorialibus, sub Comitia Regni Generalia in Septembri celebranda, peragendis, Schismaticos quoque Provincia Lithuana citet, ad finem vindicandarum ab iis ecclesiarum pro Unitis fundatarum, quas inique possident, quatenus hoc modo aut omnino illi etiam, qui restitui sibi Monasteria nostra tanto studio contendunt, restituant, Unitis tempore hostilis calamitatis occupatas ecclesias, aut saltem intenti eorum ad evellanda a Provincia Lithuana Monasteria conatus retundantur. Verum ut hocce consilium, a nobis initum, Sanctae

---

[200] Nuntius Varsaviensis Albericus Archinto (1746-1754).
[201] Cfr. supra, nota 200.
[202] Czarina Elisabetha Petrovna, Imperatrix Moscoviae (1741-1762).

Unioni utile sit, Provinciaeque Lithuanae succedat, acclines Eminentiarum Vestrarum pedibus suppliciter precamur, ut interpositis maxime valituris suis officiis, a SS.mo Domino, Domino Nostro Clementissimo, impetrare dignentur literas commendatitias in forma Brevium ad Serenissimum Poloniarum Regem, Primatem Regni, Cancellarium, et Pro-Cancellarium Magni Ducatus Lithuaniae,[203] fine protegendae contra Schismaticos Provinciae Lithuaniae expediendas, cuius Eminentiarum Vestrarum gratiae compotes futuri, continuis Deum (f. 31 exorabimus precibus, pro felicissimis circa Propagandam in Universo Orbe Fidem Catholicam Eminentiarum Vestrarum successibus. Nunc vero circa osculum Sacrae Purpurae manemus.

Torokaniis, 17.Xmbris 1753.

Eminentiarum Vestrarum humillimi, devotissimi, obedientissimi, et oblig.mi Servi.

Heraclius Lisanski, Ord. S. Basilij M., Proto-Archimandrita (mp).

Theodosius Koniaczewski, O.S.B.M., Consultor Generalis (mp).

Hypatius Bilinski, O.S.B.M., Consultor Generalis (mp).

Nicodemus Karpinski, Ord. S.B.M., Secretarius Congr.nis Ruthenorum (mp).

Valerianus Podwieszczynski, O.S.B.M. Secretarius Congregationis Ruthenorum (mpr).

## 304.

*Torokanie, 24.XII.1753.*

*Protoarchimandrita cum Consultorio Generali de s.d. quarto voto: de non ambiendis Dignitatibus, eiusque sensu, momento, de modis in promotione Religiosorum, de licentia danda Superiorum, de recursibus contra inobedientes etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 65-66, 68-69v.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini,
Domini Protectores Singularissimi.

Si caetera Eminentiarum Vestrarum Beneficia, eaque prope innumera, in nos, et universam Congregationem Ruthenorum liberalissime profusa, nostris vero cordibus alte impressa, nobis deessent, profecto, vel una novissima Eminentiarum Vestrarum gratia, per quam quartum illud solenne votum Congregationi nostrae perpetuo assertum est, movet nos ad debita, quae Eminentijs Vestris firmissime profitemur obsequia.

---

[203] Joannes Malachowski - Cancellarius magnus Poloniae (1746-1762). Federicus Czartoriski - Cancellarius Lithuaniae (1751-1775); cfr. *Documenta Pontificum Romanorum,* vol. II, pag. 140-148, nnr. 735-738, de dat. 20.III.1754.

Quemadmodum vero quartum ejusmodi solemne votum, ab Ordine nostro hic in Russia, Dei auspice, propagato, dudum jam possessum et a Sacra Sede Apostolica approbatum, ad continendum Monachorum ambitum plurimum semper conduxit, ita vinculum illud, quo promovendi ad Praelaturas Monachi obstricti, citra assensum a Superioribus suis hucusque dari solitum ascendere haudquaquam potuerunt, in quarto hocce voto firmiter fundatum, et ex eodem voto promanans, mirum in modum Religiosos ab immatura promotione sui arcebat, et eos a captanda Patronorum Amicorumque benevolentia avertendo, ad curandum animarum lucrum, ardentissimum extirpandi Schismatis studium, et caeteros in Vinea Christi pios labores, ultro suscipiendos, animabat. Palam enim omnibus in hac nostra Congregatione notum fuit, non potuisse quempiam promoveri, nisi illi licentia Superiorum suffragaretur; hujusmodi vero licentia (f. 65v) ijs promovendis duntaxat a Superioribus dari solebat, in quibus magis splendor virtutis, quam sola natalium claritas refulgebat, et quorum ab ineunte Professione exacta regularum observantia, sufficiens literatura, et vita incontaminata, habitudinem ad munera Ecclesiastica, et Monastica commendabat. Hinc licet firmissime sentimus, quod a Sactissimo Domino nostro, feliciter Orbi imperante, per sapientissimum suum Breve, quod incipit: « Inclytum quidem Sancti Basilij Magni Ordinem », die 12 Aprilis anni labentis emanatum,[204] a Sacraque Eminentiarum Vestrarum Congregatione per litteras sub die 20 Augusti datas,[205] consensus promovendis Monachis a Superioribus dari solitus, ut respicit jus Patronorum, sublatus est; eundem tamen consensum, ut hic solos duntaxat respicit Monachos, et ad frenandum eorum ambitum, qui crebro citra voluntatem Superiorum, ad dignitates Ecclesiasticas, et Monasticas eluctari cupiunt, plurimum deservit, nequaquam sublatum esse liceret nobis cogitare, opinamur. Quemadmodum enim Patronis liberrimum est, suffragante sibi jure Patronatus, huic, aut alteri Monacho Beneficium conferre, ita unicuique Monacho, solemni voto obedientiae ad obsequendum Superioribus adstricto, nullatenus liberum esse videtur, ut non quaesitis, inconsultis, inscijsque Superioribus promoveri se vel cogitare possit, imo Superiores ipsos simili Monachorum promotioni voto obedientiae (f. 66) dissonae, ac per totum contrariae et de consequenti illicitae, ad ponendum obicem teneri arbitramur.

In cujusmodi hanc nostram opinionem vel ex ipsis Sanctissimi Domini Nostri Brevis, et posterioris Eminentiarum Vestrarum Epistolae contentis facile inducimur, quibus in praesenti nostro negotio ad Sacros Canones, eorumque praescriptum remittimur. Jam vero istam Superiorum facultatem, quae videlicet solos tantummodo Monachos respicit, in Sacris Canonibus solide fundari patet nobis, quippe: — Religiosus, qui velle, et nolle suum

---

[204] Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum,* vol. II, pag. 134-138, nr. 727, sub dat. 12.IV.1753: « Inclytum quidem ».

[205] Cfr. *Litterae S. C. de Prop. Fide,* vol. IV, pag. 277-8, nr. 188, de dat. 25.VIII.1753 ad Prot.

non habet, et cujus arbitrium ab imperio Superioris dependeat, si electionem sui ad aliquam dignitatem, sine scitu et voluntate Superioris procuraverit, aut illam etiam non procuratam a se, acceptaverit, culpabilis est, et similem electionem ipso facto pro irrita et nulla declaratam esse, ex ijsdem Sacris Canonibus evidenter constat —. Quapropter ipsae poenae, quas Sacri Canones Monachis, citra licentiam Superiorum promoveri se curantibus, comminantur, nobis quoque penitius id incutiunt, quo Monachi promovendi, antequam Patronorum Praesentationem sui ad Beneficium vacans acceptent, Superiores de hujusmodi promotione certiores reddere teneantur.

Praeterea facultas haec, quae circa ascensum Monachorum a Superioribus dabatur, regularem Personarum dispositionem, potissimum vero exactum studiorum ordinem in Congregatione nostra fovit. Nullus quippe Professor Theologiae, aut Philosophiae docendae operam navans, ausus fuit (f. 66v) unquam, abrupto cursu medio, aut vix inchoato, caeco impetu ferri in sui promotionem, quia prae oculis quilibet habuit, Superiores, de sui ambitu redditos certiores, profecto praecoci suae promotioni obstituros. Secus eveniret in casu concessae Monachis libertatis acceptandi Praesentationem ad Beneficia sine assensu Superiorum; tunc enim procul dubio Professores, non attenta deinceps circa promotionem sui Superiorum voluntate, haud finito, imo vix caepto cursu promoverentur, et sic miseros suos discipulos sine ullo eorum profectu, et cum Religionis damno, deciperent; Superiores vero ad quaerendos identidem alios et alios Professores adigerentur, cum inordinata confusione dispositionis personarum.

Accedit quod licentia praefata, a Superioribus promovendo quolibet Monacho dari solita, provide Monasteria, quorum Superiores promoveri contingebat, a damnis quibusvis immunia servavit; quilibet enim vero Superior Monasterij, qui ad aliquam dignitatem assumendus erat, circa ipsum consensum a Superioribus accipiendum stringebatur praevie ad calculum de reditibus Monasterij iisdem Superioribus dandum; sublata vero praefata licentia, citra dubium Superiores Monasteriorum, dilapidatis in promotionem sui Monasteriorum Facultatibus, clam Superioribus Congregationis regularibus promoverentur, cum ingenti damno Monasteriorum. Quorum utique damnum ex vinculo conscientiae, Superiores vindicare a sic praepostere promotis per viam juris tenerentur, dareturque campus (f. 68) infinitarum litium, Praelatos inter, et Ordinis Superiores, ac consequenter charitas inter eos frigesceret, tranquillitas autem publica Ordinis, internaque par, per totum exularet.

Deinde quemadmodum isthaec facultas, quam Superiores promovendis Monachis dare solebant, optimos semper Ecclesiis Pastores, et Monasteriis Abbates providebat, ita deinceps indigni plerumque Monachi, et incapaces, non quaesito, nec expectato a Superioribus suis Regularibus assensu, aut dissensu, solo duntaxat suffragio Consanguineorum, Amicorumque sibi assistente, dignis, capacibus, et emeritis, qui scilicet praedicarunt, docuerunt, missiones exercuerunt, ad munera Ecclesiastica et Monastica palmam



LITURGIA S. BASILII MAGNI
(In altari S. Basilii in basilica S. Petri, Romae)

praeripient, non sine evidenti periculo animarum, quibus pascendis praeficientur. Cum porro Consanguinei, praesertim laici, Amicique Monachorum non raro quaerant ea, quae sua sunt, non quae Jesu Christi, haud attenta capacitate, aut vitae exemplaritate suorum consanguineorum Monachorum, sine dubio illos promovebunt, ut Monachi promoti sibi posthac ex Bonis Ecclesiarum, et Monasteriorum benefaciant.

Sic novissime contigit, quod Frater saecularis unius Monachi Juvenis, Vilnae Theologiae operam dantis, rogaverit Supremum Magni Ducatus Lithuaniae Cancellarium,[206] ut favore Fratris sui Privilegium pro Abbatia Onufriensi a Serenissimo Rege subscribi procuraret, et a se sigillari dignaretur, asserendo, ad id facilius impetrandum, Fratrem suum (f. 68v) Monachum Vilnae munus Concionatoris jam obire, cum adhuc ille vix medium cursum Theologiae attigerit, et de facto Frater saecularis pro Religioso instans, votis suis potitus fuisset, nisi dolus defectus Supremo Magni Ducatus Lithuaniae Cancellario innotuisset. Et ecce dolosam, plurimumque pernitiosam, citra scitum voluntatemque Superiorum promotionem a Consanguineo Monachorum, Saecularibus, et Amicis! quibus absolute ignota est capacitas Monachorum, et solis tantum Superioribus uniuscujusque Monachi conversatio, inclinatio, et habitudo (quod a nullo in dubium vocari potest) luculenter constat.

Haec sunt copiosius exposita Eminentiis Vestris, multo plura nihilominus ex promotione Monachorum citra scitum Superiorum inevitabiliter secutura, quorum vel sola imago metum incutit, subticemus, ne nimia prolixitate praesentis epistolae nostrae clementissimos Eminentiarum Vestrarum oculos offendamus. Circa cujus opinionis nostrae humillimam expositionem enixissimis Eminentias Vestras exoramus precibus, quatenus ejusmodi opinionem benignissime nobis resolvere dignentur.

Supplicamus denique Eminentiis Vestris, ut hoc quoque decernere faveant, a quo scilicet in nostra Congregatione, per gratiam feliciter nunc regnantis Summi Pontificis a jurisdictione (f. 69) Metropolitani, caeterorumque loci Ordinariorum exempta, adversus Monachos, qui, stimulante ambitu, dignitatem aliquam clam sibi procurabunt, poenae Canonicae extendendae erunt? Cum ij, qui nominationem Serenissimi Regis, aut alterius Patroni adipisci solent, illico se, a debita obedientia Superioribus Regularibus praestanda, temere eximi contendant, quod ipsemet modernus Dominus Metropolitanus Russiae aegerrime ferendo, in Capitulo primo Brestensi,[207] cui in persona praesidebat, statui fecit, ut Religiosus eousque sub obedientia suorum Superiorum maneret, quousque in actualem possessionem Beneficij non intraret, hujusmodi Constitutionem Actis Capituli primi Brestensis, n° 22,

---

[206] Cancellarius Lithuaniae Federicus Czartoriski (1751-1775).

[207] Metropolitanus Kioviensis Florianus Hrebnyckyj (1748-1762) et Archiepiscopus Polocensis (1716-1762). Capitulum Berestense an. 1751.

omnino inseri curavit. Quam Constitutionem inter sapientissimas Resolutiones Eminentiarum Vestrarum, Capitulum nostrum ultimum Brestense concernentes providissime emanatas, abrogatam esse non legimus.

Ad has itaque supplicissimas preces nostras, quas eo dumtaxat fine ad Eminentias Vestras dirigimus, ut bono in Congregatione ordini, monasticaeque disciplinae prospiciatur, malaque plurima ex ascensu Monachorum, inscijs Superioribus, in Congregationem certo promanatura, mature avertantur, nostrisque conscientiis consulatur, favorabile Responsum praestolamur, Sacram (f. 69v) Eminentiarum Vestrarum Purpuram reverentissime exosculantes.

Eminentiarum Vestrarum humillimi, devotissimi, obedientissimi et obligatissimi Servi et Exoratores

Heraclius Lisanski, Ord. S. Basilij M. Proto-Archimandrita (mp).

Theodosius Koniaczevski, O.S.B.M., Consultor Congr. Ruth. (mpr).

Hypatius Bilinski, O.S.B.M., Consultor Congr. Ruthenorum (mpr).

Nicodemus Karpinski, Ord. S.B.M., Secretarius Congr. Ruth. (mpr).

Valerianus Podwieszczynski, O.S.B.M., Secretarius Congr. Ruth. (mp).

Datt. Torokaniis, die 24.Xbris 1753.

## 305.

(*Luceoria*)... *1753.*

*De eradenda ex Actis publicis quadam Manifestatione P. Hieronymi Oziemkiewicz, nomine totius Provinciae factae, Sedi Apostolicae offensivae, in causa de monasteriis controversis inter Provincias.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 11rv.

Universis et singulis quorum interest aut intresse poterit, praesenti authentico Declarationis nostrae scripto notum facimus, quod nos die trigesima Augusti anni 1752, per R.P. Hieronymum Oziemkiewicz Ordinis nostri, Monasterii Luceoriensis tunc temporis Superiorem, Manifestationem nostro ac totius Provinciae nostrae Polonae nomine, coram Actis Consistorii latini Luceoriensis et Notarii Apostolici fecimus,[208] in causa divisionis Monasteriorum inter Provinciam nostram ac Lithuanam, a SS.mo Domino Nostro factae. Quae sane Manifestatio cum a S. Congregatione Propagandae Fidei supremae Sanctitatis Suae, et Sedis Apostolicae auctoritati, sapientissimo eiusdem S. Congregationis judicio, dignitati Excell.mi et Rev.mi D. in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae Nuntii Apostolici, cui Sanctitatis Suae et Sacrae Congregationis nomine scribenti fidem indubiam debere ultro fatemur, necnon Ill.mi ac Rev.mi D. Georgii de Lascaris, Episcopi Zenopolitani integritati,

---

[208] Manifestatio haec sat longam habuit historiam, antequam ex Actis Notariatus erasa fuit.

injuriosa judicata fuerit, ac digna quae ex Actis publicis omnino eradatur, nos illam non modo privatim sincero animo improbavimus ac damnavimus, verum etiam in obedientiae nostrae testimonium ex praefatis Actis sub die 27 mensis Novemb. anni currentis [209] 1753 (f. 11v) eliminandam curavimus. Quovero sincerae voluntatis nostrae, nostraeque humillimae erga Sanctitatem Suam, S. Congregationem, ac Sedis Apostolicae Ministros observantiae publicum aliquod certumque in hac Causa exstet documentum, nos omnes infrascripti, non tantum nostro, sed et totius Provinciae nostrae nomine, quovis meliori modo praesenti scripto declaramus, nos in Causa de Monasteriis inter ambas Ordinis nostri Provincias controversis, Decretum divisionis a SS.mo Domino Nostro, feliciter regnante, factae, qua maxima par est submissione ac reverentia amplecti et acceptare, eique prompto ac libenti animo acquiescere,[210] sancteque pollicemur, nullam imposterum super eadem divisione quaestionem aut controversiam excitaturos. In quorum omnium testimonium Declarationi huic, Provinciae Sigillo obsignatae, nostris manibus subscribimus. Dabantur etc.[211]

## 306.

*Varsavia, 11.III.1754.*

*De revocatione Manifestationis P. Hieronymi Oziemkiewicz S. Sedi offensivae, in materia monasteriorum inter Provincias controversorum, declaratio officialis Provincialis eiusque Consultorii, coram Actis Nuntiaturae Varsaviensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 8, fol. 41-42.

Anno Domini Millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto, die vero Veneris, vigesima secunda mensis Martij. Varsaviae.

Ad Acta Tribunalis Sacrae Nuntiaturae Apostolicae Regni Poloniae etc. personaliter veniens Generosus Jacobus Josephus Czulski, Causarum Procurator in eodem Tribunali Nuntiaturae Apostolicae etc. Principalis etc. Nomine Admodum R.ndi ac Religiosi P. Sylvestri Malski, Provincialis Provinciae Polonae sub titulo Protectionis B.ssimae Virginis Mariae, Ord. D.B.M. totiusque memoratae Provinciae obtulit quoddam Documentum originale, et autenticum, manibus quorum infra subscriptum, et sigillo communitum, sanum, salvum, et illaesum, non cancellatum, non vitiatum, nec in aliqua sui parte suspectum, petijtque illud Actis praesentibus ad omnem meliorem finem, et effectum, ac validiorem firmitatem inseri, et ingrossari, quod, prout de jure, obtinuit, cujus quidem Documenti tenor est, qui sequitur, videlicet: —

Universis et singulis quorum interest, aut interesse poterit,[212] praesenti

---

[209] Cfr. documenta contemporanea: supra et infra.

[210] Etsi hoc tempore negotium hoc quiesceret, tamen anno 1760 iterum resuscitaum fuit.

[211] Documentum hoc concluditur sub numero 306.

[212] Hic textus invenitur etiam sub nr. 305.

authentico Declarationis nostrae scripto notum facimus, quod die trigesima Mensis Augusti Anni Millesimi septingentesimi quinquagesimi secundi, per Rnd.mum Patrem Hieronymum Oziemkiewicz, Ordinis nostri, Monasterij Luceoriensis tunc temporis Superiorem, Manifestationem nomine nostro ac totius Provinciae Polonae, coram Actis Consistorij latini Luceorien. et Notarij Apostolici fecimus, in Causa divisionis Monasteriorum inter Provinciam nostram, ac Lithuanam a SS.mo Domino Nostro factae, quae sane Manifestatio cum a Sacra Congregatione Propagandae Fidei, supremae Sanctitatis Suae, et Sedis Apostolicae authoritati, sapientissimo ejusdem Sacrae Congregationis Judicio, dignitati (f. 41v) Excellentissimi ac Reverendissimi Domini in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae Nuntij Apostolici,[213] cui Sanctitatis Suae, et Sacrae Congregationis nomine scribenti fidem indubiam deberi ultro fatemur nec non Ill.mi, ac Rev.mi Domini Georgij de Lascaris, Episcopi Zenopolitani, integritati injuriosa judicata fuerit, atque idcirco digna, quae omnino aboleatur. Nos illam non modo privatim sincero animo improbavimus, et damnavimus, verum etiam in publicum Obedientiae nostrae testimonium ex praefatis Actis sub die vigesima septima mensis Novembris Anni elapsi Millesimi septingetesimi quinquagesimi tertij eliminandam curavimus. Quo vero sincerae voluntatis nostrae, nostrae humillimae erga Sanctitatem Suam, Sacram Congregationem, et Sedis Apostolicae Ministros observantiae publicum aliquod certumque in hac ipsa causa exstet Documentum, nos omnes infrascripti non tantum nostro, sed et totius Provinciae nostrae nomine, meliori quovis modo, praesenti scripto declaramus, nos in Causa de Monasterijs inter ambas Ordinis nostri Provincias olim controversis, Decretum divisionis a SS.mo Domino Nostro, feliciter Regnante, factae, qua maxima par est submissione, ac reverentia amplecti, et acceptare sancteque pollicemur, nullam in posterum super eadem divisione quaestionem, aut controversiam excitaturos. In quorum omnium testimonium Declarationi huic, nostrae Provinciae sigillo obsignatae, nostris manibus subscribimus.

Dabantur Poczajoviae, die undecima Martij, 1754 Anno —.

Sylvester Malski, O.S.B.M., Provin. tit. Protec. B.V. Provincialis (mpr).

Paphnutius Mankowski, Ordinis S.B.M., Protoconsultor (mpr).

Josephus (f. 42) Prunicki, Ord. S.B.M., Consultor Provinciae (mpr).

Sylvester Koblanski, Ord. S.B.M., Consultor Provinciae (mpr).

Josaphat Wysocki, Ordinis S.B.M., Consultor Provinciae (mpr).

Methodius Hordowski, Ordinis S.B.M., Secretarius Provinciae Polonae (mpr). — (L.S.) —

Post cujus quidem Documenti insertionem et ingrossationem suprascriptus

---

[213] Albericus Archinto, Nuntius Varsaviensis (1746-1754). Cfr. supra notam. 178.

Generosus offerens, idem originale Documentum ad se recepit, et de recepto Cancellariam hanc quietavit, et per praesentes quietat, Cancellariae scribis praesentibus.

Ex Prothocollo Actorum S. Nuntiaturae Apostolicae extractum, et sigillo Ill.mi et Rev.mi Domini D. Alberici ex Comitibus de Archinto, Archiepiscopi Nicaeni, et Nuntij Apostolici in Regno Poloniae etc. communitum.

PETRUS JASTREMSKI, Publicus Authoritate
Apostolica Notarius et Nuntiaturae Apostolicae
in Regno Poloniae Cancellarius, etc.

## 307.

*Poczajovia, 1.IX.1754.*

*Vigilius Szadurski, Basilianus, Alumnus olim pontificius, de sua vita et activitate refert Sedi Apostolicae ex Szarogrod, expetendo patrocinium et protectionem.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 74-75.

Illustrissime, Rev.me Domine, Domine
Benefactor Singularissime.[214]

Magna mihi est sollicitudine gratia tua, quam ne transeuntem duntaxat experiar, tum eandem conciliando in ulteriora tempora, cum sinceri obsequiorum Officij obtemperando mandatis ac tandem de me, situ, munereque meo Ill.mae Dominationi Vestrae deferendo, praesentes mittere censui; quae, si animi sententia sint, haec te erga amico charactere pectori insculpta legas: Secundos semper ducito dies, quousque tandem primus appareas in Christiano solio, me vero unum ex suis, quamvis ultimum, velim benigne habeas. Ille ego sum, qui singulari Sacrae Sedis clementia in Venerabili Collegio Urbano de Propaganda Fide, anno currente, finitis Sacrarum facultatum studijs, faventibus Coelis ad Monasterium Poczajoviense sospes appuli, etiam insidiante latronum insolentia in oris Germaniae, ubi e tam sacro et digno loco redux, paterne a Rev.mo nostro Provinciali receptus sum, cui ea omnia, quae de ore imperativo Excellentiae Vestrae susceperam, fideliter deposui. At obedientissimus authoritati Apostolicae se anticipasse hos jussus dixit, R.P. Innocentium,[215] jam dudum revocando ad Provinciam, respective ad Stauropigianam (f. 74v) ecclesiam manus suas lavisse, nisi aliter indul-

---

[214] Secretarius de Prop. Fide, Nicolaus Lercari (1744-1757).

[215] P. Innocentius Matkowskyj, Basilianus, anno 1749 habuit an. 28, ingressus Coll. de Prop. Fide die 2.XII.1748, ex Prov. Ruthena, Haliciensis; studuit theologiae, ordinatus in omnibus gradibus an. 1751 ab Episcopo Schirò in ecclesia S. Athanasii; post varia munia missionaria in Ordine exercita anno 1759 electus fuit Consultor in Prov. Ruthena, et anno 1780 in Cap. Torokanensi Provincialis eiusdem Provinciae, et simul Archimandrita Kanioviensis.

gente disponenteve supremo Orbis Principe. Certum est hoc in negotio illum esse innocentissimum (nam alia mihi occulta sunt), Ill.mi autem Domini Archi-Episcopi Rhodiensis devotissimum;[216] Nam et ego fui Leopoli, ubi nostros nequaquam curantes aut pertinaces comperi. Haec scribo, ut verus filius Romanae Ecclesiae et ut Alumnus de Propaganda.

Locus mihi est in Civitate Szarogrod,[217] officium Professoris Rhetorices et Praefecti Scholarum, tarde qui ........ veni, ut obirem munus Missionarij formalis, siquidem his in Missionibus solet fieri bis in diem praedicatio verbi Dei, bis Instructio Spiritualis et Catechizatio, exceptis Confessionibus, Missa et Vesperis. Ast alios Missionariorum subiisse labores significo, nempe sacras Confessiones suscipere, in quibus supra viginti habui paenitentes, jam provectae aut maturae aetatis, hactenus sacrilege confessos, et etiam nonnullos communicantes in Divinis cum Schismaticis Moschovitis, a quibus, cooperante gratia Dei, firmum obtinui propositum non amplius adeundi tam putridos Congressus, et ad dolorem adduxi ignorantem gentem pro tam gravi, ad hoc tempus pro tali non habito, crimine. Non dissimiles in futurum Deo ac Eclesiae promitto curas, etiam aliis otio studens. Vos vero de me, Provincia et toto Basiliano Ordine paternas extendite manus, quas supplici osculo veneror. Haec rogo te: Qui spes semper eris nostrae gravissimae vitae, et his (f. 75) praecibus innixus, cum omni cultu maneo.

Datt. Poczajoviae, 1754, die 1.7bris.

Illustrissimae, Rev.mae Dominationis Vestrae indignus et infimus Servus
VIGILIUS SZADURSKI, Ord. S.B.M., A.V.C.U. de Prop. Fide.

## 308.

*Bytenj, 19.X.1754.*

*Protoarchimandrita Lisanskyj de retentione monasteriorum deficientium reditibus Provinciae Ruthenae iam obtenta, Conditionibus adnexis, ut possit certiorare, quibus interest.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 85-86.

Ill.me, Excellentissime et Rev.me Domine,
Domine Patrone Singularissime.[218]

Colendissimam recepi Rev.mae Excellentiae Vestrae Epistolam, qua mihi, ita demandante Sacra Congregatione Propagandae Fidei, significare dignatur,

---

[216] Archiepiscopus Rhodiensis erat tunc temporis Nicolaus Lercari (an. 1753), Secretarius Prop. Fide (1744-1757).

[217] Monasterium Szarogrodense in Ukraina meridionali prope Mohyliv Podoliae; fundatum circa annos 1715-1718, abolitum anno 1794; habuit scholam, quae hoc tempore claruit.

[218] Secretarius de Prop. Fide, Nicolaus Lercari (1744-1757).

duos iam SS.mo Domino Nostro porrectos fuisse supplices Libellos, tum meo nomine, tum etiam Consultorij Generalis Congregationis Sancti Basilij Magni Unitorum Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae, nonnullis suffultos rationibus circa suppressionem parvorum Monasteriorum Provinciae Polonae. Horum primus petitionem continebat, ut non obstante praescripto in celebri suprema Decretali Sanctitatis Suae incipiente « *Inter plures* », emanata iam usque a die 2 Maji 1744,[219] (qua demandatur, ut deserantur seu uniantur majoribus Monasterijs memoratae Provinciae Polonae ea omnia Monasteria, ac Residentiae, quae incapaces sunt manutenendi octo saltem Religiosos) possint retineri ea omnia Monasteria, quae capacia sunt pro substentatione quinque solum Monachorum; caetera autem ad substentationem aequalis numeri Religiosorum insufficientia effective deserere promittendo.

Altero autem petebatur, ut retineri possint tanquam Granciae viciniorum Monasteriorum parvae illae Residentiae, quae alere non valent quinque saltem Religiosos; quaeque vigore memoratae Decretalis deserendae essent, quin Monachi cogantur illas reddere Clero saeculari, ut ijsdem a praeterito Apostolico Nuncio denunciatum fuit;[220] dummodo tamen memoratae Residentiae in Grancias convertendae adnexam non habeant curam animarum; cum has absque difficultate Clero saeculari reddere sint promptissimi.

(f. 85) Subjunxit insuper eadem Rev.ma E.V. quod Sanctitas Sua, rebus mature perpensis, utrique ex recensitis supplicationibus benigne annuit, terminis tamen et conditionibus sequentibus, nimirum:

*Ad Pmam*: — Conceditur, ut servari possint ad decennium etiam ea Monasteria et Residentiae, in quibus non nisi quinque possunt sustentari Monachi; dummodo intra sex Menses vel annum supprimantur omnino caetera Monasteria, Residentiae vel Missiones, in quibus saltem quinque sustentari nequeunt, et interim ad Professionem Religiosam non admittantur singulis annis nisi quindecim Novitij, in monastica disciplina bene versati, a tribus examinatoribus examinati, et sub juramento ad audiendam Phylosophiam et Theologiam sufficientes recogniti. Nec deinceps novae in tota Congregatione admittantur fundationes, in quibus octo saltem Monachi sustentari minime possint.

*Ad 2dam*: — Ea omnia Monasteria, Residentiae vel Missiones, in quibus saltem quinque Monachi sustentari nequeunt, et originaliter ad Clerum saecularem spectabant, vel adnexam habent curam animarum, cum suis oneribus et honoribus cedant Episcopo, et Clero saeculari ejusdem Dioecesis in quibus sita sunt. Reliqua vero, quae realiter a Monachis sunt fun-

---

[219] « *Inter plures* », Littera decretalis Benedicti XIV in materia Ordinis Basiliani uniti; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 88-100, nr. 704.

[220] Forsan agitur iam de novo Nuntio Varsaviensi, post discessum Alberici Archinto (1746-1754) - Nicolao Serra (1754-1760).

data, et acquisita, cum suis oneribus et honoribus viciniori Monasterio ad formam Concilij Tridentini Sess. 21, Cap. 5, uniantur, et transferantur, ita ut ibidem amplius Monachi permanenter non resideant; si quae sint ecclesiae ijsdem Monasterijs, Residentijs, vel Missionibus (f. 86) adnexae, nec facile tolli possint, hae tanquam publicae sub jurisdictione, et visitatione loci Ordinarij cum sufficienti dote remaneant.

Concludit tandem Rev.ma E. Vestra, quod cum hujusmodi fuerit Sanctitatis Suae mens, ipsam mihi significare dignatur, ut de eadem certius quamprimum reddam Generale Consultorium, certioresque insuper faciam Provincialem Consultoresque Provinciae Polonae, ut recensitis SS.mi Domini Nostri Mandatis sese penitus conforment, pronamque obedientiam praestent.

Dum itaque suprema haec SS.mi Domini Nostri Mandata me per Rev.mam E. Vestram recepisse fateor, eidem Rev.mae E. Vestrae defero, me iam praedicta omnia significasse Patri Provinciali, eidem etiam transmisso authentico apographo originalis E. Vestrae Rev.mae epistolae. Atque insuper eundem hortatus sum, ut ad me quam primum accedat, pro dimissione illorum Monasteriorum, quae iuxta Mandata Sanctitatis Suae dimittenda erunt. Reliquis quoque expressis in praelaudato benignissimo Rescripto clausulis, mediante ejusdem SS.mi Domini Nostri ac Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Paterno adjutorio et Protectione, nec non validissimo Excellentiae Vestrae Rev.mae praehabito Patrocinio, satisfacere satagam; utpote qui firmiter constitui semper dependere a nutibus

Bytenij, 19 Octobris 1754.

Excellentiae Vestrae Rev.mae humillimus, devotissimus, obedientissimus et oblig.mus Servus

Heraclius Lisanski
Proto-Archimandrita Ord. S. Basilij (mp).

## 309.

*Torokanie, 16.XII.1754.*

*Protoarchimandrita: de iurisdictione in Abbates, de nominatione Superiorum monasteriorum insigniorum, de licentia danda Monachis extra confinia Provinciae itinerandi, etc., petit decisiones S. Congregationis de Prop. Fide.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 761, fol. 217-218.

Em.me, Excell.me et Rev.me Domine, D.ne Patrone Singularissime.

Cum universae Congregationis Ruthenorum felicitas Excellentiae Vestrae Rev.mae potissimum in acceptis referri debeat, hinc est quod etiamnum ad compertam illam Eminentiae Vestrae Rev.mae Benevolentiam, qua mihi pusilloque gregi meo optime adficitur, humillime recurram, enixissimis ipsam exorando precibus, quatenus causam Officij mei de jurisdictione super Abbates, parte adversa, eo fortassis, quod sibi sufficientia ad vindicandam

eam minime suffragentur jura, hucusque cunctante, gravissimis suis Officijs benigne accelerari dignetur. Quae porro, et quanta, vertente hujusmodi causa, et usque hodiedum dilata, Abbatibus vero, dubiae jurisdictioni subjectis, in Monasterijs Abbatialibus mala accidere possunt, perspicacissima Eminentiae Vestrae Rev.mae prudentia facile inferre potest.

Placuit SS.mo Domino, Domino Nostro Clementissimo, Sacraeque Congregationi de Propaganda Fide, ad effectum conservandae melius disciplinae Monasticae, sapientissimis suis resolutionibus ultimum Capitulum, a nobis Brestae celebratum,[221] respicientibus, sancire legem, sequentem dubium XI resolventem: — Quoad Superiores Monasteriorum insigniorum, pro quibus mutandis vel privandis Provinciales tenentur omnino recurrere ad Proto-Archimandritam, ut de propositis ab ipso Monachis illud una cum suo Consultorio Generali statuat, quod justiciae, regulari observantiae, atque Monasteriorum utilitati magis consonum videbitur. Insigniora vero Monasteria ea omnia reputari debent, quae jus habent mittendi Vocales cum Suffragio ad Capitula Generalia et Provincialia. — Venerandam hanc resolutionem ego equidem manutenere, et, ut par est, executioni mandare non praetermitto. Literas nihilominus patentes, (f. 217v) quas more in nostra Congregatione recepto vocamus obedientiales, Superioribus ejusmodi Vocalibus Monasterijs praeficiendis, non ego, sed ipsi Provinciales, prisca consuetudine freti, dare hucusque solent. Cum vero ejusmodi Superiorum Vocalium electionem, a me Consultorioque meo Generali factam, non extraditis a me literis obedientialibus, retardare et impedire Patres Provinciales facile possint, ideo ego recurro ad Emin.iam Vestram Rev.mam hisce enixissimis precibus meis humillime rogando, quatenus mihi benigne resolvere dignetur: — Num ego cum Consultorio meo, habens jus ex providentia Sanctae Sedis Apostolicae praeficiendi insignioribus Monasterijs sive Vocalibus Superiores, non attento antiqua, usu in nostra Congregatione recepta consuetudine, literas Patentes electis Superioribus dare debeam? —

Cum in constitutionibus Capitulorum Congregationis nostrae non contineatur explicite, Monachum proficiscentem extra limites Regni debere habere facultatem ab Officio Proto-Archimandritae, arbitrati sunt nonnulli Monachorum, Patres scilicet Matkowski et Czarkowski,[222] sola duntaxat facultate Provincialis Poloniae stipati, pergere extra limites Regni, ibique publicam Congregationis tranquillitatem, etiam cum laesione adorandorum Sanctae Sedis Apostolicae Decretorum (quemadmodum hoc optime notum est tum Eminentiae Vestrae Rev.mae, tum Excellentissimo et Rev.mo Domino de

---

[221] Capitulum Berestense II, diebus 8-17.IX.1751; cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 25.

[222] Cfr. de I. Matkowskyj notam 215 et de Athanasio Czarkowskyj sequentia: Basilianus, anno 1755 in Cap. Provinciali Prov. Ruthenae electus fuit in Cons. generalem, ut Rector Hoscensis, in locum H. Bilinskyj, qui electus fuit Provincialis; annis 1744-1747 hic erat etiam Procurator generalis in Urbe.

Archinto, Archi-Episcopo Nicaeno),[223] interturbare. Proinde super hoc quoque puncto benignam Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, per Organum Eminentiae Vestrae Rev.mae, peto resolutionem: — Num scilicet Monachi peregre et extra limites Regni profecturi ab Officio meo facultatem petere teneantur? et, hac non obtenta, pergere non valeant?

(f. 218) Ista sunt, quae pro augmento regularis disciplinae, et conservatione internae pacis in Congregatione Ruthenorum, humillime exponenda esse Eminentiae Vestrae R.mae sum ratus. Circa quae, quidquid mihi resolvere et imperare placebit Eminentiae Vestrae Rev.mae, totum id promptissima obedientia exequi assiduo studebo. Nihil enimvero magis desidero, quam ut alacri Mandatorum Sanctae Sedis Apostolicae et Eminentiae Vestrae Rev.mae executione, ulteriorem praevalidam suam mihi et Congregationi nostrae mereri valeam Protectionem, cui enixissime me commendando, in reverentissimo S. Archi-Praesuleae Dexterae maneo.

Torokanijs, die 16 Decembris 1754.

Excellentiae Vestrae R.ndissimae humillimus, devotissimus et obedientissimus Servitor

HERACLIUS LISANSKI
Proto-Archimandrita O.S.B.M. (mpr).

## 310.

*Torokanie, 16.XII.1754.*

*Summarium ad documentum praecedens: de Superioribus monasteriorum insigniorum decisiones Capitulorum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 761, fol. 213-214.

SUMMARIUM.

N°. I. — Ex Capitulo Generali primo Dubnensi,[224] Sess. XIII, Constitut. 7.

« Ipsi Provinciales in suis Provinciis facient juxta exigentiam mutationem aliarum Personarum Religiosarum. Si vero necessitas exigerit ipsos etiam Superiores mutare, et alios substituere, maxime ubi agetur de Monasteriis, et Superioratibus insignioribus, protunc Religiosissimi Provinciales hanc necessitatem Reverendissimo Proto-Archimandritae exponent, et candidatos ad eosdem Superioratus pro approbatione proponent; Minores tamen Praesidentes soli Provinciales cum Consultorio mutabunt ».

N°. II. — Ex Capitulo Generali tertio, Brestensi secundo,[225] Sessione XI, n. 7.

« Ipsi Provinciales in suis Provincijs facient juxta exigentiam mutationem

---

[223] Albericus Archinto, Nuntius Varsaviensis, Archiep. Nicaenus (1746-1754).

[224] Capitulum generale Dubnense diebus 27.V.-12.VI.1743; cfr. M. M. WOJNAR, OSBM, *De Capitulis Basilianorum,* pag. 23-24.

[225] Capitulum generale Berestense II, diebus 8-17.IX.1751; cfr. M. M. WOJNAR, OSBM, *op. cit.,* pag. 25.

aliarum personarum Religiosarum; ad Superioratus tamen insigniorum Monasteriorum, scilicet ex Provincia Lithuana: Vilnensem, Bythenensem, Zyrovicensem, Polocensem et Vitebscensem, ex Provincia autem Polona: Dobromiliensem, Lauroviensem, Leopoliensem, Bialostocensem, et S. Salvatoris ad Montes, quoties necessitas mutandi (f. 213v) Superiores praedictorum Monasteriorum exigeret, Candidatum in Provincialibus Consultoriis electum pro approbatione Reverendissimo Generali proponent, quem Rev.mus Generalis, non adinvento Canonico impedimento approbare tenebitur. Omnes vero alios Superiores soli Provinciales cum voto Consultorum suorum Provincialium determinabunt ».

N°. III. — Dubium sub n° 11 propositum in Sacra Congregatione, quoad Constitutionem in Capitulo Generali tertio, Brestensi secundo,[226] Sess. XI, n°. 7, latam.

« An liceat Provincialibus, inconsulto Generali, constituere Superiores locales Monasteriorum suae Provinciae, illos mutare, vel etiam privare, et quatenus negative, an teneantur pro omnibus Superioribus constituendis recurrere ad Generalem et quatenus affirmative, an debeant proponere determinatam personam, quam Generalis, non adinvento canonico impedimento, approbare teneatur? ».

N°. IV. — Resolutio S. Congregationis ad dictum dubium undecimum.

« Licere Provincialibus cum suo Consultorio, juxta Capitulum Dubnense, Sess. XIII, Constitutione septima, (f. 214) Superiores seu Praesidentes Minores mutare, secus vero quoad Superiores Monasteriorum insigniorum, pro quibus mutandis, vel privandis Provinciales tenentur omnino recurrere ad Proto-Archimandritam, ut de propositis ab ipso Monachis illud, una cum suo Consultorio Generali, statuat, quod justitiae, regulari observantiae atque Monasteriorum utilitati magis consonum videbitur. Insigniora vero Monasteria omnia reputari debent, quae ius habent mittendi Vocales cum Suffragio ad Capitula Generalia, et Provincialia.

N°. V. — Constitutio XI, Sess. XIII, Capituli Generalis tertii, Brestensis secundi.

« Negotia majoris importantiae tam in saeculari, quam in spirituali Foro non prius promoveantur a Proto-Archimandrita, quam ineatur consilium cum Consultoribus Ordinis, et juratis Secretariis, etiamsi causa non tangat totam Religionem, sed unius tantum sit Monasterii ».

## 311.

*Torokanie, 16.XII.1754.*

*Consultorium Generale gratias agit de retentis s.d. minoribus monasteriis Provinciae Ruthenae, quae ex decisionibus S. Sedis conservata fuere.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 95rv.

---

[226] Cfr. notam superiorem.

Emin.mi et Reverendissimi Domini,
Domini Protectores Singularissimi.

Quemadmodum nihil nobis carius est, quam singula Sanctissimi Domini Nostri, Domini Clementissimi, et Eminentiarum Vestrarum imperia sacrosancte excipere, et executioni mandare, ita novissimas Sanctissimi Domini Nostri, et Eminentiarum Vestrarum resolutiones circa Minora Provinciae Polonae Monasteria emanatas,[227] non minori studio prosequimur, omnemque dabimus operam, quatenus ejusmodi novissimae resolutiones mediante ipsius Sanctissimi Pontificis, et Eminentiarum Vestrarum suprema Protectione, et validissimo adjutorio, intentum sortiantur effectum.

Pro hisce vero resolutionibus, benigne datis, quae duntaxat conservandam in Provincia Polona monasticam disciplinam respiciunt, tum Sanctissimo Pontifici, tum Eminentijs Vestris cum Universa Congregatione nostra debitas omnino (f 95v) gratiarum actiones persolventes, circa osculum Sacrarum Purpurarum manemus.

Torokanijs, 1754, die 16.Xbris.

Eminentiarum Vestrarum humillimi, devotissimi, obedientissimi et oblig.mi Servi.

Heraclius Lisanski, Proto-Archimandrita Ord. S. Basilij M. (mpr).

Theodosius Koniaczeuski, OSBM, Cong. Ruth. Proto-Consul. Sup. (mpr).

Hypatius Bilinski, OSBM, Congr. Ruth. Consultor (mpr).

Nicodemus Karpinski, OSBM, Secr. Gen., ex-Provincialis (mpr).

Valerianus Podwieszczynski, OSBM, Secr. Congr. Ruth. ex-Prov. Polona (mpr).

## 312.

*Braclav, 3.V.1755.*

*Germanus Jackowskyj, Archimandrita Braclaviensis, de obedientia Abbatum Protoarchimandritae optime agit, cuius iurisdictioni favet, praesertim ratione disciplinae religiosae etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari,* a. 1755, vol. 120, fol. 290-91.

Emin.ni et Reverendissimi Domini,
Domini Protectores Singularissimi.

Fidei Catholicae Professione, benedictione mei recentissima ad Abbatiam Braclaviensis Monasterij more consueto praemissa,[228] et in ante multoties a me emissa Sanctae Sedi Apostolicae omnimodam obedientiam, filialemque

---

[227] Agitur hic de s.d. monasteriis minoribus Prov. Ruthenae, quae aliis majoribus et vicinioribus incorporata, alia eparchis restituta fuerunt, et demum alia etsi paucissima suppressa omnino.

[228] Nominatus fuit more solito Archimandrita Braclaviensis Germanus Jackowskyj (1755-1763). Obiit anno 1763.

fidelitatem, et sinceritatem signanter comprehendente, intime commoneor non esse alienum a promissis, si EE.VV.humillime exposuero, quid desiderabilius, et publicae utilitati congruentius, meo quantumvis imbecilli, minime tamen temerario, quia non mei privati commodi studioso sensu arbitrer, in controversia diuturna jurisdictionis in Abbates Supremo Sanctitatis Suae Iudicio submissa praestolante. Et quamvis non me lateat Matrem meam, Sacram Religionem Basilianam sufficientissimas rationes in tuitionem suae intentionis attulisse, non dubito tamen his me aliquantum momenti additurum, praesertim quando ipse, ad partem ex adverso agentem pertinendo, magis aequitati quam parti adhaereo, Abbatique Generali Ordinis ejusdem obedientiam plenam ab Abbatibus alijs exhiberi non modo justum, verum etiam utilissimum ac convenientissimum undequaque fore, fiduciam habeo ex his rationibus.

Tum quia Abbates statum suum, a professione status Monastici ab ipsis emissa, non videntur liberare, cum ea Dignitas non sit tanta, ut cum instituto Monachali non bene cohaereat, et hinc et ipsos non desinere esse Monachos; cum autem reliqui Monachi, etiam in Abbatialibus Monasterijs degentes, Abbatis Generalis jurisdictionem agnoscant, Abbates autem ipsi eandem non recognoverint, dismembratio quaedam inter Monachos ejusdem Instituti, domi forisque, non absque admiratione externorum, apparebit, charitasque mutua inter hos et illos in dissidia degenerabit; illud enim Apostolo exosum audiri frequenter necesse erit: ego sum Pauli, ego sum Cephae.

Tum, quia Abbates Ordinis nostri Professi, dum vota vitae Monasticae essentialia emittebant, Abbati Generali obedientiam, ut moris est, expresse jurejurando appromiserunt, a qua dignitas ipsorum illos nec jure, nec ulla rationabili causa videtur eximere, quandoquidem non extra suam Congregationem promoveri eos contingit.

Tum, quia Ecclesiae consuetudo non obtinet, ut Pastores, quales sunt Abbates, et oves, quales sunt ipsorum Monachi, Superiorem altiorem (f. 290v) diversum habeant, uti inductione patet.

Tum, quia satis superque mihi, ante annos triginta vitam Monasticam professo, et annis duodecim officijs Consultoris Generalis, et Provincialis functo, Metropolitanorumque duorum, Metropolitani moderni Praedecessorum, acta comperta habenti constat, neque hunc neque illos consuetudinem habuisse Abbatum regimen, vitam, atque mores introspicere. Et hinc est Metropolitanos aut in possessione juris, quod praetendunt, nullatenus fuisse, aut gravioribus ex officio intentos muneri suo non satisfecisse, ac proinde talem jurisdictionem inanem fuisse, et deinceps fore.

Tum, quia Abbatibus exemptione concessa, consentaneum foret bonorum reditus inter ipsos et Monachos dividi, cum interim non ubique reditus tam ampli habeantur, et potius oeconomia in unum studium conspirante, quam distracto in diversa, bono ejusmodi reditibus in his partibus, ubi bona industria meliorantur, augeri soleant.

Tum, quia Ordinis nostri studia in eo non desunt, ut juvenes Monachi, praesertim eruditionis capaces et sanguinis nobilitate insignes, quam optime educentur, ut postea jam ipsi per se, iam consanguineorum Nobilium favore conciliato, expectationem promoventium se contentare valeant, ac prodesse conentur. Illi vero postquam ad advitales praelaturas monasticas provecti fuerint, ac non raro, nullis prorsus praevijs laboribus, ad instantiam Magnatum altius ascenderint, nisi uni capiti, cum reliquis membris cohaereant, nulla gratitudine beneficijs sibi praestitis respondere occasionem habebunt. Uti experientia luculenter, post ortam praesentem controversiam, edocet. Quod sane Matrem meam, Religionem, a plurimis Filijs enutritis sperare dolendum esset, praecipue cum haec etiam Ecclesiae utilitati et decori non desit, cum a tempore immemorabili continuos ipsi Pastores provideat.

Quemadmodum porro apprime novi felicem Ordinis nostri progressum ab EE.VV. magnopere desiderari, ita cum fiducia existimo ejusmodi progressum non parum dependere ab eo, quod Dignitate Abbatiali conspicui viri ex Ordine intra eundem Ordinem per regularem obedientiam se contineant. Nam Officijs ejusdem fungentes, et consilijs, auxilijs, atque laboribus in unum collatis prodesse contendentes, plus utilitatis adferent, quam si ipsi, praecipua Ordinis (f. 291) ejusdem pars, ab eodem avellantur.

Tum potissimum quia ex Decretali Sanctitatis Suae sapientissima[229] in paragrapho: *Ad aliam*, edoceor, non immaginarium, et admodum rarum existimari casum, quod Abbas in sui Monasterij regimine uni vel pluribus Monachis intulisse dicatur, vel re ipsa intulerit gravamen, quod celeriter emendari poterit, si illius cognitio Abbati Generali competierit; non ita vero si is de ipso judicare non integrum habuerit.

Quod ipsum egomet, Officijs supra factis perfunctus, multoties sum expertus, factis Monachorum recursibus, quibus remediari, pendente praesenti lite, difficilis et admodum intricata res erat, taliumque casuum exempla adducerem, nisi a prolixitate abstinendum esse debita me reverentia moneret. Quibus quidem ita expositis, Sacras EE.VV. Purpuras humillima cum reverentia exosculatus maneo.

Eminentiarum Vestrarum

humillimus ac devotissimus Servus Exoratorque indefessus
GERMANUS JACKOWSKI, Ord. S. Basilij M.,
Monasterij Braclaviensis Abbas (mpr).

In Monasterio Braclaviensi, die 3tia Maij 1755.

---

[229] Agitur hic de decretali littera Benedicti PP. XIV « *Inter plures* », de dat. 11.V.1744; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 84, nr. 704, in paragrapho citata pag. 95.

## 313.

*Braclav, 3.V.1755.*

*Archimandrita Germanus Jackowskyj, Braclaviensis, de subiectione Abbatum iurisdictioni Protoarchimandritae scribit Summo Pontifici suamque mentem favorabilem exprimit et utilitatem, imo et necessitatem ostendit.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1755, vol. 120, fol. 292-93.

Beatissime Pater,
Domine, Domine Clementissime.

Quam primum solito Ecclesiae Ruthenae ritu in Abbatem Braclaviensem sum benedictus, confestim partium mearum esse duxi, ut ad Sacros Sanctitatis Vestrae Pedes provolutus, supplices preces meas, circa actionem de jurisdictione super Abbates Congregationis Ruthenorum Sancti Basilij vertentem, exponerem.

Profecto annis plus quam triginta professus, variisque ultra duodecim annos tum Generalibus in Congregatione, tum Provincialibus in Provincia muneribus perfunctus didici, quod secundum Deum et conscientiam edissero, nihil ad conservandam in Monasterijs Abbatialibus regularem disciplinam utilius, ad propagandam in Russia Unionem salubrius nihil, ad servandam in Congregatione publicam tranquillitatem nihil aptius, nihilque convenientius esse, quam ut Abbates Monasteriorum Congregationis nostrae claustrales (tales quippe sumus omnes in Russia) Capiti Generali ejusdem Congregationis subsint. Perarduum quippe esse videtur, ut in Monasterijs Abbatialibus nostrae Congregationis, in quibus eadem Abbatum et Monachorum mensa, ijdem reditus, quos percipit ipse Abbas, et pro libitu suo expendit, eadem eleemosyna, (f. 292v) eademque omnia omnino comunia sunt, non detur occasio Monachis injuriae inferendae. Hi vero, ab Abbate injuriati, attenta duplici in eodem Abbatiali Monasterio jurisdictione, recursus suos facere extra Congregationem, judicemque quaerere adigerentur, sicque tempus illud carissimum, quod profectui in spiritu, pijs exercitijs, animarum lucro, propagandaeque Unioni impenderent, promovendis extra Congregationem, procul dubio, crebris litibus insumere deberent.

Accedit quod cum ex singulari clementia Sanctitatis Vestrae universa Congregatio Ruthenorum exempta sit, Abbates quoque exemptos esse minime ambigere licet; porro Abbates Praelati duntaxat Monastici sunt, membraque hujus Congregationis, et in obedientia illa, quam Protoarchimandritae circa professionem jurarunt, per dignitatem Abbatialem utique dispensati esse non censentur; Secus Abbates deterioris conditionis fore caeteris ejusdem Congregationis Monachis reputarentur, si alijs omnibus exemptis, ipsi Abbates exempti non essent, quia non fierent participes gratiae illius, quam universae Congregationi Ruthenorum Sanctitas Vestra benignissime largiri dignata est.

Demum, (f. 293) admissa jurisdictione Domini Metropolitani super

Abbates, ad quam ipse obtinendam nullum non movet lapidem, Congregatio hujusmodi ab omnibus reliquis Ordinibus discreparet, quia in ijs Ordinibus, qui exemptione non gaudent, Abbates ad locorum Ordinarios spectare videmus, quos vero Sancta Sedes Apostolica eximere a jurisdictione Episcopali dignata est Abbates, Capiti Generali subsunt.

Hae sunt supplices preces meae in causa de jurisdictione super Abbates vertente, quas dum breviter expono, circa osculum Sacrorum Pedum maneo.

Sanctitatis Vestrae

obedientissimus Famulus obligatissimusque Exorator
GERMANUS JACKOWSKI, Ord. S. Basilij M.,
Monasterij Braclaviensis Abbas (mpr).

## 314.

*Berezvecz, 15.V.1755.*

*Provincialis Lithuanus cum suo Consultorio expetunt exactiorem declarationem dubii Capit. Generalis Berestensis, nr. 11.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 389rv.

Eminentissimi, Illustrissimi, et Reverendissimi Domini,
Domini et Protectores Gratiosissimi.

Non auderemus sane, prae tot jam in antecessum ab Ordine nostro ad supremam Eminentiarum Vestrarum protectionem factis Recursibus, novis hisce precibus sacro Eminentiarum Vestrarum Collegio nos exhibere molestos, nisi et suprema Eminentiarum Vestrarum benignitate freti, et indispensabili necessitate compulsi, et annutu ipsius Rev.mi Patris Ordinis nostri Proto-Archimandritae, ut ad supremum Eminentiarum Vestrarum oraculum, pro resolutione exponendorum recurramus inducti, id facere cogeremur.

Post approbata Dubnense, et Brestense Ordinis nostri Generalia Capitula,[230] post explanata justissimis, ac gratiosissimis Eminentiarum Vestrarum Resolutionibus ex iisdem Capitulis Dubia, restant adhuc aliqua ex ijsdem fontibus emergentia, quae nisi declaratorio Sacrae Eminentiarum Vestrarum Congregationis explanentur edicto, parem primitivo, vel majorem Congregationi nostrae minantur disordinem. Quorum pluribus alijs, ne Sacro Eminentiarum Vestrarum Collegio molesti simus, praetermissis, pro unius puncti, quo magis premimur, declaratoria resolutione supplicamus (f. 389v). Quod ex resolutione dubij 11mi Capituli Generalis Brestensis, licet per

[230] Agitur de Capitulis generalibus Dubnensi 1743 an. (27.V.-12.VI) et Berestensi II an. 1751, diebus 8-17 Septembris. Cfr. supra M. M. WOJNAR, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 23-25.

se clara, aliter tamen quam sonat a Rev.mo Proto-Archimandrita pro parte Officij sui intellecta, ortum habet. Quod cum parum ampliori, quam Epistolae stylus pati valet explanatione indigeat, seorsivo illud folio humili cum supplicatione Sacrae Eminentiarum Vestrarum Congregationi exhibemus, ac pro clariori, atque non amplius explicabili resolutione enixissime supplicamus in osculo Sacrarum Fimbriarum, et profundissimo cultu manentes.

Eminentiarum Vestrarum Dominorum, et Protectorum Gratissimorum Suppedanei, et Oratores

Datum Beresveci, die 15 Maii, 1755 Anno.

Joannes Lukianowicz, Ord. S. Basilij Mag., Provinciae tit. Ss.mae Trinitatis Provincialis (mpr).

Gennadius Paszkowicz, Ord. S. Basilij Mag., Consult. Prov. (mpr).

Stanislaus Zeckerth, Ord. S. Basilij M., Consult. Provinciae (mpr).

Augustinus Nowosielski, O.S.B.M., Provinciae SS.mae Trinitatis Secretarius (mpr).

Petrus Lapinkievicz, O.S.B.M., loco Consultoris Provinciae (mpria).

## 315.

*(Roma), 21.VII.1755.*

*Quaedam nota de iure mutandi Superiores Vocales Monasteriorum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 8, fol. 387.

N°. 12: 21 Luglio 1755: — Super Iure mutandi Superiores vocales Monasteriorum Russiae Ordinis S. Basilij, etc. etc.

— Si avverte: —

Che avendo terminato l'Uffizio il Provinciale[231] de Basiliani della Provincia di Lituania, il quale propose i Dubbj annessi, il nuovo Provinciale, e suo Consultorio non hanno curato, ne si curano di proseguire l'istanza; laonde sembra non vi sia più motivo di risolverli.

N.B. — Negli atti della S. Congregazione dei 22 Luglio, non si trova proposta questa posizione, per cui può credersi, che per la ragione di sopra indicata non sia stata riferita. Può collocarsi nelle scritture delle *non riferite.*

## 316.

*Chelma, 1.XI.1755.*

*P. Metrophanes Mazanowskyj gratias agit de litteris et refert de sua activitate, ut Alumnus pontificius.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 8, fol. 224.

---

[231] Provincialis Prov. Lithuanae erat annis 1751-1755 P. Joannes Lukianowicz, post eum vero, in Cap. Provinciali Bythenensi (21-25.IX.1755), electus fuit Nicodemus Karpinskyj in Provincialem, et P. Lukianowicz in Protoconsultorem.

Eminentissime et Rvd.ss.me Domine, Protector Singularissime.

Literas die 9 Martii 1754 anno, Roma ex Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad me datas, filiali cum osculo die 28.8bris anni currentis 1755 recepi, earumque contenta debita prosequor eaque profundissima veneratione ac obedientia. Caeterum, ut etiam hodie reddam meorum exercitiorum rationem, officio me predicatoris Verbi Dei, sexto jam post discessum ex Collegio anno, ad eandem Cathedralem Chelmensem ecclesiam fungi, Eminentissimi Cardinales, Protectores mei Munificentissimi scire dignabuntur. Quorum obsequiis dum me perpetuum voveo, penes Sacrae Purpurae osculum sum indesinenter.

Chelma, die 1 Novembris 1755.

Eminentissimi et Rdss.mi Domini, Domini et Protectoris Singularissimi, indignus Filius et Exorator

METROPHANES MAZANOSKI, O.S.B.M., Ruth.,
S. Cong.nis de Prop. Fide Alumnus.

## 317.

*Torokanie, 7.VI.1756.*

*Protoarchimandrita cum Consultorio Generali gratias agit pro Brevi de dependentia Archimandritarum, de qua re ulteriores clarificationes promittunt, nec non expetunt de positione Archimandriae Suprasliensis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 305-306v.

Emin.mi et Rev.mi Domini, Domini Protectores Singularissimi.

Litteris Apostolicis,[232] quibus decreta Eminentiarum Vestrarum super jurisdictione in Abbates prolata continentur, reverentissime acceptis, immortales agere gratias non omittimus, quod Congregationem nostram Apostolica charitate complexae, favorem in illam suum peculiarem novis in singulos dies argumentis reddere perspectum non desistant. Quem admodum autem probe novimus Sanctissimum (f. 305v) Dominum Nostrum, nec non Eminentias Vestras in pronunciatis suis sententijs ad nihil aliud respexisse, quam ut Congregatio nostra in optimum ordinem redigatur, ita non aegre laturas confidimus Eminentias Vestras, si, quae emergunt, dubia, tandem majori deliberatione facta, humiliter Eminentiis Vestris exponenda ducemus, rogabimusque suo tempore Resolutiones,[233] quae eundem Ordinem valeant augere et firmare, nec non perpetuam (f. 306) pacem eidem conciliare. Porro impraesentiarum hoc unicum ab Eminentijs Vestris exorandum

---

[232] Agitur, ut videtur, de Litteris Apostolicis « *Super familiam* », de dat. 30.III.1756; cfr. in *Documenta Pontificum Romanorum,* vol. II, pag. 161-164, nr. 747; cfr. documentum nr. 321.

[233] Cfr. de his dubiis et resolutionibus infra.

occurrit, ne, quae de Monasterio Abbatiali Suprasliensi[234] (cujus statum exponet Eminentijs Vestris noster in Urbe Procurator Generalis)[235] sententia esse debeat, aperire nobis dedignentur. Omnia vero mandata Eminentiarum Vestrarum promittimus sanctissime nos esse observaturos, diligentissimeque facturos. Jurata enim fide, ac obsequio circa devotissimum Sacrae (f. 306v) Purpurae osculum persistimus.

Torocanijs, die 7ma Junij, 1756 Anno.

Eminentiarum Vestrarum humillimi, devotissimi, obedientissimi et obligatissimi Servi

HERACLIUS LISANSKI, Proto-Archimandrita O.S.B.M. (mpr.).

THEODOSIUS KONIACZEWSKI, O.S.B.M., Cons. Generalis (mpr).

ATHANASIUS CZARKOWSKI, Ord. S. B. M, Consultor Generalis (mpr).

VALERIANUS PODWIESZCZYNSKI, O.S.B.M., Secretarius (mpr).

## 318.

*Torokanie, 26.VII.1756.*

*Informatio de Monacho Basiliano Moyse Bohaczewskyj, eiusque sat movimentosa vita et activitate et de causis recursus; scribit Protoarchimandrita Ordinis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 766, fol. 295-296v.

Eminentissimi et Rd.mi Domini,
Domini Protectores Singularissimi.

De Moyse Bohaczewski, Monacho Congregationis nostrae, Provinciae Polonae Professo, qui nuper pro exemptione sui a Jurisdictione suorum Superiorum Regularium, loci Ordinario subjici volens, ad Sanctissimum Dominum Nostrum recursum fecerat, obtemperando mandatis Eminentiarum Vestrarum talem promo informationem.

Is in Palatinatu Russiae, in Villa Podkamien dicta, circa Annum 1696 ortum habuit. Literis dans operam Leopoli, cum ad Theologiam pervenisset, Sacerdos saecularis creatus est a p.m. Metropolitano Szeptycki, ad provisionem mensae suae. Exacto studiorum curriculo, quod onera Parochorum sustinere nollet, Monachus in Monasterio Sancti Georgij ad annum 1731 induit, commutato Michaëlis nomine, quod in saeculo obtinebat, cum nomine Moysis. Post aliquot probationis suae menses, ob linguae petulantiam,

---

[234] Monasterium archimandritale, a temporibus metropolitae Rutskyj, quadam authonomia et independentia gaudebat fere ad finem saec. XVIII; quae archimandria habuit duas Residentias a se dependentes: Varsaviensem et Kuznicensem; revera haec archimandria fere semper a Metropolitis gubernabatur; etsi, ut monstrant elenchi Superiorum, etiam Episcopi et simplices Religiosi eligebantur.

[235] Procurator generalis in Urbe tunc temporis erat B. Boskowicz (1752-1757), antea Lector theologiae et philosophiae Galiciae, qui erat origine croata.

qua famam Religionis et Religiosorum obterebat, e numero Novitiorum fuit ejectus, sed instante Metropolitano denuo susceptus, perseveravit usque ad solemnem Professionem, quam anno 1732 emisit.

Statim a Professione sua egit pauco tempore Concionatorem, mox Praesidem Monasterij Leopolien. S. Joannis, ac denique ecclesiae Stauropigianae, forte ob defectum Personarum, quod facile, antequam in Congregationem redacta essent Poloniae Monasteria, contingebat. Eo porro tempore nihil prius habuit, quam gratiam Aulicorum Ill.mi Metropolitani et aliorum Saecularium aucupari, minime neglecta consuetudine obtrectandi famam, laedendi secretiores Monachorum defectus, planos Saecularibus faciendi. Ope Saecularium erectus a dicto Metropolitano ad Officialatum Haliciensem, pecuniae corradendae aprime studuit, Monasterij Krylosensis, cui praeerat, nullam aut exiguam curam habuit, Superiores suos parvi fecit, in maximis (f. 295v) reponens gratiam et favorem solius Metropolitani. Post decem administrati Haliciensis Officij annos, transłatus est ad Officialatum Leopolien., in quo transegit annos quatuor.

In Capitulo Generali Brestensi I, in Consultorem Provinciae pro turno quatuor annorum electus fuit,[236] quo tempore immemor 4ti voti, de non procurandis ecclesiasticis et monasticis Praelaturis, a se emissi, spretis monitis, et hortatibus Superiorum, vacantem Ourucensem Abbatiam ambivit, Patronos saeculares jam ipse conveniens, jam litteris suis sibi concilians, jam donis et muneribus obstringens. In quibus eminent septem millia florenorum, quae Monialibus Ordinis S. Benedicti Leopolien. in perpetuum censum obtulit, ut ope illarum se insinuare valeret in gratiam Regni Ministrorum et Senatorum, quibus dictae nonnullae Moniales sanguine conjunguntur. Eodem tempore contra Patrem Koblanski,[237] Provincialem, depugnabat, contentiones cum ipso et rixas faciens usque ad eo, ut in judicium Consultorum adduci et pares merito poenas sustinere debuerit.

Deposito Consultoris Officio in Capitulo Generali Brestensi II, ad annum 1751 celebrato, Superioratum Vicinensem obtinuit, in quo non modo Superiorem, sed monachum se esse oblitus, raro in Monasterio sese continebat, curias continuo Saecularium invisens et in eis aleae studens. Curam Monasterij sui habebat nullam, facile monachorum defectus Saecularibus propalabat aliaque agebat, ut nulla extiterit visitatio Provincialis, in qua fraterne et spiritualiter correptus non esset. E Monasterio Vicinensi interfuit cum caeteris Vocalibus Capitulo Provinciali Poczajoviensi,[238] sub mea Prae-

---

[236] In Capitulo generali Berestensi 1747, quod similiter regimina Provinciarum eligebat, electus fuit ex Prov. Ruthena P. Moyses Bohaczewskyj in 2-um Consultorem; cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *op. cit.*, pag. 33.

[237] P. Sylvester Koblanskyj, ex-Secretarius generalis Ordinis electus fuit in Superiorem provincialem (1747-1751).

[238] Capitulum provinciale Poczajoviense an. 1755 (diebus 28.VIII.-2.IX.); huic Capitulo praesidebat Protoarchimandrita Heraclius Lisanskyj (1751-1759). In hoc Capitulo partem habuit ut Superior Vicinensis P. Moyses Bohaczewskyj.

sidentia celebrato, in quo post peractam omnium Provinciae Officialium electionem, vi melancholiae crassae, qua affectus videbatur, ita a mente discessit, ut in custodiam tradi debuerit, ne se interficeret, ut voluit, cum e Monasterio excedens et in sylvas se proripiens, Messoribus, in quos inciderat, ereptam falcem gutturi admovisset, jugulare se connitens, nisi a Religiosis insequentibus, quibus eadem falce manus vulneraverat, impeditus fuisset. In comitatu tandem duorum Patrum expeditus fuit ad suum Vicinense Monasterium, quod post multas factas more suo evagationes plene deseruit ante Festum Natalis Domini, anno elapso celebratum. Deseruit porro, ablatis secum septies mille ducentis viginti tribus florenis Polonicalibus de pecunia Monasterij, asportatis monumentis, syngraphis, (f. 296) summas Monasteriales evicentibus, nec non diplomatibus Regijs etc. Sic deserto atque spoliato Monasterio, postquam haec illuc oberrasset, et jam Leopoli, jam Zloczoviae, extra sui Ordinis Monasteria, commoratus fuisset, tandem ad Patres Ordinis Minorum de Observantia, in oppido Brzezany Conventum suum habentes, divertit, ibique commoratur ad hunc diem, criminans Superiores suos, inculpatissimis Patribus obtrectans, potationibus continuo indulgens. Fuit ad reditum a varijs nostris Monachis incitatus, ab ipso etiam suo Provinciali, sed parere neglexit, imo eundem suum Provincialem ad Sacrae Nuntiaturae Tribunal adcitavit, quod se innocentem Superioratu movere voluisset. Sacra Nunciatura Causam cognoscendam ad me remisit, ipsi Patri Bohaczewski, ut in mea Residentia compareret, concesso salvo conductu, injunxit; Patribus de observantia et Patrem Bohaczewski et res quae apud se deposuit, extradere jussit, sed nec hi, nec ille mandatis Sacrae Nunciaturae parent. Haec de vita et moribus Patris Bohaczewski.

Venio ad causam recursus. Hanc repetit ipse a perturbationibus, vexationibus, quas suffert a Superioribus suis, sibi male affectis ideo, quod abjectis humanis rationibus strenue obstitisset minus canonicae Provincialis electioni, ac restituenda suae Provinciae contendisset plura monasteria, alteri Provinciae indebite incorporata.[239]

*1mo:* Rite ac canonice electum fuisse Provincialem testantur Acta Capituli Poczajoviensis, quae per Monachum ad Collegium Urbanum, ita disponente beneficentia Eminentiarum Vestrarum, profecturum transmittam; *2do:* De Monasterijs Lithuanae Provinciae, Decreto Sanctae Sedis (quod ab Eminentissimo Cardinali Archinto pro tunc Nuntio Apostolico promulgatum accepimus) adjudicatis, nullam factam fuisse mentionem testantur eadem Acta et jurata observantia, quam in Sacram Sedem ejusque jussa Polona

---

[239] Agitur de nota lite inter Provincias de s.d. monasteriis « Volhyniensibus », de quibus lis habebatur inde ab an. 1727, quae maximam intensitatem habuit annis 1752-1754, postquam Congregatio possessionem eorum adiudicavit Provinciae Lithuanae, opera et littera Nuntii Varsaviensis Alberici Archinto (1750-1751), contra quam decisionem Provincia Ruthena publice manifestavit in Actis dioecesis Luceoriensis latinae. Cfr. supra documenta contemporanea.

profitetur Provincia. Quare his de Causis nullam a Superioribus neque supportavit, nec potuit supportare injuriam. Ut conjicere mihi licet, existimo Causam recursui huic dedisse timorem paenae, quam promeruerat, Monasterium Vicinense curae suae commissum deserendo, peculium ejusdem Monasterij cum monumentis et syngraphis secum asportando, res monasticas apud Saeculares deponendo, censum a pecunia monasteriali percipiendo et perceptum in Regestra non referendo, alea ludendo, minimeque prospiciendo rei familiari sui Monasterij.

Quod concernit votum ex mandato (f. 296v) Eminentiarum Vestrarum proferendum, in eo sum, ipsi exemptionem quam praetendit non posse permitti, unice ob istam rationem, ne propter tale exemplum alijs Religiosis praebeatur occasio absona agendi, spe facile sibi indulgendae exemptionis a jurisdictione Superiorum, ad quos spectat animadversio in scelera sua. Haec pro mea scientia quam tum a Patre, in cujus manibus professionem emisit alijsque sibi coaetaneis accepi, tum ex meo visu habeo, exarans, gratijs et Patrocinio Eminentiarum Vestrarum me supplex commendo ac in devotissimo Sacrae Purpurae osculo maneo.

Torocanijs, die 26 Iulij, 1756 Anno.

Eminentiarum Vestrarum humillimus, devotissimus, obedientissimus, obligatissimus Servus

HERACLIUS LISANSKI
Proto-Archimandrita Ordinis S. Basilij M. (mpr).

## 319.

*Torokanie, 26.VIII.1756.*

*De reditu in Provinciam Monachi Josaphat Hrebnyckyj et de missione in eius locum Leontii Gedroyc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 8, fol. 330rv.

Emin.mi et Rnd.mi Domini, Domini Protectores Singularissimi.

Beneficentia Eminentiarum Vestrarum, quae in reducis nuper ad nos Josaphat Hrebnicki,[240] Monachi Congregationis nostrae, in Venerabili Urbano Collegio alti educationem sese benigne impendit, facit, ut et ego gratias EE.VV. agam maximas, et Religionem meam pollicear acturam singulares, non verbis quidem, sed tali doctrinae ejus usu, qui manifestum facere EE.VV. possit beneficia sua haudquaquam apud ingratos collocari.

In locum dicti Monachi Hrebnicki, ita jubente benigna in nos EE.VV. voluntate, mitto Leontium Giodroyc,[241] Juvenem Philosophicis disciplinis ex-

---

[240] Josaphat Hrebnickyj, Alumnus pontificius de Prop. Fide, ingr. 22.XII.1753, annor. 20, studuit theologiae; ut notat registrum « la fama... generalmente del suddetto era illustre presso tutti ». Ut patet ex hac littera rediit in patriam an. 1756.

[241] Leontius Gedroyc, Alumnus pontificius Coll. de Prop. Fide ex Prov. Lithuana; ingr. 5.XI.1756, ann. 24, studuit theologiae; cfr. D. BLAZEJOWSKYJ, *Ukrainian and Bielorussian Students in the Pont. Coll. Urbaniano de Prop. Fide: 1627-1846*, in « *Analecta OSBM* », vol. IX, pag. 214, 215 (Hrebnyckyj et Gedroyc).

cultum, nec non bonis moribus praeditum. Quapropter eum gratijs EE.VV. enixe commendo.

Schismaticis ad gremium Sanctae Matris Ecclesiae revocandis damus operam, crebroque fio certior de Benedictione, quam Dominus exiguis laboribus nostris impertiri dignatur. Si voluntatis EE.VV. erit, ut confectus (f. 330v) conversorum indiculus sibi mittatur [242] libenter submittam, cum nihil majore voluptate perficere soleam, quam jussa EE.VV., quibus humillime, circa devotissimum Sacrae Purpurae osculum, me meamque Religionem commendo.

Torocanijs, die 26 Augusti, 1756 Anno.

Eminentiarum Vestrarum humillimus, devotissimus, obedientissimus et obligatissimus

Heraclius Lisanski
Proto-Archimandrita Ord. S. Basilii M. (mpr).

## 320.

*Kremjanec, 20.XI.1756.*

*Provincialis Provinciae Ruthenae cum suo Consultorio promittunt se curaturos, ne Monachi Provinciae iterum in servitium Confraternitatis Stauropigianae Leopoliensis remittantur.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* a. 1757, vol. 773, fol. 474rv.

Cum Sanctissimus Dominus noster Papa Benedictus XIV, feliciter regnans, usque ab anno Millesimo septingentesimo quadragesimo secundo pro exactiori Ordinis nostri Divi Basilij Magni moderamine ac disciplina, mediantibus suis sapientissimis mandatis, inter caetera praeceperit suppressionem, et respective unionem, seu cessionem parvorum Monasteriorum seu Residentiarum ejusdem nostri Ordinis, in quibus octo vel saltem sex monachi manuteneri et subsistere minime possint; [243] et cum intuitu ejusdem Apostolicae Dispositionis successive dimissi fuerint ex ecclesia Confraternitatis Stauropigianae Leopoliensis Ritus Graeco-Uniti quatuor sacerdotes Basiliani,[244] qui pro peragendis sacris functionibus in eadem ecclesia fovebantur, et in eorum locum totidem saeculares Presbyteri introducti extiterint, variae proinde lites et inconvenientiae exortae sunt ex parte nonnullorum Confratrum dictae Confraternitatis, manutentionem Basilianorum in praefata ecclesia Stauropigiana pro Sacramentorum administratione praetendentium, quarum inconvenientiarum occasione ijdem Patres Basiliani in

---

[242] Heraclius Lisanskyj similes elenchos inde ab anno 1740 transmittebat. Cfr. supra.

[243] Haec quaestio de s.d. monasteriis « minoribus » sat longum tempus exigebat; primum fuerunt quaedam Residentiae cum aliis monasteriis majoribus et viciniorîbus coniunctae (cfr. supra nr. 267), dein quaedam suppressa omnino, et de aliis variae instantiae proponebantur, ut ex. gr. de ecclesia Stauropigiana Leopoliensi; Ordo Basilianus nunquam possessioni abrenuntiabat, sed augmentum fundationis sperabat.

[244] Hoc decennio etiam ministerium Basilianorum ad ecclesiam Stauropigianam cessavit.

suspicionem inciderunt, ac si suam reinductionem ad dictam ecclesiam clam procurantes, mandatis et dispositionibus Apostolicis adversari vellent; nos itaque, uti et tanquam Sanctae Sedis obedientissimi filij, hujusmodi suspicionis notam a nobis ac tota nostra Provincia penitus avertere volentes, praesenti scripto nostro declaramus, quod maximi facientes ac venerantes praedictam Sanctissimi Domini Nostri dispositionem, utpote ad exactiorem Ordinis, et Congregationis nostrae disciplinam directam, eandem exactissime exequemur. Et idcirco sub fide, honore, et sacerdotali charactere promittimus, quod nos neque directe neque indirecte nec quovis alio modo curabimus reinductionem Religiosorum nostrorum ad dictam ecclesiam Stauropigianam, sub hoc personarum numero sub quo antea nostri fuerunt. Nisi in hoc aliter Sanctae Sedi visum fuerit.

Hac autem renuntiatione non intendimus praejudicare quidquam incremento et perfectioni Religionis nostrae, quae maxime cordi est Sanctissimi Domini nostri feliciter regnantis, quaeque in augmento monasteriorum, (f. 474v) apprime religiosam disciplinam cum Dei gratia et gloria servantium, consistere videtur. Quare in casu meliorandae ad dictam ecclesiam fundationis, et augendarum personarum, quippe quod non est contra praelaudatas dispositiones, quinimo conformiter ad Beneplacita Sanctae Sedis, eandem nobis nostraeque Provinciae salva et illaesa reservamus.[245] Et in horum fidem praesentes manu nostra subscribimus et sigillo Provinciae munimus.

Datum Cremeneci, 20.9bris, 1756 Anno.

Hypatius Bilinski, O.S.B.M., Provincialis (mpr).

Sylvester Malski, O.S.B.M., Ex-Consultor (mpr).

Paphnutius Mankowski, O.S.B.M., Consultor (mpr).

Gervasius Paslauski, O.S.B.M., Consultor (mpr).

Iustinus Ilaszewicz, O.S.B.M., Consultor Provin. (mpr).

Donatus Popielewicz, O.S.B.M., Secretarius Provinciae (mpr).

## 321.

*Torokanie, 27.XII.1756.*

*Protoarchimandrita cum Consultorio Generali expetunt quasdam elucidationes ad epistolam apostolicam « Super familiam », occasione quorundam difficultatum cum Archimandritis iurisdictioni Protoarchimandritae subiectis, ut: intromissionis Metropolitae in provisionem Archimandriarum; Archimandritae Stebnowskyj ad Archiman. Onuphriensem promoti, de provisionibus P. Max. Ryllo, Archimandriis, etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 772, fol. 373-378.

---

[245] Fere semper hanc clausulam proposuerunt Basiliani, manutenendo ius possessionis in spe augmenti fundationis.

Emin.mi et Rev.mi D.ni, Domini
Protectores Singularissimi.

Quemadmodum gaudio est nobis perspicere singularem Eminentiarum Vestrarum in nos immerentes commodaque nostra voluntatem, ita molestiae, cogi ad eamdem interpellandam infimis nostris precibus occasione quorundam, quae nuper contigerunt, non facile cum sapientissimis Decretis tum SS.mi Patris, D. N. Clementissimi tum EE.VV. in Epistola Apostolica « *Super familiam* » contentis concilianda.[246]

*1mo:* — Ante aliquot menses Ill.mus Metropolitanus Patrem Kniazewicz, Monachum Congregationis nostrae, suum Officialem Polocen. ad Abbatiam Trocensem,[247] pridem jam extinctam, nullis super ea, juxta dictae Decretalis dispositionem, jurium fundamentis in S. Nunciatura productis, instituit et benedixit, aliunde non ignorans praefatam Abbatiam nec Monasterium habere, in quo visitari Abbas posset, nec Monachos, quibus praeesset, nec ecclesiam ipsam, sed unicum duntaxat obtinere pagellum, eumque a p.m. Metropolita Szeptycki[248] nostro Vilnensi Monasterio applicatum.

*2do:* — R.mus Caesarius Stebnowski, Abbas Onuphrien,[249] in Archi-Episcopum Smolenscensis Dioeceseos, quae in partibus Moschoviticis tota est, quaeque nullam animarum curam annexam, nullaque Bona Mensae in Patria nostra habet, se ab Ill.mo Metropolitano nuper consecrari permisit, ad provisionem Bonorum (f. 373v) dicti Onuphriensis Monasterij, quae ab EE.VV. titulo et provisioni Archi-Episcoporum Smolenscen. addicta pro semper esse ait; cum nos tamen nihil unquam de hujusmodi dispositione (quam certe singularis EE.VV. aequitas et benignitas, nonnisi nobis auditis, faceret) acceperimus.

*3tio:* — S. Regia Majestas D. N. Clementissimus Rl.mo Patri Maximiliano Rylo, Congregationis nostrae Secretario,[250] contulit Episcopatum Chelmensem, una cum tribus Monasterijs,[251] quae quidem jam in potestatem Abbatum devenerunt, nihilominus vi fundationum a simplicibus Monachis gubernari deberent.

---

[246] Cfr. supra in documento 317, pag. 246-7.

[247] Archimandrita Lubecki-Kniazewicz erat Archimandrita Trocensis (1759-1770), ut videtur.

[248] Metropolita Kioviensis Athanasius Szeptyckyj (1729-1746). Obiit die 11.XII.1746.

[249] Caesarius Stebnowskyj, Archimandrita Onuphriensis et Archiepiscopus Smolescensis (1756-1763).

[250] Maximilianus Ryllo, Alumnus pontificius Coll. de Prop. Fide; Vilnensis, fil. Hieronymi, ingressus anno 1741, ordinatus anno 1742 in omnibus gradibus sacerdotii ab episcopo Matranga in ecclesia S. Basilii et in oratorio Coll. de Propaganda; post suum reditum missionarius in eparchia Chelmensi, ubi erat et Superior monasterii, Procurator Varsaviae; annis 1755-1759 Consultor Prov. Lithuanae. Dein nominatus Episcopus Chelmensis (1759-1785), translatus Peremysliam (1785-1793): vir insignis in Ecclesia Ruthena, Episcopus-Missionarius. Cfr. CHOMA J., *Maximilianus Rylo - Episcopus Chelmensis et Peremysliensis*: 1759-1793, Roma 1951.

[251] Habuit monasteria: Dermanense (1772-1785) « in commendam »; de aliis forsan agitur de Dubnensibus duobus (?).

*4to:* — Ill.mus Metropolitanus, cum nuper, rogatus a me Proto-Archimandrita, faceret per Litteras Ill.mo Coadjutori suo [252] potestatem benedicendi nominatum Abbatem Dorohobuscen.,[253] requisivit a dicto Ill.mo Coadjutore, ut eumdem Abbatem etiam installaret.

Cogimur proinde humillimis precibus nostris EE.VV. exorare, ut pro sua inenarrabili benignitate, quam nunquam non experti sumus, velint nos Sapientissimis Oraculis suis erudire, quid sentiendum sit in dubijs inde promanantibus, quae reverentissime EE.VV. sic exponimus.

*1mo.* Utrum nomine institutionis, quam vigore dictae novissimae Decretalis « *Super familiam* » ab Ill.mo Metropolita suscipere Abbates tenentur, possit ab eodem Metropolita usurpari jus installandi, Proto-Archimandritae in eadem Decretali attributum? Ubi (f. 374) illud velle arrogare sibi videtur, ex testimonio litterarum, quas legitime recognitas EE.VV. humiliter exhibebit noster in Urbe Procurator.[254] Nos quidem nomine institutionis, quam ab Ill.mo Metropolitano, secundum praecitatam novissimam Decretalem Abbates petere tenentur, nihil aliud intelligimus, quam collationem tituli Abbatiae sive Institutionem, quam vocant Canonistae, verbalem, quae quidem in Ritu nostro fieri benedictionem et traditionem ipsi insignium Abbatialium, adeoque nihil aliud intelligimus quam jus benedicendi privative Metropolitano attributum, quod antea omnibus Episcopis in suae Dioeceseos Abbates competebat. Proinde existimamus non posse Ill.mum Metropolitanum jus installandi, quod Proto-Archimandritae a Sanctitate Sua in praecitata Decretali attribuitur, sibi arrogare. Cum hoc apud omnes juris Canonici Professores, ab Institutione proprie et stricte accepta sive verbali contradistinguatur, nihilque aliud sit, quam inductio et inauguratio actualis ejus, qui jam quoad titulum Abbatiae per benedictionem institutus est in possessionem ejusdem Abbatiae, sive ut vocant Institutio realis aut corporalis. Et sic intelligendi praesto nobis adest fundamentum, cum in colendissima Decretali « *Inter plures* »,[255] quae solum Proto-Archimandritam facit immediatum et legitimum Superiorem Bonorum Abbatialium, tum (f. 374v) in novissima « *Super familiam* »,[256] quae eidem Proto-Archimandritae jus etiam in Personas Abbatum adjudicat.

*2do.* Utrum Ill.mus Metropolitanus possit pro libitu suo ad Abbatias titulares, quae Monasterijs, Monachis, et ecclesijs destitutae sunt nostros Religiosos promovere? Videtur non posse, ob integritatem disciplinae monasticae, quae facile pessumiret, aditu reserato Monachorum ambitioni,

---

[252] Philippo Wolodkowicz, Coadiutore Metropoliae (1752-1778).

[253] Archimandrita Dorohobuscensis obiit anno 1756, Marcus Czaplic (1748-1756); ei successit Ignatius Ulinskyj (1756-1770).

[254] Procurator in Urbe erat hoc anno Basilius Bosiczkowicz (1752-1757), origine croata, Lector theologiae Basilianorum Leopoli.

[255] « *Inter plures* » die 11.V.1744; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 88-100, nr. 704.

[256] Littera decretalis « *Super familiam* » de dat. 30.III.1756; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 161-164, nr. 747.

nihil tam adeo, quam Abbatum titulos nuncupanti, qui quidem facillime excogitari poterunt, facta Ill.mis Metropolitanis potestate titulares pro arbitrio suo creandi Abbates. Jam quippe habuimus, volentibus Metropolitis, et Toloczynenses et Chorobrovicenses Abbates, quorum tamen Abbatias non modo non extare, sed nequidem in rerum natura unquam extitisse scimus.

*3tio.* Num expediens videatur, ut qui in dignitate Episcopali constituti sunt, Abbates fiant, et creentur? Ratio dubitandi est, quod Abbates nostri vere Claustrales sint Rectores, et ad continuam in Monasterijs residentiam obligati, quod quidem praestare nequeunt Ill.mi Episcopi, qui nisi commendatarij dici possent, quales tamen nunquam extiterunt in Russia, si excipiamus hodiernum Ill.mum Leopolien. Episcopum, qui primus de consensu Sanctae Sedis Commendatarium agit nostri Mielecensis Monasterij,[257] hoc nihilominus pacto « pro hac vice tantum et dummodo non transeat in exemplum ». Deinde quod quaedam extent Abbatiae, in quarum fundationibus (f. 375) expresse cautum legimus, ne unquam ab Episcopis gubernentur; Tandem, quod Rnd.mi Episcopi nostri bene sint provisi, nullusque ex ipsis (solo dempto Archi-Episcopo Smolenscen.) sit ita pauper, ut nulla Bona Mensae habeat, non percipiatque a Clero subsidium, quo suae Dignitatis gradum commode tueri possit.

Quatenus affirmative, utrum ab Ill.mo Metropolitano, an vero a Proto-Archimandrita Installationem suscipere teneri docet Sanctitatis Suae Decretalis « *Super familiam* », cui tamen refragaturos vereror ratione gradus sui, ne ipsi Proto-Archimandritae submittere censeantur. Item

Utrum Episcopis Abbatias obtinentibus tanquam immediatis suis Praelatis Monachi subesse teneantur? an vero, quod exemptioni nostrae longe conformius esse videtur, alius simplex Monachus pro illa vice, qua Episcopus Abbatis munere fungeretur, a Proto-Archimandrita praefici debeat? cui subsint, divisis prius et partitis, pro dicta solum vice, bonis ita, ut una eorum pars Episcopos, altera solos Monachos concernat, ipsisque sustendandis inserviat. — Experientia enim didicimus, passim Monasteria Bonaque Abbatialia in miserrimum statum abijsse, quando ab Abbatibus Episcopis ex integro gubernabantur. Extant enim Abbatiae, quae quemadmodum etiam ipsarum ecclesiae, ne tecta quidem integra habebant, quibus se a coeli injurijs tueantur. Sunt, quae paucissimos Monachos alebant, cum tamen, attentis reditibus (f. 375v), insignissimum numerum sustinere possint. Praeterimus autem Episcopos et suos Famulos, quoties ad Monasteria veniunt, et in illis resident, sub uno tecto cum Monachis habitare solere, quo fit, ut Monasterium suam clausuram, Monachi vero sui spiritum recollectionis dispendant; illam quidem ob continuum jam necessarium,

---

[257] Episcopus Leopoliensis Leo Ludovicus Szeptyckyj (1748-1779), qui ab anno 1762 erat Coadiutor Metrop. Kioviensis, et anno 1778-1779 etiam Metropolita. Obiit 24.V.1779. Hic ab anno 1748 usque ad mortem erat etiam Archimandrita Mielecensis.

jam officiosum hospitum utriusque sexus accessum; hunc ob strepitum laicae multitudinis, simul cum Monachis habitantis. Tacemus pariter quod Ill.mi Episcopi, obtentu dignitatis et gradus sui, se suaque Monasteria, praesertim quoad calculum, a Canonica Superiorum Visitatione immunes facere contendent, aliasque multas causas praeterimus, ob quas, in casu permittendarum Episcopis Abbatiarum, alium Regularem Superiorem ex Monachis deligendum, et potius partitionem Bonorum faciendam humiliter petamus, quam pensionem pecuniariam assignandam, quae, ut docemur exemplo commendati Ill.mo Leopolien. Mielecensis nostri Monasterij, facile nos fallere potest, cogeretque miseros Monachos, ut huc illuc divagentur, victus et amictus comparandi gratia. Quamquam si eadem pensio non jam ab Episcopis-Abbatibus Monasterio, sed a Monasterio Episcopis solvi juberetur, nihil magis salutare eveniret. Tunc enim et Monasterio pro sustentando Monachorum numero, et reparatione tectorum, sui constarent reditus et sui pariter Ill.mis Episcopis.

Porro, quatenus altissimo EE.VV. judicio partitio Bonorum probaretur (f. 376), quaerere humillime non omittimus, a quo pars quae Ill.mis Episcopis obvenisset visitari deberet? Id juris Proto-Archimandritae EE.VV. benigne concessuras non ambigimus, cum per Sanctitatis Suae Decretalem « *Inter plures* » jus ipsi attributum sit indiscriminatim in Bona Abbatialia.

Denique, pari submissione proponimus, casu quo Abbates ab una Abbatia ad aliam transferri contigeret (quod quidem non semel in Russia practicatum est), utrum Abbas circa nominationem Regiam vel alterius alicujus Patroni sic se transferens teneatur facultatem transferendi se et Installationem petere a Proto-Archimandrita? an vero ab Ill.mo Metropolitano. Videtur utrumque petendum esse a Proto-Archimandrita, quod ita facile obviam iri posset ambitioni Monachorum, nec tam frequentes translationes fieri posse viderentur.

His subtexenda censuimus, quae 2dum praedictae Decretalis articulum de vocalitate Abbatum respiciunt. Tres apud nos Abbatum Classes extant. Prior comprehendit eos, qui simul Episcopali Dignitate refulgent; altera illos, qui unice Monasticis Communitatibus, atque ijs quidem numerosis, sunt praefecti; Etiam denique hos, qui octonario pauciores Monachos alunt, aut nullum prorsus habent, dicunturque Abbates titulares. De Abbatibus 1mi ordinis nihil loquimur, cum pro certo teneamus ad ipsos, utpote supra Religionem evectos, ea, quae de jure suffragij in laudato articulo praescripta (f. 376v) sunt, nihil attinere. Praeterimus quoque Abbates alterius Classis, quod dubitari nequeat, quin illis id juris competat omnino, et conveniat. De tertia solum Classe succurrit nobis dubium: num concesso Abbatibus jure suffragij, praesertim activi, frui debeat? Ii enim, quorum Communitas ad octonarium saltem numerum non ascendit, sed ex tribus aut quatuor tantum Religiosis constituitur, adeo sunt inopes, ut si Capitulis interesse deberent, gravissimis Monasteria sua damnis mulctarent; siquidem integros pene annuos reditus suos in unicum capitulare iter erogare cogerentur.

Titulares vero Abbates, cujus nomine votum in Capitulis ferent? si nullam cui praesint Communitatem habent, soloque nomine sunt Abbates? Accedit, quod minus convenire videatur, ut Titularibus locus inter Vocales concedatur, expunctis Superioribus Monasteriorum, qui revera jurisdictionem obtinent, et exercent, promotique ad Superioratus sunt in praemium laborum, quos vel Fidei Propagandae vel amplificandae Religioni impenderunt.

Ut nostram vilissimam sententiam amplissimo arbitrio EE.VV. subjiciamus, clariusque freti singulari clementia sua loquamur, nihil opportunius videretur, quam si EE.VV. statuere dignarentur, ut sive Archimandritae, sive simplices Hegumeni seu Superiores, non alii in Capitulis jure utriusque suffragij potirentur, quam qui sui Monasterii communitatem saltem octo Monachorum alere possunt. Confirmarent id edita anterius sapientissima EE.VV. Decreta, quae jubent non alia a nobis recipi, et (f. 377) sustineri debere Monasteria, quam quae saltem octo Monachis sunt paria sustentandis. Tandem efficerent, ne deinceps Abbates titulares ab Ill.mo Metropolita crearentur et instituerentur, plurimasque alias utilitates Congregationi conciliarent, quas, ne taedio EE.VV. simus, consulto praeterimus.

Quodsi placuerit EE.VV. isthaec nostra desideria benigne comprobare, sistema Vocalium non incongrue disponi posse videretur in hunc modum: *1mo,* Juxta sapientissimam Decretalem « *Inter plures* », remanente Proto-Archimandrita cum suo Consultorio, nec non Patribus Visitatoribus Provincialibus, extra praescriptum quadragennarium numerum, in hujusmodi numerum referre in unaquaque Provincia in primis Officiales Provinciae, deinde Abbates, qui ad minimum octo Monachis praesunt, tandem Hegumenos sive Superiores Monasteriorum, pariter ad minimum octo Monachos sustentatium. His subtexere Secretarium Religiosissimi P. Provincialis, Professores saltem sex, Magistrum Novitiorum unum.

Ex hujusmodi nostro sistemate reverentissime exposito oritur occasio supplicandi EE.VV., ut circa praecedentiam, quae inter Abbates et Officiales Ordinis servari debet, sententiam nobis suam benigne proferre dignentur. Dictam quidem praecedentiam supra Abbates competere Officialibus Congregationis suadet: *1mo,* quod ipsi unum quoddam corpus cum Proto-Archimandrita constituant, qui quidem Proto-Archimandrita vigore novissimae Decretalis non potest Abbates non praecedere; *2do,* quod (f. 377v) sapientissima Decretalis « *Super familiam* » in quadragennario Vocalium numero ipsos includi jubeat, extra quem tamen vult habere Proto-Archimandritam cum suo Consultorio et Provincialibus; altera, prior Decretalis « *Inter plures* », ex praescripto dictae toties Apostolicae Epistolae « *Super familiam* » religiose in hoc puncto servanda.

Porro eamdem praecedentiam super eosdem Abbates competere Officialibus Provinciae saltem in actibus Monasticis, suadet Decretum ejusdem, quam proxime laudavimus, Epistolae « *Super familiam* », quae statuit, ut Archimandritae etiam in Provincialibus Capitulis non modo

activi, sed etiam passivi suffragij jure fruantur, in quibus quidem Capitulis non ad alia Officia Monachi promoventur, quam ad Provincialia, ac per sequelam promoti ad illa non descendunt, sed ascendunt, quod, concessa Abbatibus supra Officiales Provinciales praecedentia, secus eveniret, nam Abbates eo posito non ascenderent, sed descenderent.

Supplicamus quoque EE.VV., ut formulam juramenti quod deinceps, secundum jura et Constitutiones et Decreta ab Apostolica Sede emanata et in Decretalibus « *Inter plures* » et « *Super familiam* » contenta, Abbates praestituri sunt, vel ipsae EE.VV. pro benignitate sua concipi jubeant, vel a nobis conceptam, quam EE.VV. noster Procurator exhibebit, approbare velint. Ill.mus enim Metropolita hucusque veteri forma Abbates, quibus benedictionem elargitur (ut nuper Trocensi Abbati titulari elargitus est), jurare jubet. Certe jussu EE.VV. formula ejusmodi concepta, vel (f. 378) quam nos jam concepimus, ab EE.VV. approbata, non posset pondus suum apud Ill.mum Metropolitam non habere.

Extremum, quod adjungimus, est, ut quoniam novissima Decretalis, cujus toties jam meminimus, permittat Patronis, ut jurium fundamenta super unoquoque Monasterio, quod ex Abbatia in simplicem Superioratum conversum esse dicitur, libere in S. Nunciatura exhibere valeant; possimus nos etiam nostra monumenta producere super illis Monasterijs, tum quae vigore fundationum suarum nunquam Abbatialia fuere, sed per solam ambitionem Monachorum, ad dictum titulum sunt provecta, tum quae per Regum Serenissimorum Privilegia in simplices Superioratus redacta sunt.

Haec omnia altissimo EE.VV. judicio ea, qua par est reverentia subjicientes, suppliciter rogare EE.VV. non omittimus, ut Ordinem hunc, qui suum Fidei per Russiam Propagandae ardorem sanguinis effusione toties contestatus est, et contestari cupit, benigne tueri, suisque sapientissimis oraculis dirigere velint, quo alacrius Apostolicis laboribus incumbat, uberioreque in dies messe Ecclesiam Dei cumulare contendat. Id quemadmodum certo futurum speramus, ita certissime pollicemur, nos continuo indignas ad Deum preces fusuros, ut curas EE.VV., quas solicitudo sua Apostolica ad hunc ultimum Orbis Catholici angulum extendere benigne dignatur, quasque nos Officijs nostris compensare non valemus, ipse large exolvat. Denique veniam uberioris (f. 378v) Epistolae, quam longius protendere ut auderemus, compertissima EE.VV. clementia, ut deberemus, Officij nostri ratio, et gravitas multiplicibus argumentis postulavit, humillime deprecati ad osculum Sacrae suae Purpurae nos demittimus, manentes.

Torocanijs, die 27.Xmbris 1756.

Eminentiarum Vestrarum humillimi, devotissimi, obedientissimi et obblig.mi Servi

Heraclius Lisanski, Proto-Archimandrita Ord. S. Basilij Magni (mpria).

Nicodemus Karpinski, O.S.B.M., Provincialis Lituaniae (mpr).

Hypatius Bilinski, O.S.B.M., Provincialis Poloniae (mpr).

Theodosius Koniaczewski, O.S.B.M., Consult. Generalis (mpr).

Athanasius Czarkowski, Ord.S.B.M., Consultor Generalis (mpr).
Valerianus Podwieszczynski, O.S.B.M., Secretarius Generalis (mpr).

## 322.

*Luck, 30.XII.1756.*

*Vigilius Szadurski, Basilianus, Alumnus pontificius, refert de sua vita et activitate, ut Alumnus pontificius, in Szarogrod, in Luceoria etc., et an singulis annis de se referre est obligatus, etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 771, fol. 52-53v.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini,
Domini Protectores et Benefactores Ampl.mi.

Tertius jam est annus, postquam peracto studio Theologico in Venerabili eoque Sacratissimo Collegio Urbano, de Vestris Mandatis in Russiam me recepi, ubi per unum annum, obtemperando voluntati Superiorum meorum, in partibus Ukrainae, in Civitate Szarogrod, prope Moldaviam et Tartariam, plures inter Schismaticos, praecipue occultos, permansi, ibique munus scholarum Praefecti et Rhetorices Magistri obire non neglexi; diebus autem Festis, vacationum et recreationum tempore, excipiendis Confessionibus, annuntiando Verbo Dei, obduratorum in errore schismatis conversioni apprime studui, quorum nonnullos sincero corde ad Ecclesiae Catholicae Gremium venisse scio, nec dubito.

Absoluto in laudata Civitate (f. 52v) unius anni spatio, juxta consuetudinem nostram obedientialibus literis vocatus fui a Religiosissimo nostro Provinciali ad Capitalem Volhyniae,[258] pro exercendo Praedicatoris ordinarij officio, nec non pro instruendis Ordinandis, ita volente et requirente Ill.mo Domino Sylvestro Lubieniecki-Rudnicki, Ostrogiensi et Luceoriensi Episcopo, totius Russiae Exarcha.[259] Huic postremo labori omnem conatum et totas vires consecraveram hoc motivo victus: Bene instructi tam quad dogmata, quam ad modum sancte vivendi, praefecti rudissimo Populo Parochi, bene instruent in his omnibus commissum sibi a Christo gregem; prout spero in Domino.

Terminato hoc altero Apostolici laboris exercitio, disponente praedicto Rev.mo Provinciali, transtuli me ad Monasterium Sanctae Crucis, in eadem Civitate positum,[260] in quo Philosophicum Studium nostri Ordinis Professis tradendum suscepi; at non jam oblitus vocationis me esse Missionarium, quippe et modo, quantum fieri potest, suscipio Sacras Confessiones caeteraque saluti animarum Christi provideo.

---

[258] Luceoria, capitalis urbs Volhiniae, ubi Provincialis Prov. Ruthenae Hypatius Bilinskyj (1755-1759) Virgilium Szadurskyj in praedicatorem vocavit.

[259] Sylvester Rudnickyj, Episcopus Luceoriensis (1752-1777).

[260] In civitate Luceoriensi erant duo monasteria, ex quibus unum venit sub titulo S. Crucis, fundatum anno 1624, et abolitum an. 1835.

Haec omnia et singula non avidus laudis, nec (f. 53) amoris vanae ostentationis exposui, sed emisso per me juramento satisfaciens scribo; quamvis fateri cogor praeterito anno non scripsisse, et nuper non obtentis responsorijs non iterasse, verum non ob aliquam negligentiam, sed ob magnas expensas postae, et aliquando ob defectum ejusdem postae. Quapropter enixissime rogo Eminentias Vestras, quatenus certificare dignentur: Utrum omnino sub paena incurrendi perjurij singulis annis nos Monachi Alumni, quilibet per se seorsive teneatur ad certificandam Sacram Congregationem de loco et officio, juxta obloquentiam juramenti, an vero sufficit ut Religiosissimus Provincialis per Reverendissimum Ordinis nostri Procuratorem de singulorum munere, loco et studio, singulis annis eandem Sacram Congregationem certam faciat?

Cujus resolutionem (f. 53v) devotissime expecto, meque Vestrae Benevolentiae, Gratiae, Clementiae, Vestroque Patrocinio commendo.

Datt. Luceoriae, Anno Christi 1756, die 30.Xbris.

Eminentiarum Vestrarum

perennis Cultor, et infimus Servus
VIRGILIUS SZADURSKI,
Monachus Ruthenus Ordinis Sancti
Patris Basilij Magni (mpr).

## 323.

*(Roma) ...1756.*

*Reflexiones super lamentela et dubbia, in litteris Protoarchimandritae expressa, de Archimandritis et Archimandriis, de interventu Metropolitae quoad benedictionem Archimandritarum, eorum translatione, iuramento etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 772, fol. 379-384v.

Riflessioni sopra la Lettera [261] del P. Generale dè Monaci Basiliani Ruteni.

*P.ma Doglianza:* — Tutte le Abazie sono di giuspatronato o regio, o di nobili Polacchi; se il Metropolitano ha benedetto il P. Kniaszewicz [262] per l'Abazia di Troki, conviene di credere, che vi sia preceduta la nomina del Re, o del Patrono; perciò sembra necessario di sentire su questo punto lo stesso Metropolitano.

*2.da Doglianza:* — Quando le Diocesi Rutene sono state occupate dagli Scismatici, li Metropolitani vi hanno sempre mantenuto un Vescovo cattolico; il quale per suo congruo sostentamento ha goduto di un Abazia. La Diocesi di Smolensk fu occupata dalli Moscoviti nel secolo passato, ed i Metropolitani (f. 379v) vi hanno sempre tenuto un Arcivescovo catto-

---

[261] Cfr. supra documentum nr. 321, sub dat. Torokanie, 27.XII.1756.

[262] Archimandrita Trocensis Kniazewicz, nominatus a Metropolita ante annum 1756, obiit anno 1770.

lico, a cui è stata costantemente conferita l'Abazia di Onufrey, forse come più vicina a quella Diocesi. Nel 1752 l'odierno Metropolita,[263] avendo trasmesso la relazione della visita della sua Diocesi metropolitana, rilevò tra le altre cose, che la Diocesi di Smolensko era da alcuni anni vacante, perchè i Superiori de' Monaci impedivano la collocazione dell'Abazia di Onufrey, parimente vacante. La Sacra Congregazione gl'ingiunse di procurare, che dal Re fosse nominato un degno Monaco a quella Abazia, e che egli poi lo consagrasse per Arcivescovo di Smolensk. Questo è quello, che ha eseguito il Metropolitano. Ciò non ostante, il P. Generale, essendosi lagnato perciò del Metropolita, il di cui Agente per ordine del fu Monsignor Lercari (f. 380)[264] stese alcuni fogli, co' quali si dimostra consuetudine inveterata, che l'Arcivescovo di Smolensk sia insieme Abate di Onufrey, e la necessità di continuarla. Tali foglj furono comunicati li 20 Gennajo passato al P. Generale per indurlo a quietarsi. Egli non ha risposto ancora, ma l'Arcivescovo di Smolensk ha deputato in Roma un Procuratore, il quale lo assista in questo affare, quando vi sia il bisogno.

*3.a Doglianza* — Il Vescovato di Chelma non è vacante,[265] ne può vacare, se prima non sia trasferito alla Chiesa di Uladimiria il presente Vescovo, lo che dipende da questa S. Sede, alla quale sino ad ora non ne è stata fatta veruna istanza.

*4.a Doglianza:* — Nel Breve della Santità di Nostro Signore, che incomincia « Super familiam »,[266] si prescrive: « Unusquisque eorum, cioè degli Abati, Institutionem quidem a Metropolitano, Installationem vero a Proto-Archimandrita suscipere (f. 380v) teneatur ». Non si sa, se vi sia l'abuso asserito dal P. Generale e perciò sarebbe espediente di sentire sopra di ciò il Metropolitano.

*P.mo Dub.:* E' chiara in ciò la disposizione del Breve pontificio di sopra allegata, in cui si aggiudica al Metropolitano la Istituzione degli Abati, ed al P. Generale la Istallazione.

*2do Dubio:* Si è riferito di sopra, che il Metropolitano non benedice, ne istituisce gli Abati, se non precede la nomina di quelli, che hanno il gius di nominarli.

*3tio Dubio:* Nel 1748 furono tenute alcune Congregazioni particolari alla

---

[263] Florianus Hrebnyckyj, Metropolita Kioviensis (1748-1762); Relatio dioecesana transmissa a Metrop. Hrebnyckyj cfr. in *Epistolae Metrop. Kioviensium Catholicorum: L. Kiszka, A. Szeptyckyj, F. Hrebnyckyj;* 1714-1762, Romae 1959, pag. 294-303, nr. 31.

[264] Secretarius de Prop. Fide, Nicolaus Lercari, Aep. Rhodensis (1744-1757).

[265] Episcopus Chelmensis Philippus Wolodkowicz usque ad annum 1756 Sedem hanc obtinebat (1730-1756), quo anno ad Sedem Volodimiriensem translatus fuit, quam usque ad finem vitae 1778 obtinebat, etsi ab anno 1764 Coadiutorem habuit Antoninum Mlodowskyj.

[266] « *Super familiam* », Breve Benedicti XIV de dat. 30.III.1756; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 161-164, nr. 747.

presenza della Sanità di Nostro Signore,[267] nelle quali furono progettati varj Decreti, e regolamenti per i Ruteni. Uno di questi fu, di ritruovare il mezzo, che le Abadie non fossero conferite ai Vescovi; atteso che nel Rito Greco non v'è stato mai l'uso delle Commende. Ma perchè fu osservato, (f. 381) che gli Arcivescovi di Polock, e di Smolensk, et i Vescovi di Chelma, e di Pinsk, attesa la povertà della loro Mensa, non possono sussistere senza qualche ajuto, fu scritto all'Eminentissimo Sig. Cardinale Archinto, allora Nunzio Apostolico in Polonia,[268] di trattare col Re, e d'insinuargli, che si compiacesse piuttosto d'imporre una pensione perpetua sopra le Abadie più pingui a favore dei sudetti quattro Prelati. Il negoziato non ebbe il fine, che desideravasi; e poco dopo Sua Santità concedette al Vescovo Ruteno di Leopoli (il quale è uno dei più ricchi Vescovi) la ritenzione dell'Abadia Mielecense.

*Al p.mo Dubio subdiviso:* — I Vescovi Ruteni, quando hanno ottenuto le Abadie, non hanno mai pigliata la istallazione dal Proto-Archimandrita; ne la Santità di Nostro Signore sopra di ciò ha pronunciato cosa alcuna; ordinando soltanto, che gli Abati debbano prendere la istituzione dal Metropolitano, e (f. 381v) la istallazione del Generale.

*Al 2º Dubio subdiviso:* — Sembra necessario di sapere, quale sia la pratica, e la consuetudine di regolare i Monasterj nel caso, che l'Abate è Vescovo; mentre il regolamento dè Monasterij appresso i Ruteni, che sono di Rito Greco, è molto diverso da quello dei Latini.

*Al 3º Dubio subdiviso:* — La divisione delle Mense Abaziale, e claustrale non può farsi senza il consenso del Re, e di quelli, à quali compete il gius di nominare. Dall'altro canto è noto, quanta fatica costasse ai Ministri della S. Sede la divisione delle Mense nelle Abadie latine in Polonia, secondo il celebre Concordato, fatto dopo un lungo, e spinoso negoziato tra la sa.me. di Clemente XII e la Republica di Polonia.

Dopo le parole: *pendendam obligare,* converrebbe di sapere, quale sia stata in ciò sino ad ora la pratica; tanto più che quando il Dubio proposto dal P. Generale includesse un nuovo (f. 382) sistema, converrebbe assicurarsi non solamente della necessità, o delle maggiore utilità di esso, ma ancora, che fosse di poi eseguito; e che non si fraponessero opposizioni per parte della Corte, o di quei Nobili, ai quali compete il giurispadronato sopra le Abadie Rutene.

*Al 4º Dubio:* — Sembra, che nelle traslazioni degli Abati da una Abazia all'altra debba osservarsi quella medesima regola, che da Nostro Signore è stata prescritta nelle promozioni de' semplici Monaci à qualche Abbadia;

---

[267] Cfr. *Congregationes Particulares,* vol. II, pag. 122 etc., nr. 89-90, sub dat. 23.XI.-10.XII.1748. Documentum sat prolixum.

[268] Albericus Archinto, Nuntius Varsaviensis (1746-1754), nominatus cardinalis anno 1756, 5.IV, obiit anno 1758, die 30.IX.

cioè che il nuovo Abate riceva l'Istituzione dal Metropolitano, e la Istallazione del Generale; tantopiù che un Abate non può essere trasferito da una Abadia all'altra, se a questa seconda non è nominato da quello, a cui appartiene il gius di nominarlo.

*Al 5º Dubio:* — Tenutosi nell'anno 1743 il Capitolo Generale de' Monaci Basiliani (f. 382v) Ruteni in Dubno, fu osservato, che la multiplicità de' Vocali recava confusione, ed in oltre che una Provincia avendo molto maggior numero di Vocali dell'altra, conveniva disporre tra esse un giusto equilibrio; perciò Sua Beatitudine nella lodata Decretale « *Inter Plures* » *§. In eisdem*, ordinò,[269] che oltre alli Consultori Generali, Segretarij Generali, Provinciali, Consultori, e Segretarj Provinciali, si elegessero 40 vocali, cioè 20 per ciasceduna Provincia. Gli Abati, pretendendo di non essere soggetti al Generale, rinunziarono alla voce attiva, e passiva, della quale aveano sempre goduto. Nostro Signore, avendoli dichiarati soggetti al Generale col suo Breve « *Super Familiam* »,[270] ha dichiarato altresì: — *Abbates in posterum tam in Provincialibus suarum respective Provinciarum* (f. 383), *quam etiam in Generalibus universae Congregationis Capitulis activi, et passivi suffragij jure fruantur, servatis tamen, ac religiose impletis ijs, quae circa Vocalium numerum decreta fuerunt in saepedicta Epistola* « Inter plures », *ita videlicet, ut in designato hujusmodi numero Abbates ipsi includantur.* — In vigore di ciò tutti gli Abati debbono godere della voce attiva e passiva. Tutti gli Abati insieme non sorpassano il numero di diecinove. Questo numeero si rende anche minore, perchè alcune Abadie sono godute dalli Vescovi, e qualche Vescovo gode due Abbadie, siccome al presente il Vescovo di Chelma, di Dubno, e Derman; e dall'altro canto il P. Generale suppone, che i Vescovi, i quali godono delle Abadie, non debbano godere altresì della voce attiva, e passiva.

(f. 383v) Il P. Generale richiede, che ne siano esclusi ancora quelli Abati, i quali o sono meri titolari, non avendo Monastero (e questi sono due soli) o che hanno un Monastero, in cui non possono sostentarsi otto Monaci (e questi sono in maggior numero); e che in luogo di essi siano ammessi i Lettori, e i Maestri de Novizj. La qual cosa sovvertirebbe tutto quello, che è stato saggiamente disposto dalla Santità di Nostro Signore.

*Al 6º Dubio:* — Gli Abati pretendevano la precedenza sopra il Generale. Nostro Signore nella Decretale « *Inter plures* », *§. Duplex itaque*, decise: « In omnibus actibus monasticis Proto-Archimandrita praecedat Abbates... extra vero actus monasticos solitum servari praecipimus ».

Il Generale in oggi domanda, che gli Abati negli atti monastici siano

---

[269] « *Inter plures* » Littera decretalis, par. « *In eisdem* », pag. 98; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 88-100, nr. 704.

[270] « *Super familiam* », Breve Benedicti XIV, de dat. 30.III.1756; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 161-164, nr. 747; textus infra citatus invenitur in pag. 163, qui incipit: « Secundo statutum est... ».

obbligati di cedere la precedenza ai (f. 384) Consultori Generali, ai Provinciali, ed ai Consultori Provinciali, sebbene non siano Abati; lo che almeno indirettamente sarebbe contrario alle disposizioni della Santità di Nostro Signore.

*Al 7° Dubio:* — Nostro Signore nel Breve « *Super familiam* », *§. Primo itaque,* prescrive: « Obedientiae Juramentum in Metropolitani manibus praestent (Abbates); cujus quidem juramenti formula ita concepta sit, ut relationem habeat ad omnia jura, constitutiones, et decreta ab Apostolica Sede emanata, et signanter ad ea, quae in praecitatis, quarum initium est *"Inter plures", et praesentibus nostris literis continentur* ».[271]

Anche il Generale è tenuto di prestare il Giuramento di obedienza al Metropolitano; e Sua Beatitudine nella Decretale « *Inter plures* » ordinò che alla solita Formula (f. 384v) si aggiungesse la clausula: — secundum omnia Iura, Constitutiones, et Decreta ab Apostolica Sede emanata. — Laonde sembra che al presente Dubio possa rispondersi: — *Serventur praescripta a SS.mo Domino Nostro in Brevi* « *Super Familiam* ».

*Al Dub. 8°:* — Nel lodato Breve « *Super familiam* » *§. Quam vero,*[272] Sua Santità permette di dedurre le sue regioni sopra le Abadie soppresse avanti alla Nunziatura: — omnibus, et singulis, qui in hujusmodi negotio jus aliquod sibi competere, seu quavis ratione id sua interesse putabunt. — Laonde alla istanza del P. Generale pare che possa rescriversi: *Utatur jure suo.*

## 324.

*Torokanie, 29.X.1756.*

*Protoarchimandrita de mutatione Procuratorum Generalium in Urbe: B. Boskovich, et Hieronymi Oziemkiewicz, quem commendat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 339rv.

Emi.mi et Rev.mi Domini,
Domini Protectores Singularissimi.

Mandatis Eminentiarum Vestrarum, quae Patrem Basilium Boskovich, in Croatiam Sanctae Unionis promovendae causa mittendum duxere,[273] Congregatio mea gerens morem, mittit in locum ejus Patrem Hieronymum Ozimkiewicz,[274] rite ac Canonice in Consultorio nostro Generali in Procura-

---

[271] « *Inter plures* », de dat. 11.V.1744; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum,* vol. II, pag. 88-100, nr. 704, passim.

[272] « *Super familiam* », de dat. 30.III.1756, in *Documenta Pontificum Romanorum,* vol. II, pag. 161-164, nr. 747; paragraphus invenitur in pag. 164.

[273] P. Basilius Boskovicz, Basilianus croata, Lector theologiae in Studio Leopolitano, Procurator in Urbe (1752-1757).

[274] P. Hieronymus Oziemkiewicz, Procurator in Urbe (1757-1760), antea Consultor Prov. Ruthenae (1747-1751), et Superior monasterii Luceoriensis (1752-1754).

torem Generalem electum. Supplex proinde peto EE.VV., ut hunc in clientelam benigne receptum gravissimi sui Patrocinij fructus uberes ferre patiantur. Quemadmodum vero sibi id praestitum omne agnoscet Religio mea, ita suum esse ducet Deum Optimum exorare, ut is EE.VV. ad universae Ecclesiae felicitatem perpetuamque Ordinis mei Protectionem diutissime servare faustissimisque successibus cumulare non desistat. Praesertim autem (f. 339v) ego, qui in devotissimo Sacrae Purpurae osculo maneo.

Torocanijs, die 29.8bris 1756.

Eminentiarum Vestrarum humillimus, devotissimus, obedientissimus et obbligatissimus Servus

HERACLIUS LISANSKI

Proto-Archimandrita Ordinis S. Basilij Magni (mpr).

## 325.

*Torokanie, 22.XI.1756.*

*Protoarchimandrita conqueritur de Archiepiscopo Smolenscensi Stebnowskyj et timet de Archimandria Onuphriensi, quam hic obtinet; petit de quadam declaratione pro casu etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 344-345v.

Illustrissime, Excell.me et Rend.me Domine,
Domine Patrone Singularissime.

Perlatum ad me est Patrem Caesarium Stebnowski, Abbatem Onuphriensem, in Archi-Episcopum Smolenscensis Dioeceseos,[275] quae in partibus Moschovitarum cum bonis omnibus Mensae Archi-Episcopalis sita est, nuper consecratum fuisse, retenta in subsidium tuendae dignitatis sui Status dicta Onuphriensi Abbatia. Res est, quae facit, ut litteris meis interpellare audeam Excellentiam Vestram Rnd.mam.

Video enim bona Monastica subduci Jurisdictioni Monasticae, cui sapientissima Ss.mi Domini Nostri Decretalis « *Inter plures* » decrevit obnoxia esse debere, et praeterea futurum praevideo, ut numerus Monachorum, qui hucusque insignis in eo Monasterio alebatur, ad eam paucitatem veniat, quae choro sustinendo (f. 344v) vix par futura sit. Existimo ego quidem dictum R.mum Stebnowski incitatum exemplis aliquot Ante-

---

[275] Caesarius Stebnowskyj, Alumnus pontificius Coll. de Prop. Fide, ingr. 1733, fil. Andreae et Barbarae, Peremysliensis, studuit theologiae, ordinatus sacerdos ab episcopo Matranga in ecclesia S. Athanasii, 25.IV.1738; annis 1740-1744 Procurator in Urbe, 1747-1751 Consultor Prov. Lithuanae, Protoconsultor eiusdem Provinciae an. 1751-1755; 1757-1763 Archimandrita Onuphriensis et Archiepiscopus Smolenscensis; cfr. D. BLAZEJOVSKYJ, *Ukrainian and Bielorussian Students in the Pont. Coll. Urbaniano de Prop. Fide: 1627-1846,* in « *Analecta OSBM* », vol. IX, pag. 212; M. M. WOJNAR, OSBM, *De Capitulis Basilianorum,* pag. 33.

cessorum suorum id fecisse, sed quae praecesserunt, cum Religio Metropolitarum potestati subjecta, conatus ipsorum impedire non valeret, et antequam laudata Sanctitatis Suae Decretalis bona Abbatialium Monasteriorum in potestatem Ordinis sive Proto-Archimandritae redegisset. Quod quidem, postquam subsecutum est, nulla Abbatum ad Episcopatus assumptio fuit, quin Religio contra Abbatiarum retentionem reclamaret. Quod egomet etiam ipse praestiti, authore Emin.mo modo Cardinali Secretario Status eo autem temporis Nuntio in Polonia Apostolico,[276] a quo per litteras ad tuendum jus officio meo in bona Abbatialia attributum cohortatus fui (f. 345), cum Ill.mus Luceoriensis Episcopus,[277] ex Abbate Ourucensi in Ordinem Episcoporum adlegeretur. Haec cum ita sint, supplex Em.tiam Vestram Revd.mam rogo, ut me oraculo suo docere benigne dignetur, quid in proposito casu agendum pro incredibili sapientia sua censeat?

Fateor, ipsum Ill.mum Stebnowski ad me scribere, se retenturum esse praenominatam Abbatiam de permissu Sacrae de Propaganda Fide Congregationis, quam, ait, stetisse, ut deinceps bona hujus Monasterij alendis Archi-Episcopis Smolenscensibus inservirent. Sed de hoc Decreto nunquam certior factus sum, cogorque in praesentia pro mea in Sacram Congregationem immortali observantia, et fide suppliciter Eminentiam Vestram Rev.mam (f. 345v) rogare, ut me doceat, sitne revera tale prolatum Decretum? et quomodo? an penitus sublato Monasterio? an numero tantum Monachorum imminuto? num demum aliqua alia ratione?

Quae omnia Congregationi meae benigne praestita facient, ut cum Congregatione continuo a Deo Optimo Maximo precor Eminentiae Vestrae Rev.mae insignissimam in Ecclesia Dei exaltationem, manens in hoc voto semper.

Torocanijs, die 22.9bris 1756.

Excellentiae Vestrae Rend.mae humillimus, devotissimus, obsequentissimus et obligatissimus Servus

Heraclius Lisanski,
Proto-Archimandrita Ord. S. Basilij M. (mpr).

## 326.

*(Roma), ... 1757.*

*Formulae iuramenti pro Basilianis, ut Alumnis pontificiis, diversorum graduum.*

APF, *Scritt. rif. Congregazioni Generali,* a. 1757, vol. 774, fol. 316-317.

---

[276] Nuntius Varsaviensis, Albericus Archinto (1746-1754), nominatus cardinalis (5.IV. 1756), obiit an. 1758, 30.IX, ut Secretarius Status.

[277] Ut videtur Sylvester Rudnickyj, Episcopus Luceoriensis (1752-1777); non constat eum fuisse Archimandritam Ovrucensem. Heraclius Lisanskyj erat Protoarchimandrita Basilianorum annis 1751-1759, dein Provincialis Lithuaniae (1759-1763) et Archiepiscopus Smolenscensis et Archim. Onuphriensis (1763-1771).

Formula Juramenti pro Monachis Ordinis S. Basilij Magni Ruthenorum, Alumnis Collegij Urbani.

Pro Professis.

Ego N. Professus in Ordine S. Basilij Provinciae N. Filius N. Diocesis N., plenam habens Instituti hujus Collegij notitiam, Legibus, et Constitutionibus ipsius, quas juxta Superiorum explicationem amplector, me sponte subijcio, easque pro posse observare promitto.

Insuper spondeo, ac iuro, quod dum in hoc Collegio permanebo, et postquam ab eo, quocumque modo, sive completis, sive non completis studijs exiero, nullam aliam Religionem, Societatem, aut Congregationem Regularem, sine speciali Sedis Apostolicae licentia, vel Sacrae Congregationis de Propagandae Fide ingrediar, nec in earum aliqua professionem emittam.

Spondeo pariter, et juro, quod volente Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad omnes Sacros etiam Presbiteratus Ordines, cum Superioribus visum fuerit, promovebor.

Item voveo, ac juro, quod si inter Europae fines fuero, quolibet anno; si vero extra, quolibet biennio, mei ipsius meique exercitij, et loci ubi moram traxero, Sacram Congregationem de Propaganda Fide certiorabo.

Voveo praeterea et juro, quod jussu praedictae Congregationis de Propaganda Fide (f. 316v) sine mora in Provinciam meam revertar, ut ibi perpetuo in Divinis administrandis laborem meum, ac operam pro salute animarum impendam.

Denique voveo, et juro, me praedictum Juramentum, eiusque obligationem intelligere, et observaturum juxta declarationes factas a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, et Brevi Apostolico roboratas sub die 20 Iulij 1660. — Sic me Deus adjuvet, et haec Sancta Dei Evangelia.

Pro Oblatis.

Ego N... Oblatus in Ordine S. Basilij Provinciae N... Filius N... Dioecesis N... plenam habens Instituti hujus Collegij notitiam, Legibus, et Constitutionibus ipsius, quas iuxta Superiorum explicationem amplector, me sponte subijcio, easque pro posse observare promitto.

Insuper spondeo, ac juro, quod dum in hoc Collegio permanebo, et postquam ab eo quocumque modo, sive completis, vive non completis studijs exiero, nullam aliam Religionem, Societatem, aut Congregationem Regularem sine speciali Sedis Apostolicae licentia, vel Sacrae Congregationis de Propaganda Fide ingrediar, nec in earum aliqua, praeterquam in praedicto Ordine Sancti Basilij Magni professionem emittam.

(f. 317) Spondeo pariter et juro, quod volente Sacra Congregatione de Propaganda Fide statum ecclesiasticum amplectar, et ad omnes Sacros etiam Praesbiteratus Ordines, cum Superioribus visum fuerit, promovebor.

Item voveo et juro, quod si inter Europae fines fuero, quolibet anno; si vero extra, quolibet biennio, mei ipsius, meique exercitij, et loci, ubi moram traxero, Sacram Congregationem de Propaganda Fide certiorabo.

Voveo praeterea, et juro, quod jussu praedictae Congregationis de Propaganda Fide sine mora in Provinciam meam revertar, ut ibi perpetuo in Divinis administrandis laborem meum ac operam pro salute animarum impendam.

Denique voveo et juro, me praedictum Juramentum, eiusque obligationem intelligere, et observanturum juxta declarationes factas a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, et Brevi Apostolico roboratas sub die 20 Julij 1600. — Sic me Deus adjuvet et haec Sancta Dei Evangelia.

## 327.

*Vilna, 17.IV.1757.*

*De Alumnis Basilianis Vilnensibus eorumque iuramento, nec non de instantiis Rectoris Vilnensis scribit Secretarius Provinciae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 774, fol. 322-323.

Illustrissime, Excellentissime, Reverendissime
Domine, Domine Protector Singularissime.[278]

Ex publica confessione eorum, quibus recurrendi ad Excellentiam Vestram Reverendissimam sors beata obtigit, de sua singulari in recurrentes benignitate et clementia abunde edoctus, in eam spem erigor, ut audeam circa devotissimum sacrae suae manus osculum humillimas exponere preces meas.

Significarunt mihi Monachi Ordinis nostri, qui de benignitate Apostolica Sacrae Sedis in Collegio Ruthenorum hic Vilnae aluntur, se ab Admodum R. Patre Kmita, S.J., Rectore suo, stringi ac compelli ad explendum juramentum, quod nonnisi a Clericis saecularibus, ejusdem Collegij Alumnis, praestitum volunt, et leges novissimae Sanctitatis Suae et ipsae formulae juramenti ibidem praescriptae contextus, qui nostris nullo modo aptari potest. Quod quidem advertit ipse praedictus R. P. Rector dum, ut Monachos juratos sibi redderet, ausus fuit novam pro illis suo ipsemet marte formulam concipere. Huic irrepenti abusui non aliud remedium invenio, quam si Excellentia Vestra Rds.ma (f. 322v) praelaudato Rn.do Patri Rectori commendare dignetur, ne is ultra praescriptum, mentemque SS.mi Domini nostri, feliciter Orbi Catholico imperantis, propria authoritate imponere id oneris audeat Regularibus nostris adolescentibus, quod nullibi usquam, ubicunque singulari beneficio Sanctae Sedis alimur, imponi nobis solet. Certe in Collegio Graecorum de Urbe, in quo me liberalitas Sanctae Sedis septem annorum spatio educavit,[279] nihil unquam de hujusmodi juramento

---

[278] Ut videtur Nuntio Varsaviensi Nicolao Serra (1754-1760).

[279] Hilarion Karpinskyj, Alumnus pontificius Coll. Graecorum de Urbe, ingr. 1743, studuit theologiae, ordinatus annis 1746-1747 ab Episcopo ordinante Graeco; anno 1757 erat Secretarius Prov. Lithuanae et Superior mon. Vilnensis; cfr. G. Blazejovskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students... in Greek College*, in « *Analecta OSBM* », vol. X, pag. 167.

inaudivi, cum satis ubique habeatur nos publica professione religioni et fidei propagandae obstringi. Quodsi metuat R. P. Rector aut inobservantiam Regularum Collegij, aut defectum debitae sibi subjectionis in personis Religiosorum non juratis, id inane prorsus est, cum ad omnimodam observantiam et subjectionem Superioribus locorum, in quibus inveniuntur, vi solemnis voti obstringantur, in cujus virtute id etiam praecipitur, quoties ad Collegia Pontificia mitti solent. Praestitum hac in re patrocinium (f. 323) Excellentiae Vestrae Reverendissimae perpetuo me obligabit, ut cum Monachis meis, quemadmodum facio, Deum semper orem pro felicissimis successibus suis, in quorum devotissima apprecatione circa iteratum osculum Archi-Praesuleae manus maneo.

Vilnae, die 17 Aprilis, Anno 1757.

Excellentiae Vestrae Reverendissimae

humillimus, devot.mus, obseq.mus Servus et Exorator
HILARION KARPINSKI [280]
O.S.B.M., Secr. Prov. Lith., Superior Mon. Vilnae.

## 328.

*Torokanie, 8.VIII.1757.*

*Protoarchimandrita de Alumnis romanis Hyacyntho Nesterski et de Istucario Palczykiewicz.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 429-430.

Eminentissimi et Rnd.mi Domini,
Domini Protectores Singularissimi.

Inter copiosissimos, illosque summos Sacrae Sedis Apostolicae, et Amplissimi Senatus Vestri favores, quibus Congregatio nostra Ruthena jugiter cumulatur, eum non absque vivida, et ad constantem gratitudinem incitante recordatione isthaec suspicit, quo fit, ut Juvenes Religiosi nostri, assequendis severioribus literarum disciplinis idonei, cum alibi, tum in Almo Urbano Collegio eximia Pontificis Maximi munificentia Vestraeque Sacrae Congregationis sollicitudine, ad convellenda radicitus nefarij schismatis germina, et instruendos rudes informentur, ac instituantur, unde, quod nemo inficiari possit, et Fides Catholica in nostra Russia non tenuia in dies sumit feliciter incrementa, et morum, atque ecclesiastica disciplina (f. 429v) ad majorem semper provehitur nitorem. Hinc est, quod infinitas cum Sanctae Sedi, tum Eminentijs Vestris habeo gratias cum universa Congregatione mea pro admisso ad Almi Collegij Urbani studia, ibidemque liberaliter instituto ad

---

[280] Cfr. notam praecedentem 279.

praefatum optatissimum nobis finem fratre nostro Hyacintho Nesterski, qui jam demum in Provinciam Polonam ex Urbe contendit.[281]

Cum autem haec praecipua Sacri Senatus Vestri laus sit, quod licet nulla pars Orbis Officijs grati animi praeclarissimam Eminentiarum Vestrarum in utilitatem rei Catholicae benefacta exaequare possit, tamen a prospiciendo huic rei non desistitis; commendatum Eminentijs VV. impensissime cupio, in locum prioris, Fratrem Istucarium Palczykiewicz,[282] Juvenem Religiosum, ut quidem a Rel.mo Patre Provinciali Poloniae didici, et morum integritate, et apto ad perdiscenda scientiarum instituta ingenio praeditum, promovendis (f. 430) magis ac magis tam Fidei, quam Ecclesiasticis Sanctionibus futurum utilem, quem multiplici singularis benevolentiae Eminentiarum VV. experimento subnixus mitto, reorque humillimis hisce precibus meis ad capessenda in praelaudato Urbano Collegio studia haud gravate admittendum.

Deus infinite Misericors augendo Religionis ac Russiae nostrae bono, non secus ac universi Christiani Orbis commodo, Eminentias Vestras diu servet incolumes. Interea profundissimo cultu Sacrae cujusque Eminentiarum VV. Fimbriae figens osculum, maneo.

Torocanijs, die 8 Augusti, 1757 Anno.

Eminentiarum Vestrarum humillimus, devotissimus, obedientissimus et obligatissimus Servus

HERACLIUS LISANSKI
Proto-Archimandrita Ord. S. Basilij M. (mpria).

## 329.

*Torokanie, 5.IX.1757.*

*Lamentatur Protoarchimandrita de Metropolita eiusque convocatione Archimandritarum ad quemdam Congressum, contraveniendo litteris apostolicis « Super familiam » et auctoritati Protoarchimandritae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 776, fol. 345-346.

Eminentissime et Rnd.me Domine,
Domine Protector Singularissime.

Etsi vereor, ne molestum sit Eminentiae Vestrae Rnd.mae quod hoc tempore scribendum instituti, quo maxime convenit, ut imperturbato otio leniantur Eminentiae Vestrae assiduae eaeque summae circa Orbis Christiani commodum curae, tamen quia magni semper faciendum existimo, ne qua ratione ac tempestate Pontificia Sanctae Sedis convellantur Sancita,

---

[281] Hyacinthus Nesterskyj, Alumnus pontificius, ingr. in Coll. de Prop. Fide an. 1754, studuit theologiae (1755-1756), ordinatus Romae ab Episcopo Schirò in ecclesia S. Athanasii 1757; Missionarius in patria, Lector in scholis; an. 1780 Protoconsultor Prov. Polonae (1780-1784) etc. Cfr. D. BLAZEJOVSKYJ, *Ukrainian and Bielorussian Students in the Pont. Coll. Urbaniano de Prop. Fide,* in « *Analecta OSBM* », vol. IX, pag. 215.

[282] Istucarius Palczykiewicz, Alumnus pontificius in Coll. Urbano, ex Prov. Polona, qui tamen mox dimissus fuit ut non aptus ad studia.

facile mihi persuadeo fore, ut Eminentia Vestra aequibenique consulat, quod in aliud tempus non rejicio. Est porro hujusmodi.

Datis litteris vocat Abbates Ill.mus Metropolitanus, ut quemadmodum Episcopi, ita ipsi conveniant Vladimiriam pro die 6.9bris, stylo veteris Calendarij,[283] ad pertractanda quaedam secretiora negotia, id autem mecum minime communicat, quanquam celebratissima Sanctae Sedis Decretali « Super Familiam » immediata in Abbates jurisdictio mihi caeterisque dehinc extituris Proto-Archimandritis attributa est, imo neque me ad eum vocat conventum, tametsi immemorabilis mos sit vocari Proto (f. 345v) Archimandritas ad quosvis hujusmodi conventus, qui caeteris Abbatibus non aeque favet, cum et a Conventu Episcoporum Anno 1753 Vilnae habito idem Ill.mus Metropolitanus me, caeteris praetermissis Abbatibus, abesse minime passus sit. Qua quidem agendi ratione subverti ad Ill.mo Metropolitano immediatam meam Proto-Archimandritalem in Abbates jurisdictionem modo dictam, sibique vindicari, ac proinde laudatum Pontificium Sancitum convelli, praepostere caeterosque Abbates Officio meo praeferri non obscurum esse arbitror. Ea propter ne haec Ill.mo Metropolitano tam facile liceant pro eo, quo est genio, humillimis meis Eminentiam Vestram oro precibus, opem suam, ut haud gravate praestare mihi velit hac procella, ab Ill.mo Metropolitano in me mota, tempore quod sibi sat commodum ad deprimendam auctoritatem meam visum est.

Interea cupide praestolans ex comperto Eminentiae Vestrae in me Congregationemque meam singulari Patrocinio et aequitate, hanc, quam etiam atque etiam (f. 346) expeto gratiam, atque diutissime incolumem Eminentiae Vestrae vitam amplissimo, qui superest, honore cumulatam postulans, constanti ferventissimaque a Deo Optimo Maximo prece cum universa Congregatione mea, quoad possum et qua par est humilis Sanctae advolvor Fimbriae meo cum osculo.

Eminentiae Vestrae humillimus, devotissimus, obedientissimus, obligatissimus Servus

Heraclius Lisanski
Proto-Archimandrita Ordinis S. Basilij M. (mp).

## 330.

*Torokanie, 5.IX.1757.*

*Alia littera eiusdem argumenti de quadam convocatione ex parte Metropolitae Archimandritarum ad quemdam Congressum, et ne laedantur iura Protoarchimandritae eidem ex littera apos. « Super familiam » pertinentia.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 776, fol. 347-348v.

---

[283] Fuit facta quaedam convocatio Episcoporum et Archimandritarum ad quendam Congressum hierarchicum Vladimiriae ad primam septimanam Novembris, cui Protoarchimandrita, ut non vocatus, sese opposuit apud S. Congreg. de Prop. Fide, cui ipsa rationes et iura confirmavit.

Illustrissime, Excell.me et Rnd.me Domine,
Domine Patrone Singularissime.[284]

Certior factus, Ill.mum Metropolitanum Russiae ad habendum Episcoporum Abbatumque super tractandis ignotis quibusdam negotijs Conventum, datis litteris vocasse Abbates Vladimiriam pro die 6.9.bris, juxta vetus Calendarium, me nullatenus commonefacto ejus rei, tametsi immediatam in eos jurisdictionem gratia aequitateque Sanctae Sedis Proto-Archimandritali Officio meo adjudicatem habeam, neque ad eum Conventum me accito, utcunque immemorabili consuetudine receptum sit, accersiri Proto-Archimandritas ad quosvis similes conventus, caeterisque Abbatibus, cum in alijs, tum etiam hac in re praeferri, uti me ipsum idem Ill.mus Metropolitanus suis vocaverat litteris (f. 347v) ad Episcoporum Conventum anno 1753, Vilnae habitum, ad quem caeteros Abbates minime acciverat; perscribendum hoc Excellentiae Vestrae Reverendissimae, quanquam autumnalibus nunc indulgenti ferijs, existimavi, quod tum laudatissimum Sanctae Sedis Sancitum « Super Familiam », quo praefata immediata in Abbates jurisdictio mihi, caeterisque pro tempore extituris Proto-Archimandritis firmata, stabilitaque est, tum indigitata consuetudo immemorabilis liquido convellitur hac in transversum agendi ratione ab Ill.mo Metropolitano suscepta, et ita convellitur, ut occurri huic rei non possit, nisi autumnali (f. 348) hocce Excellentiae Vestrae Rnd.mae otio. Quapropter impensissimis precibus rogo Excell.tiam Vestram Rnd.mam, velit opera auctoritateque sua apud Sanctam Sedem celeriter id praestare, ut et Pontificia illa celebratissima Sanctio non impetatur hac machina, et immediata Proto-Archimandritalis in Abbates mea jurisdictio non laedatur, non auferatur, et immemorabilis denique praedicta non aboleatur consuetudo. Quod quemadmodum perquam avide expeto, ac praestolor, cupiens rationem quoque, qua fiat, prescribi ad me honoratissimis Excell.iae Vestrae Rnd.mae litteris, ita studiosissime cum universa Congregatione mea (f. 348v) oro Deum Optimum Maximum, atque obsecro, ut Eminentiam Vestram Reverendissimam vegetis viribus ac maximis quibusque in Ecclesia sua florentem honoribus quam diutissime servet, et maneo.

Excellentiae Vestrae Rnd.mae

humillimus, devotissimus, obsequiotissimus et obligatissimus Servitor
HERACLIUS LISANSKI
Proto-Archimandrita Ordinis S. Basilij M. (mpr).

Torocanijs, die 5.7bris, 1757 Anno.

---

[284] Nuntius Varsaviensis Nicolaus Serra (1754-1760).

## 331.

*Torokanie, 14.XI.1757.*

*Protoarchimandrita gratias agit de intimatione ad Congressum Hierarchicum Vladimiriam, et de similibus casibus praecedentibus tractat, quibus constat hoc ius ei competebat iam ante Decretalem « Super familiam », et petit ne hoc ius laedatur.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 776, fol. 337-338v.

Illustrissime, Excellentissime et Rnd.me Domine,
Domine Benefactor Singularissime.[285]

Ago infinitas gratias Excellentiae Vestrae Rnd.mae pro transmissis mihi benigne Resolutionibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide nuper emanatis, juxta ac pro adhibito humanissime studio, ut ab Ill.mo Metropolitano ad Conventum Episcoporum et Abbatum Vladimiriae proxime celebrandum accerserer. Profiteor, me summa veneratione complecti Resolutiones praedictas, atque firmissima obtemperandi illis voluntate esse. Quanquam si forte aliquid ijs contentum luculentiore explicatione egere intellexero ex his quorum Consilijs uti solemne mihi est, non omittam pro ea ad laudatam Sacram Congregationem simul ac pro Patrocinio ad Eminentiam Vestram Revd.mam suppliciter recurrere.

Quod porro attinet ad Conventum illum, ad quem Ill.mus Metropolitanus Abbates vocavit, me nullatenus interrogato et plane praetermisso, post hortatorias etiam ad se nuper ab Eminentia Vestra Rev.ma scriptas, supervacaneam omnino esse puto denominationem, qua Conventum hujusmodi appellat Hierarchicum, insubsistentem item assertionem, qua pronunciat nullum mihi utpote Proto-Archimandritae competere jus, ut vocarer ad Conventus, nescio quo peregrino loquendi modo a se dictos Hierarchicos. Nam si qui Conventus dici possint Hierarchici, talis certe dicendus erit conventus ille Anno 1680 (f. 337v) Lublini celebratus, qui aliter Colloquium Lublinense appellatur;[286] talis item nominandus erit Conventus Synodalis Zamosciensis;[287] talis erit appellandus Conventus Vilnae Anno 1753 habitus, ac denique tales caeteri alij vocandi erunt, ad quos a temporibus usque Urbani VIII congregabantur Episcopi ad haec tempora; ad quos nihilominus omnes ex quadam inviolabili aequitatis lege vocati fuere Proto-Archimandritae.

---

[285] Item ut videtur Nuntio Varsaviensi. Cfr. notam 284.

[286] *Colloquium Lublinense* an. 1680 Lublini celebratum sub ductu Metrop. Cypriani Zochowskyj, in quo Protoarchimandrita Stephanus Martyszkiewicz-Businskyj (1679-1686) partem habuit. Cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum,* pag. 266-267; *Colloquium Lubelskie miedzy zgodnq i niezgodnq Braciq Narodu Ruskiego vigore Constytucyey Warszawskiey na dzien 24 Stycznia an. 1680 zlozone,* w. Pruk. Coll. S. J. Leopoli.

[287] Synodus Zamostiana an. 1720; confirmata a Benedicto PP. XIII an. 1724, die 19 Iulii; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum,* vol. II, pag. 49-50, nr. 660.

Deinde cum Congressum praesentem Ill.mus Metropolita vocet Hierarchichum, eo ipso, quod ad illum vocavit Abbates, me ab eodem excludere non debuit. Enimvero superioritas ipsa in Abbates, asserta benigne mihi caeterisque dehinc Proto-Arch.tis a Sancta Sede, atque usus Pontificalium gratiose concessus, jus ejusmodi aequitatemque Proto-Archimandritali Officio meo adstipulari luculenter probat atque confirmat, ut ad qualescunque Conventus, etiamsi Hierarchici illi dicantur, accersatur Proto-Archimandrita potius quam Abbates. Quoniam Hierarchia, juxta mentem S. Dionysij Areopagitae, significat Sacrum Principatum; si igitur inter Sacros Principes placuit reponere Abbates, utique in eodem Principatu tenebatur computare immediatum eorundem Abbatum Superiorem. Laesam denique omnino arbitror ab eodem Ill.mo Metropolitano immediatam meam in ejusmodi (f. 338) Abbates jurisdictionem, Proto-Archimandritali Officio meo attributam celebratissima Decretali Pontificia « Super Familiam ».[288] Quandoquidem praecipuus sane ejus Proto-Archimandritalis jurisdictionis meae censendus est actus ad Conventum vocandi Abbates, non secus ac praecipuus creditur immediatae in Episcopos jurisdictionis Metropolitanae actus vocandi Episcopos, et illum actum non ego Proto-Archimandritalem, licet habens immediatam in Abbates Jurisdictionem, sed Ill.mus Metropolitanus exercet, atque ita exercet, ut me plane infra Abbates habeat, siquidem non me vocat ad eum conventum, ut illos, neque in Hierarchia reponit, ut illos. Ea propter ne ab Abbatibus ipsis flocci habeat, quos equidem isto Ill.mi Metropolitani facto inflari et supra me attolli comperio, perscribendam duxi de consensu Eminentiae Vestrae Rnd.mae exponendamque humillimis litteris meis Sacrae Congregationi de Propaganda Fide tam enormem immemorabili praxi, immediatae quoque meae Proto-Archimandritali in Abbates jurisdictioni, et quod caput est basi ipsius, nempe Decretali Pontificiae praelaudatae irrogatam ab Ill.mo Metropolitano injuriam. Quam, ut efficaciter aboliri possim, praevalidum Eminentiae Vestrae Rnd.mae humillime imploro (f. 338v) Patrocinium, simulque non cessans cum universa Congregatione mea orare impensissime Deum Optimum Maximum pro diutissime vegeta et amplissimis quibusque Ecclesiasticis Honoribus cumulata vita Eminentiae Vestrae Rnd.mae, manens penes reverentissimum Archi-Praesuleae Dexterae osculum.

Excellentiae Vestrae Rnd.mae humillimus, devotissimus, obedientissimus et obligatissimus Servus

HERACLIUS LISANSKI
Proto-Archimandrita Ordinis S. Basilij M. (mpr).

Torocanijs, die 14. 9bris, 1757 Anno.

---

[288] Decretalis pontificia « *Super familiam* », die 30.III.1756, in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 161-164, nr. 747.

## 332.

*Torokanie, 28.XI.1757.*

*Gratias agit Protoarchimandrita pro defensione eius iurium, nec non de debitis Hospitii Romani, de praeiudiciosa actione Metropolitae quoad Archimandritas, iniuriosa ipsi, et ut provideatur in futuro, etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 776, fol. 341-342v.

Emin.mi et Rnd.mi Domini, Domini Protectores Singularissimi.

Temperare mihi non possum, quin agam infinitas gratias Eminentijs Vestris pro indefessa circa bonum Congregationis meae ordinem solicitudine, cujus luculentum specimen nuper suspexi, Resolutione Amplissima Auctoritate data die 24 Maji, ad humillima postulata mea de die 3 Januarii anni vertentis. Quemadmodum porro perspectum habeo non ad alium in condendis hisce Resolutionibus sapientissimis Eminentias Vestras respexisse finem, quam ad introducendum in meam Congregationem memoratum bonum ordinem et tranquillitatem, ita facile persuadear non aegre laturas, si dubia, quae in aliquibus punctis emergere possunt, ad dirimendum Sacrae Congregationi Eminentiarum Vestrarum denuo supplex proposuero, de consilio virorum Congregationis meae consularium, quod totum inserviet ad stabiliendum firmius bonum ordinem pacemque conciliandam.

Summam extinguendis debitis Residentiae nostrae in Urbe respondentem, juxta praescriptum celebratissimae Decretalis Pontificiae « *Inter plures* » collectam,[289] misi jam per cambium ad manus P. Procuratoris nostri Generalis.[290] At (f. 341v) enim id demississime expeto ab Eminentijs Vestris, ut benigne velint Decreto suo inhibere, ne abhinc ulli Procuratori nostro Generali liceat nova debita contrahere, absque expresso Proto-Archimandritae consensu, a Sacrae Congregatione Eminentiarum Vestrarum approbando.

Deinde supplex queror Ill.mum Metropolitanum Russiae vocasse, me inscio et praetermisso, Abbates ad Conventum Episcoporum nunc coactum Vladimiriae.[291] Cujusmodi facto perspicuum est, laesam esse immediatam meam Proto-Archimandritalem in Abbates jurisdictionem, assertam aequissima Decretali Pontificia « *Super Familiam* » ac deinde laesum esse Decretum a Summo Pontifice in Congregatione Eminentiarum Vestrarum latum anno 1742, die 1 Maji,[292] ita circumscribens Metropolitanam jurisdictionem super

---

[289] Littera decretalis Benedicti PP. XIV de dat. 11.V.1744 « *Inter plures* », in *Documenta Pont. Romanorum*, vol. II, pag. 88-100, nr. 704, in paragrapho « Tertia concernit » (p. 92-93).

[290] Procurator generalis in Urbe, P. Hieronymus Oziemkiewicz (1757-1760).

[291] Congressus Hierarchicus Episcoporum et Archimandritarum coadunatus Vladimiriam contra iura Protoarchimandritae, cui Congregatio de Prop. Fide rationem agnovit. Sed nescimus utrum Protoarchimandrita partem habuit in hoc Congressu, ob defectum temporis.

[292] Cfr. *Litterae S. C. de Prop. Fide*, vol. IV, pag. 123-126, nr. 1668-1669, in qua littera certioratur Nuntius Varsaviensis de intentione S. Sedis uniendi omnes Basilianos in unum Ordinem.

Congregationem meam, ut illud tantum jus ei competat, quod a Constitutionibus Apostolicis et a Sancto Tridentino Concilio tribuitur caeteris Metropolitis et Episcopis super Monachos exemptos. Etenim minime potest intelligi, quomodo inconvulsa maneat immediata mea Proto-Archimandritalis in Abbates jurisdictio, per Decretalem praelaudatam stabilita, atque exemptio Congregationis meae a dispositione Ill.mi Metropolitani Decreto praelaudato confirmata, si integrum sit Ill.mo Metropolitano disponere de Abbatibus, juxta suum placitum. Taceo non (f. 342) vocatum me esse ab Ill.mo Metropolitano ad Conventum ejusmodi, quanquam a temporibus S. M. Urbani VIII, ad haec usque tempora, soliti essent vocari Proto-Archimandritae ad omnes quantumcunque solemnes Roxolanae Ecclesiae Conventus; puto enim id exemptioni Congregationis nostrae accomodatius futurum fuisse, si Abbates quoque non fuissent eo accersiti absque meo scitu et assensu.

Quamobrem rogo impensissime Eminentias Vestras, ut velint rescripto suo supremo gratiose providere, ne dehinc Ill.mus Metropolitanus tam nihili faciat immediatam Proto-Archimandritalem in Abbates jurisdictionem, firmatam laudatissima Decretali Pontificia, quo dat locum Abbatibus similiter flocci faciendi authoritatem Proto-Archimandritalis muneris. Neve exemptionem Congregationis meae ab ipsius jurisdictione, memorato Decreto stabilitam, tam libere convellat.

Denique, ut dignentur Eminentiae Vestrae, cohaerenter ad praedictam Decretalem Pontificiam atque ad Decretum toties laudatum, reformare Formulam juramenti, emitti soliti ab Abbatibus in manibus Ill.mi Metropolitani dum instituuntur, quam pridem jam in authentico Apographo misi ad manus P. Procuratoris nostri Generalis,[293] ex aeque expungere verba, per quae adstringuntur venire vocati ad Synodum; sin minus, ut cautum sit benignissimo Eminentiarum Vestrarum Decreto, debere conscium reddi atque vocari Proto-Archimandritam, utpote immediatum (f. 342v) Abbatum Superiorem.

Gratiam ejusmodi, quam ex singulari Eminentiarum Vestrarum aequitate cupidissime appretior, non desinam summis, quibus potero, gratitudinis studijs prosequi dum vivam, cum universa Congregatione mea. Cum qua ardentissime orans Deum Optimum Maximum, ut Eminentias Vestras omni felicitate in longum aevum cumulet, maneo penes humillimum Sacrae cujusque Fimbriae osculum.

Torocanijs, die 28.9bris 1757.

Eminentiarum Vestrarum humillimus, devotissimus, obedientissimus et obligatissimus Servus

HERACLIUS LISANSKI
Proto-Archimandrita Ord. S. Basilij M. (mpr).

---

[293] Procurator generalis in Urbe, P. Hieronymus Oziemkiewicz (1757-1760).

## 333.

*Szarogrod, 2.XII.1757.*

*De activitate Hyacynthi Nesterskyj in Szarogrod, ut Alumni olim pontificii.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 455.

Eminentissimi Principes, Domini, Domini
Protectores Singularissimi.

Otiosus sum, non mihi usurpare hoc verbum licet. Ita enim multa quotidie interveniunt, quae me varias in partes distrahant, ut interdum vix respirandi otium detur. Tradendae saecularibus Rhetorices ac Poëseos hoc primo anno praecipuum mihi studium demandatum est, at non desunt alia quae me plurimas insomnes noctes ducere cogant. Alij, praesertim ex discipulis, sunt, qui Epistolam, Carmen, Orationem emendari, aut quod interdum minus molestum est, totum refingi, ac recudi velint. Nec si respirium quoddam scholastica consuetudo dederit, variorum hominum, ac praecipue studentium excipiendae Confessiones quiescere sinunt. Hos inter labores positus, Deo ter Optimo M. benedicere, pro Vestraque, Principes Eminentissimi, salute exorare non desino, a quorum praestita in Venerabili Collegio educatione id habeo, quod et ad haec omnia non ineptus sim, et ad ulteriora juvandis proximis utiliora accomodandum me per quotidianum exercitium, quantum virium permittit tenuitas, satagam.

Eminentissimorum Principum humillimus Servus

Datt. 1757, die 2 Decembris, Szarogradi in Podolia.

Hyacinthus Nesterski,
Ord. S. Basilij M.

## 334.

*Vilna, 27.III.1758.*

*Quaedam lammentela et instantia Alumnorum Vilnensium de usu vacationum scholasticarum ob rationes valetudinarias et scholasticas. Inter hos sunt etiam Alumni Basiliani, qui easdem res expetunt.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 779, fol. 233rv.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini,
Domini Nostri Clementissimi.

Die 13 Iunii anni elapsi, ab Illustrissimo ac Reverendissimo Domino in Regno Poloniae Magnoque Ducatu Lithuaniae Apostolico Nuntio [294] discessum pro vacationibus, qui nobis praeclusus erat, per epistolam supplices expetivimus, sed ad vos Eminentissimos ac Reverendissimos Dominos nostros,

---

[294] Nuntius Varsaviensis, Nicolaus Serra (1754-1760).

sicut pios Regularum Institutores, ita optimos earundem Interpretes remissi sumus. Quod hoc ipsum alto quodam Consilio factum esse intelligimus, vel quia ad Vestram, qua polletis, auctoritatem etiam in minoribus negotiis confugere decuit, vel quia primis in causis nostris, quos Dominos ac Nutricios habemus, eosdem judices et arbitros nosse oportuit.

Jam petitionem nostram exponimus: Petitio nostra haec est, ut nimirum per Vestram clementiam discedere pro vacationibus nobis liceat; quod, sicut maxime nobis oportunum ac utile esse judicamus, ita, ut eam gratiam feliciter consequamur, enixis precibus, imo ipsis (si quam vim habere possunt) lacrymis, Vestram omnium clementiam, misericordiam, qua gaudet Orbis, exposcimus, exoramus. Verum ne putemur puerili potius cuidam recreationi indulgere, quam prudenti ratione dici moverique viri, etenim aetate saltem, sin minus prudentia, ut plurimi sumus, rationesque gravissimas (si ita Vestris videantur Judiciis) habemus etiam.

Prima earum est, quia ne minoribus quidem ordinibus initiati multi sumus; Episcopum, namque nostri Ritus, nisi in Dioecesim proficiscamur, habere in hac Urbe non possumus, et ita Sacras Functiones usu ipso, (f. 233v) qui optimus Magister est, ediscere nequimus. Secunda eaque gravissima est, quia sanitas nostra prae continua sedulitate solita, hac in Civitate sordidissima (ut qui viderant, fateantur), aurae corruptae intemperie, adeo misera indies collabescit, ut omnes admirentur, et ipsae frequentes medicinae fidem faciant, unde ipso sensu teste optimo factum est, animos diuturno, ut ita dicamus, squallore depressos hebescere ac contabescere.[295] Accedit praeterea, quod et nos vix aliqui studia per totum propter debilem sanitatem finiamus (expedit enim Ss.mo ac Beatissimo Domino Nostro sanum, uti oportet, deservire, quam absolutum Theologum aliquando torpescere et insanire) et alii, qui in locum nostrum mittendi essent, nostro edocti periculo succedere demum pertimescant. Haec itaque omnia tametsi rem nostram bonam faciant, Vestrae tamen potius bonitati, quam horum ponderi confisi inmittimur; quapropter etiam atque etiam Vestram clementiam supplices rogamus, obsecramus, ut, quemadmodum boni legum nostrarum latores fuistis, etiam interpretes earum hac in re nobis propitii sitis. Nos vero pro vestra omnium incolumitate Deum Optimum Maximum continuo precari non cessabimus, quandoquidem studiosissimi Eminentissimo nomini Vestro.

Dat. Vilnae in Alumnatu Pontificio, die 27 Martii, Anno Domini 1758.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini S.R.E. Cardinales, Mecaenates Optimi, Servi perpetui, licet indignissimi sumus

GEDEON STAIEWSKI, O.D.B.M.

ROMANUS SKOCZYNSKI.

---

[295] Ex lamentelis Alumnorum hic expressis videtur eorum positio sat lamentabilis erat, praesertim ad salutem animorum et corporum quod spectat. Nescimus an non de aliis rationibus agatur.

SAMUEL JEDLENSKI, O.D.B.M.

SIMEON TOMKOVID.

FLORIANUS TOMKOVID.

DEMETRIUS DEMIANOWICZ, JACOBUS SIELECKI, ONUPHRIUS BUDAY, JOSEPHUS LOMANOWICZ, MATHIAS PAULOWSKI, ONUPHRIUS SZMAROWSKI, JOANNES MOKRZYCKI (SS.mi D.ni Nostri Alumni Vilnenses). LEO PLESKIEWICZ, JOSEPHUS TUPALSKI, BASILIUS LUBINSKI, NICEPHORUS STOPANOSKI, O.S.B.M., GREGORIUS MOKRZYCKI, THEODORUS WITUSOWSKI, LAURENTIUS RYMASZEWSKI, O.S.B.M., ELIAS BORODZICZ.

## 335.

*Luceoria, 7.III.1758.*

*Transumptum autenticum et officiale litterarum fundationalium ducis Constantini Ostrożskyj pro monasteriis Dermanensi, et Dubnensi favore Monachorum Basilianorum, introducendo vitam communem, cuius rei causa plura bona inscripta sunt et in littera enumerata, etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 8, fol. 494-495v.

Extractum ex Actis Castrensibus Arcis Luceoriensis, Anno Millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Mensis Aprilis vigesima die.

Coram Officio Castrensi in Arce Sacrae Regiae Majestatis Luceoriensi, coram me, Joanne Kozakowicz, Bhurgrabio et Vicesgerente vice Praefecturae Luceoriensis, comparens personaliter nobilis magnificus Dominus Macarius Gromowicz, nomine Reverendi in Christo Patris Exechielis Josephi Kurcewicz, Domini et Archimandritae Dermanensis,[296] ad inscribendum Actis Castrensibus Luceoriensibus tradidit per oblatam literas defuncti Celsissimi Principis Constantini Konstantynowicz Ostrogski, Palatini Kijoviensis, Mareschalli Terrae Volhyniae, Praefecti Vladimiriensis,[297] munitas sigillo et subscriptione

---

[296] Archimandrita Ezechiel Josephus Kurcewicz Dermanensis; hic anno 1620 consecratus fuit episcopus Luceoriensis a patriarcha Hierosolymitano Theophane; forsan hoc tempore etiam archimandrita erat Dermanensis non unitus.

[297] Agitur de principe rutheno Konstantino Ostrożskyj, Palatino Kioviensi et Mareschalco Volhyniensi, Praefecto Vladimiriensi inde a secunda medietate saec. XVI (circa an. 1568); hic fuit possessor plurimarum terrarum et divitiis claruit ita, ut anno 1587 ut candidatus in Regem Poloniae reputabatur (loco Sigismundi III: 1587-1632); primum unioni ecclesiasticae favebat et cum Nuntiis Apostolicis pertractabat, sed simul cum Moscovia, Graecia, Valachia, unionem inire intendebat; in suo programmate non agnitus et a Hierarchia ruthena postpositus, Unioni Berestensi annorum 1595-1596 sese opposuit eamque debellabat usque ad mortem; a Clemente PP. VIII multas habuit litteras. Familia tamen eius iam ad Ritum Latinum inclinabat filiusque eius natu maior Janussius ad eundem transiit, prout etiam et alius filius iunior; post eius mortem anno 1608 familia haec post annum 1620 disparuit ex caelo rutheno; cfr. de hac familia plurima nostra documenta in sequentibus voluminibus; *Litterae Nuntiorum Apostolicorum historiam Ucrainae illustrantes*, vol. I, II, Romae 1959-1960; *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia*, vol. I, Romae 1953; *Documenta Unionis Berestensis eiusque Auctorum*, Romae 1970 etc. nec non STEBELSKI I., *Dwa wielkie swiatła*, Vilnae 1781; *Chronologia*, Vilnae 1782; *Przydatek do Cronologii*, Vilane 1783 etc.

manus suae celsitudinis in rem his in litteris inferius insertis signanter expressam datas, de quo hae literae fusius habent, rogando ut suscipiantur, et Actis inscribantur, quas ego, officium ad inscribendum Actis suscipiens, legi et ita scriptae se habent:

Constantinus Konstantynowicz, Dux Ostrogiensis, Palatinus Kijoviensis, Mareschallus Terrae Volhynensis, Praefectus Uladimiriensis etc. Significamus et notum facimus hisce scriptis et spontanea Constitutione nostra quod hortatu piae memoriae Beati Patris Meletij,[298] olim Patriarchae Alexandrini et Sanctissimi Domini Patris Capilli, Successoris in ipsius sedem, ad praesens Patriarchae Alexandrini et propria scriptione literarum atque oretenus facto nobis Paterno ac Pastorali ipsorum mandato, ut cum simus custodes Fidei Sanctae Orientalis Catholicae Apostolicae et Defensores Ecclesiarum Sanctarum et Virorum penes ipsas spiritualium, ad fulcimentum Fidei Sanctae in natione nostra Ruthena, ad exercitationem et doctrinam literarum, quibus fieri possit ocyus et insignius iuvamen Ecclesiae Dei, Monasterium quod appelatur Kiiovia, in bonis nostris, in loco certo dotemus, erigamus, et fundemus; hoc mandato nos ut obedientes filii Ecclesiae Sanctae Orientalis Catholicae Apostolicae suscepto et bene apud nos perpenso, visa quoque ipsa necessitate quod Ecclesia Sancta hoc utrumque istis temporibus a Spiritualibus Pastoribus suis urgetur, exigit vitam piam et scientiam Scripturae Sacrae atque inclinati omnibus viribus nostris ad hoc, ut satisfieret voluntati Divinae et mandato Ecclesiae Sanctae, dedimus atque hoc scripto nostro damus Monasterium nostrum Dermanense omnino et per omnia, pagis, et fundis et omnibus ipsius reditibus pro vita communi Monachis, qui professi sint communem vitam juxta Regulam magni Basilij, a Sanctis Deiferis Patribus in Synodis confirmatam, nempe ut nullus ipsorum ulla Bona habeat in particulari, verum quidquid est et erit, totum id sit omnium, neque propriam voluntatem habeant, concordantes cum Scriptura, cui vita ipsorum est inixa: — nolite possidere neque aurum neque argentum neque pecuniam, et alibi in Actis: — et fuit credentium cor et anima una, nec quisquam eorum quae possidebant aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.[299]

Ad haec damus ipsis potestatem, secundum Regulam Basilij Magni, Hegumenum[300] non aliunde quam e medio sui suae ipsorum communis vitae eligere, virum vitae probatae, pium et qui sit exemplo tam ad omnes virtutes, electum autem ad Dominum Ducem remittere, quem Dominus Dux et Successores ipsius confirmare debebunt, qui non administrator Bonorum, sed (f. 494v) Pastor animarum Fratrum opportet ut sit. Quodsi vero non talis esset, alium loco ipsius eligere et recommendare debebunt.

---

[298] Meletius Pigas, Patriarca Alexandrinus (1590-1601).

[299] Sunt quaedam citationes S. Scripturae, quae vitam communem iustificant scripturïstice.

[300] Superior monasterii; alio modo vocabatur Hegumenus seu Superior vel Archimandrita, qui erat advitalis et Praelatus religiosus considerabatur.

Oeconomus Monasterij[301] eligendus est ab omnibus Fratribus, qui exponendo aerarium monasterij cum scitu Hegumeni et Fratrum Seniorum, quolibet anno calculum redditurus est coram omnibus Fratribus et coram illis, quos Dominus Dux aut ipsius successores mittent; quod monasterium omnes in Communi debebunt regere, gubernare, aedificare, fundare ac lateribus extruere, et juxta exigentiam ipsius providere semper in communi personaliter tenebuntur, manualia Personis ipsorum propria facere, laborare et vitam piam ducere. Gyrovagi Monachi et Regulae huic Sanctae contrarij, ne in hoc Monasterio suscipiantur, sed unice tales, qui huic Regulae subesse velint, et qui idonei sint ad studia.

Debebunt quoque aptiores ad studia instrui in litteris Sclavonicis, Graecis et Latinis, a Personis Fidei Sanctae Orientalis. Flagitiosos etiam, inobedientes iuxta Basilium Magnum admonere, arguere, et ipsi inter se punire spiritualiter debebunt. Quod omne sicut ipsi in obligatione sua adimplere, ita et nos et Successores nostri in integro intacte, sub Superioritate et Protectione nostra in perpetuum sub paena servare tenebimur. Cujus rei gratia dedimus nostras scriptas, cum sigillo et subscriptione manus nostrae.

Datum Ostrogij, mensis lulij quinta die. Anno Millesimo sexcentesimo secundo. — His in litteris sigillum impressum unum. — Subscriptio autem his verbis: — His assentimur et omnia Monasteria in tali ordine esse debent. — Manus propria. —

Quae Litterae ad oblationem et preces praescriptae Personae ad susceptionem autem meam officiosam integrae a principio usque ad finem Actis Castrensibus Luceoriensibus sunt inscriptae, ex quibus et praesens extractum sub sigillo Castrensi Luceoriensi est extraditum. Scriptum in Arce Luceoriensi — Correxit Wisniowski. Millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo, die septima Martij. — Extractum ex Actis Castrensibus Luceoriensibus. — Legi cum Actis. Sawicki.

Extractum ex Actis Terrestribus Districtus Luceoriensis. — Anno Millesimo sexcentesimo trigesimo, mensis Januarij vigesima tertia die.

* * *

Ad affectationem partis requirentis excerptum fundationis Monasterio Dubnensi Sancti Salvatoris, ab infrascripto Celsissimo Principe Ostrogiensi, Palatino Kijoviensi factae, ex Oblatione variarum Fundationum eidem monasterio factarum, sub numero secundo Actis insertae, sub actu superius expresso tenoris sequentis:

Aliae literae seu fundatio pro communi vita et pro Dubowice fundo, Monachis, quibus literis omnes fundationes primitivas monasterio Sancti Salvatoris deservientes, uti rus Mialyn et Zahorce et in Civitate Dubna

---

[301] Oeconomus monasterii erat persona conspicua in monasterio vitae religiosae communis, proinde eligebatur.

viventes ac Decimas ex Agris Dubnensibus eidem Monasterio solvendas Sua Celsitudo Dominus Palatinus Kijoviensis confirmat.

Constantinus, Dux Ostrogiensis, Palatinus Kijoviensis, Mareschallus Terrae Volhyniae. — Significamus hisce literis et spontanea Constitutione nostra praesentibus, successoribus nostris et post ipsos futuris Haeredibus et Possessoribus horum Bonorum nostrorum Patrimonialium Dubnae, quod supplicavit Pater Basilius, Hegumenus Monasterij nostri Dubnensis Sancti Salvatoris, una cum omnibus Fratribus suis, ut ipsis in hoc Monasterio communem vitam secundum institutum Magni Basilij, a Sanctis Deiferis Patribus in Synodis confirmatum ordinaremus, et scripto nostro confirmaremus, propter quam ipsi, omnibus (f. 495) relictis temporalibus, secuti sunt Christum, et hanc vitam communem jurarunt, nolentes non tantum quid aliud ex bonis et possessionibus suis, verum etiam neque acum vel quid minus habere proprium, sed quodcunque est sive erit, ut sit omne omnium et ipsam voluntatem propriam non habere, sed ad id quod Divina Scriptura docet et jubet referendo se et confirmando ad mentem et voluntatem omnium Fratrum, secundum dicta in Actis: — et fuit credentium cor et anima una, nec quisquam eorum quae possidebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, se obligarunt. — Praeterea etiam ordinem obedientiae, paenas flagitiosorum et in omni subiacendo arctam et arduam, iuxta primos Sanctos ac ipsam doctrinam Christi Salvatoris nostri nec non Regulam Basilij Magni viam progredi, ac non inclinando ad dextram sive ad sinistram, sed via Regia Evangelica ire elegerunt.

Nos proinde, respiciendo Antecessorum nostrorum fundationem Monasterij hujus Dubnensis Sancti Salvatoris, ut idem Monasterium in omni dispositione sua monastica Ordinis Monachorum Fidei Orientalis cum dotatione etiam et suis proventibus nempe cum Villa Mialyn, Zahorce, et in Fundis Civitatis, in stagnis cum decimis ac omnibus fructibus ad Monasterium pertinentibus, quidquid ab antiquo Monasterium hoc ex Civitate et pagis solebat percipere permaneat, et post nos a Successoribus nostris in integro conservetur; hoc scripto nostro hanc vitam communem Monasterij Dubnensis Sancti Salvatoris in perpetuum confirmamus et roboramus. Debebit Pater Basilius et ipsi successuri Hegumeni simul cum omnibus Fratribus secundum vocationem suam religionem Christi et praescriptos mores a Basilio Magno in hoc monasterio vitam agere et in communi cum omnibus vivere, loci hujus sancti diligentem curam habere, fundare, aedificare et omnia Ecclesiastica Ornamenta providere tanquam fideles administri Monasteriorum Dei; cui Monasterio communi Sancti Salvatoris adjecimus omnem fundum Dubovice, ex opposito ejusdem Monasterij, pro habitatione Monialium ac Monasterium propter ipsas aedificari jussimus, et insuper concessimus ipsis, si quis ipsorum voluerit eremiticam vitam ducere, in sylva Obkowscensi eremitorium habere, ubicunque aliquem sibi locum seligat juxta necessitatem suam tenebitur; pro tunc Pater Basilius et post ipsum futuri Hegumeni, secundum Ordinem et Regulam communis vitae, haec Monasteria Sancti

Salvatoris, Dubovescense, et eremitoria regere, ipsis prospicere omnia sufficientia, providere religiose juxta Constitutiones Sanctorum Deiferorum Patrum, minime transgrediendo has Constitutiones, et nihil sibi fructuum prae alijs Fratribus vitae communis appropriando, ut ibi fusius est expressum, sub poenis et censuris scriptis in Canonibus.

Nos etiam atque Successores et Gubernatores nostri, si ita se gerent, et ita vitam Monasticam usque ad finem ducent, in haec Monasteria Sancti Salvatoris, Dubovescense et eremiticum, tam in Regimen communis vitae, quam in fructus eorundem Monasteriorum ingerere nos non debemus, et promittimus omnia in omni juxta hanc nostram Constitutionem conservare.

Ad haec damus ipsis potestatem, secundum ordinem communis vitae, post obitum Hegumeni, Superiorem non aliunde quam e medio sui suae ipsorum communitatis (f. 495v) iuxta institutum Magni Basilij et Constitutiones Sanctorum Deiferorum Patrum Hegumenum eligere, virum probatae vitae et doctrinae, in omni bono testimonio excerptum constituere. Qui Hegumenus non tantum Bonorum et possessionum Administrator, verum etiam Pastor animarum Fratrum esse debet et omnem administrationem perspectam habens tanquam Pastor prudenter Fratribus committere tenetur, juxta cujuslibet aptitudinem. Ipsi autem Fratres in Christo, non deliberantes, omnem voluntatem suam obedientiae subdere debent. Quod totum quemadmodum ipsi in sua adimplere, sic etiam nos ipsis secundum hoc scriptum nostrum et constitutionem observare sub non benedictione Dei sumus obligati. Et quicunque solum vellet hanc Constitutionem nostram post nos infringere, super talem veniat maledictio Divina in lege scripta et censura Sanctorum Deiferorum Patrum. Cujus rei gratia, propter meliorem fidem damus Patri Basilio, Hegumeno simul cum Fratribus et ipsis successuris Hegumenis Monasterij Dubnensis Sancti Salvatoris vitae communis has literas nostras cum sigillo et subscriptione propriae manus nostrae.

Datt. in Dubno, a Nativitate Jesu Christi Filij Dei Millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, mensis Decembris decima octava die, propria manu. — Constantinus Dux, quemadmodum ipsi hoc totum sub juramento appromiserunt et se obligarunt huic sancto operi satisfacere sub ammissione huius ipsius Juris. —

Extraditur sub sigillo Terrestri Palatinatus Volhyniae, Districtus Luceoriensis. — Correxit Makarowicz. Anno Millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo, die tertia mensis Martij. — Extractum ex Actis Terrestribus Luceoriensibus. — Legi cum Actis Moczarski. —

Praesens Apographum cum suo Authographo de verbo ad verbum concordare testor. — Et ob majorem fidem penes consuetum officii mei sigillum manus meae subscriptione confirmo. In Residentia mea Proto-Archimandritali Torokanensi, die decima septima Aprilis, Millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo anno.

Heraclius Lisanski, Proto-Archimandrita Ord. S. Basilij Magni (mpr).

Maximilianus Narolski, O.S.B.M., Congr. Ruthenorum Secretarius (mpr).

## 336.

*Torokanie, 17.VII.1758.*

*Protoarchimandrita Lisanskyj Cardinalibus de Alumnis pontificiis, occasione reditus praematuri Istucarii Palczykiewicz, monendo Provincialem, ut aptiores mittere satagat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 504rv.

Emin.mi et Rnd.mi Domini, Domini Protectores Singularissimi.

Uti soleo, et par est, summa cum veneratione accepi Litteras Eminentiarum Vestrarum, quibus de parum provida Fratris Istucarij Palczykiewicz ad Venerabile Collegium Urbanum destinatione,[302] occasione subitae ipsius infirmitatis, edoceor. Ea porro infelicitatis origo est, quod ob incomparabiliter majorem distantiam Residentiae meae a regionibus illis, per quas Romam iter agitur, non aliter soleant, quam per literas praesentari mihi a Patribus Provincialibus Polonis juvenes illius nostrae Provinciae, quos judicant ad Almae Urbis Collegia, munificentissimo Sanctae Sedis favore nobis concesso, causa studiorum suppliciter commendandos. Inde est, quod monuerim R. Patrem Provincialem Poloniae[303] accuratius faciendi delectus ejusmodi juvenum. Et quemadmodum arbitror eum ita se gessisse, commendo suppliciter notissimo favori EE.VV. Fratrem Jerotheum Korczynski, cum ex indole, (f. 504v) moribus, ingenio, tum etiam ex firma valetudine visum commendabilem,[304] uti in locum dicti Fratris Istucarij Palczykiewicz, benigno annutu EE.VV., admitti valeat. Hanc gratiam, ut Deus Optimus Maximus EE.VV. cumulatissime pensatam faciat, non cessaturum me a fundendis precibus cum universa Congregatione mea sancte polliceor. Ac interea reverentissime deosculatus Sacram cuiusque EE.VV. Fimbriam, maneo.

Torocanijs, die 17 Iulij, 1758 Anno.

Eminentiarum Vestrarum humillimus, devot.mus, ob.mus et oblig.mus Servitor

Heraclius Lisanski
Protoarch.ta, Ord.S.B.M., (mpr).

---

[302] Missus Romam ad Coll. de Prop. ut Alumnus pontificius, sed mox rediit ob incapacitatem vitae communis seu collegialis; cfr. supra pag. 269, nr. documenti 328, de dat. 8.VIII.1757, nota brevis 282.

[303] Provincialis Prov. Polonae seu Ruthenae erat tunc temporis P. Hypatius Bilinskyj (1755-1759), dein Protoarchimandrita (1759-1771). Obiit die 8.IV.1771; cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum,* pag. 286-287.

[304] Hierotheus Korczynskyj, Alumnus pontificius de Prop. Fide, ingr. 28.X.1758, fil. Stephani, Peremysliensis, studuit theologiae (1759-1769), annorum 24, ordinatus in omnibus gradibus sacerdotii anno 1762 ab Episcopo Schirò in ecclesia S. Athanasii; post reditum in patriam Superior S. Georgii Leopoliensis, in Cap. generali Berestensi IV (1772) electus Procurator generalis in Urbe (1772-1780); expleto officio in Cap. generali Torokanensi an. 1780 electus Protoconsultor Ordinis, et post mortem praematuram Josephi Morgulec Vicarius generalis (1786-1788), qui et Capitulum Zydyczynense an. 1788 convocavit. Agnitus « Emeritus Ordinis ». Cfr. D. Blazejovskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students in the Pont. Coll. Urbaniano de Prop. Fide: 1627-1846,* in « *Analecta OSBM* », vol. IX, pag. 215-6; M. M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum,* pag. 292-293.

## 337.

*Torokanie, 31.VII.1758.*

*Protoarchimandrita Basilianorum de translatione Theophili Passich, Vicarii Apostolici Croatiae, ob rationes valetudinarias et morales etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Polonia e Ruteni*, vol. 8, fol. 508rv.

Eminentissime, Excell.me et Revnd.me Domine,
Domine Benefactor Singularissime.

Ut accurate expleam data mihi nuper venerandissima Excellentiae Vestrae Rev.mae mandata circa exponendum, quid sentiam agendum de Rnd.mo Domino Episcopo Passich,[305] olim Vicario Apostolico in Croatia, significo me censuisse, eum uti plane intolerabilem redditum Superiori Monasterij Dobromilensis, transferendum esse omni honestiori modo ad Monasterium Crechoviense, atque translatum quidem existimare, qualiter porro ibi se gerat, necdum habere notitiam a Patre Provinciali Poloniae;[306] ad quem idcirco jam ante dedi meas litteras. Ut primum itaque certior hac de re efficiar, non tardatum me polliceor, quidquid rei erit, humillime perscribere (f. 508v) Excellentiae Vestrae, atque altissimo suo judicio una cum voto meo submittere, quemadmodum semper sum omni cultu ac demissione.

Torocanijs, die 31 Iul. 1758.

Excellentiae Vestrae Rnd.mae humillimus, devotissimus, obedientissimus et obligatissimus Servus

HERACLIUS LISANSKI
Protoarchimandrita Ord.S.B.M. (mp).

## 338.

*Torokanie, 14.VIII.1758.*

*De fuga Theophili Passich, Vicarii Apostolici Croatiae, antequam transferratur ex monasterio Dobromyliensi Krechoviam, et quidem propter rationes valetudinarias.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc.*, *Polonia e Ruteni*, vol. 8, fol. 517rv.

Illustrissime, Excell.me et Rnd.me Domine,
Domine Benefactor Singularissime.[307]

Sperabam translatum jam esse ad Monasterium Krechoviense Rnd.mum Dominum Episcopum Passich, Vicarium olim Apostolicum in Croatia.[308] At

---

[305] Episcopus Platearum Theophilus Passich, Basilianus croata; cfr. de ipso notam 24.
[306] Provincialis Poloniae tunc tempore erat Hypatius Bilinskyj (1755-1759).
[307] Ut videtur Nuntio Varsaviensi Nicolao Serra (1754-1760).
[308] De Theophilo Passich cfr. notam 24.

enim quam semper metuebamus illius fugam, non omittentes metum hunc nostrum haud inanem deferre per Patrem Procuratorem Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, eam reapse illum die 19 Iul. arripuisse, post multa turbulenter gesta sub tempus Visitationis, quae peragebatur a Patre Provinciali Poloniae; accipio ex hujus literis datis ad me nuper de die 25 scilicet ejusdem mensis, antequam meae pervenerint, quibus ex eodem sciscitatus sum rationem vivendi praedicti Episcopi. Nulla huic Episcopo a nostris allata molestia, aut fugae data occasio; quinimo, libenter acceptatam ab eo translationem sui ad Monasterium Krechoviense lego in his literis, quanquam ad Monasterium Poczajoviense mitti desideraverit, donec de statu miserabili hujus Monasterij, occasione litis cum Illustrissima Comitissa Tarnowska, edoctus fuit ab eodem Patre Provinciali. Quaesitus tandem est diligenter post hanc suam luctuosam fugam, verum non inventus. Restat, ut tam Excellentia Vestra Reverendissima, quam Sacra Congregatio excusatos nos habeant in hocce inopinato praeindicatis circumstantijs casu, quem equidem vehementissime doleo. Non omissurum me polliceor (f. 517v) omnem in id curam impendere, ut si quae poterit, acquiratur, atque perferatur Eminentiae Vestrae Rev.mae notitia, quo abierit, quove se verterit hic Episcopus. Oro interim ac obsecro humillime Em. Vestram Rev.mam, ut quod si inventus fuerit hic Episcopus, libera ab onere illum sustentandi evadat nostra Congregatio. Atque exosculatus perreverenter Archi-Praesuleam Eminentiae Vestrae Rev.mae Dexteram maneo cultu profundissimo.

Torocanijs, die 14 Augusti, 1758 anno.

Excellentiae Vestrae Rnd.mae humillimus, devot.mus, obed.mus et obligatissimus Servus

HERACLIUS LISANSKI
Protoarchimandrita Ard. S. Basilij M., (mp).

## 339.

*Torokanie, 2.X.1758.*

*Protoarchimandrita cum Consultorio Generali de Decretali « Super familiam » de subiectione eidem Archimandritarum, eorumque installatione, formula iuramenti, de bonis et aliis quaestionibus connexis etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 781, fol. 442-43v.

Emin.mi et Rnd.mi Domini,
Domini Protectores Singularissimi.

Quemadmodum id jam antea saluberrime factum a Sancta Sede Apostolica Sacraque Congregatione Eminentiarum Vestrarum reputamus, et idcirco in maximis, quae quidem innumera sunt, beneficijs habemus, quod complura Monasteria nostra non constituentia olim unum corpus neque subordinata uni Capiti in hanc infimam Congregationem nostram sub Proto-Archimandrita constitutam coaluerint, ita profecto id perquam provide de

altissimo sensu atque arbitrio EE.VV. praestitum nuper suspicimus, quod Abbates, frustrata Monasteriorum praedictae Congregationis nostrae ac nonnullos mere Titulares, ad eandem Congregationem sub Proto-Archimandrita existentem pertinere debere, sancitum est celebratissima Decretali fel.rec. Summi Pontificis Benedicti XIV « *Super Familiam* », § 1°: Itaque, consequenter ad quam multa deinceps praestantissimo Decreto Sacrae Congregationis EE.VV., habitae die 24 Maji, Anno 1757, opportune stabilita accepimus.

Juxta praescriptum porro hujus laudatissimi Decreti, ad VIII, exhibemus inprimis EE.VV. exemplar formulae Institutionis, Abbatibus praeberi solitae per Rev.mum Metropolitanum,[309] qua adhuc post editam praecitatam Decretalem jus Installationis ad Abbatias, caeteroqui Proto-Archimandritae disertissime attributum, dicto §. laudatae Decretalis apposita, ad omne jus in bona Monasteriorum Abbatialium eidem Proto-Archimandritae per Decretalem « Inter plures » §. Haec nimirum, assertum,[310] sibi vindicat, demandans Proto-Archimandritae, ut authoritate ipsius Metropolitana Abbatem a se institutum ad Abbatiam installet, et (quod pro eodem habet) instituat, eundemque in actualem, realem et corporalem Abbatiae omniumque bonorum possessionem introducat et intromittat, cum sequentibus, omniaque a se ibidem sub tempus scilicet Installationis acta ad ipsum Metropolitam Curiamque suam transmittat. Apertiorem hac gravioremque contradictionem Decretalibus Pontificijs nemo usquam viderit. Unde est sane, quod petamus demississimi ab EE.VV. emendationem ejus formulae ad eum modum, quo a nobis concepta est,[311] consentanee ad memoratas Sanctiones Pontificias.

Pari demissione, obsequendo jussis Sacrae Congregationis in supradicto Decreto, ad XII expressis, exhibemus EE.VV. exemplar formulae juramenti,[312] quod Abbates in manibus Metropolitani praestare hactenus coguntur, non secundum praescripta in saepedicta Decretali « Super Familiam », §. citato, ut per se liquet, cum stringantur jurare Metropolitano obedientiam terminis universalibus; *1.mo* quidem, sine expressione ejus praestandae Metropolitano suisque Successoribus tamquam Delegatis Sanctae Sedis Apostolicae, ut continetur in eadem Decretali, per quod adimitur Metropolitanis omnis praetextus vendicandi se atque gerendi tanquam Superiores ordinarios Abbatum; *2do,* sine expressione ejus praestandae: secundum omnia Iura, Constitutiones et Decreta a Sancta Sede Apostolica emanata (quale est exemptionis emanatum Anno 1742, die 1ma Maji)[313] et juxta praescripta in

---

[309] Vi Decretalis epistolae « *Super familiam* » (30.III.1756) Metropolitae Kioviensi competebat ius instituendi Archimandritas, Protoarchimandritae vero ius installandi.

[310] « *Inter plures* », Litterae decretales de dat. 11.V.1744; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum,* vol. II, pag. 88-100, nr. 704; paragraphus « Haec nimirum » invenitur in pag. 96.

[311] Cfr. infra nr. 344; Formula institutionis et Installationis.

[312] Cfr. infra nr. 343.

[313] Cfr. Litterae S.C. de Prop. Fide, vol. IV, pag. 123-126, nr. 1688-1689, ad Nuntium Varsaviensem cum Instructione in hac materia.

Litteris Apostolicis « Inter plures » ac « Super Familiam », (f. 442v),[314] quae expressio praescripta in Decretali « Super Familiam » plurimum inservit ad imprimendum firmiter mentibus Abbatum atque etiam ipsius Metropolitani, quae circa jus in Bona Abbatialia, nec non circa jus Installationis ad Abbatias in utraque illa Decretali sunt definita. Addendas proinde benignissime ab EE.VV. praedictae formulae eas expressiones, quoad possumus humillime postulamus, prout etiam, quatenus dignentur EE.VV., jubere apponi in principio: « Ego NN. Ordinis Sancti Basilij Magni Congregationis Ruthenorum Monachus expresse Professus »,[315] cum huiusmodi Abbates non utcunque nostri Ordinis sint Monachi, sed determinate et restricte Congregationis nostrae, iidemque solemniter professi, quemadmodum Ius Canonicum et natura ipsa omnium nostrarum Monasticarum Abbatiarum requirunt. Ijs autem expressionibus subjungenda deprecamur vehementissime verba, quibus Abbates instituendi jurent obedientiam praestandam Proto-Archimandritae, tanquam immediato et ordinario ipsorum Superiori, ut signanter habeat formula relationem ad immediatam in ipsos jurisdictionem adjudicatam Proto-Archimandritae laudata Decretali « Super Familiam », atque ita signanter expressa ejusmodi relatione praescripta in hacce Decretali efficacius adiguntur iidem Abbates subesse praedictae jurisdictioni Proto-Archimandritae.

Illud praeterea omni demissione poscimus, quatenus juxta sapientissimum temperamentum nuper adhibitum ab Eminentijs Vestris, ita reficiatur in ejusmodi juramento sponsio Abbatum veniendi ad Sinodum,[316] ut venturos se jurent si a Metropolitano vocati fuerint, certiorato ac medio Proto-Archimandrita, tanquam legitimo immediato eorum Superiore.

Ubi rursus, in contextu ejusdem formulae, fit juramentum non alienandi Bona Abbatialia, substituendum rogamus impensissime loco ... *bona ecclesiae meae Abbatialis*...[317] hunc potius terminum: *bona monasterij mei Abbatialis N.*, etenim vox *ecclesia* illis tantum Abbatijs convenit, quae habent annexam jurisdictionem quasi Episcopalem, quales certe non sunt Abatiae Congregationis nostrae.[318] Cumque minime dubitemus quin, tacentibus etiam nobis, tollenda sint ab Eminentijs Vestris de medio ejus formulae verba illa, quibus videtur innui competere Metropolitano potestatem impertiendi facultatem pro alienatione bonorum ejusmodi, caeteroqui soli Sanctae Sedi Apostolicae competentem, addendum supplicamus quo obstringantur Abbates non alienare ejusmodi bona *sine praevie impetranda per Proto* (f. 443) *Archimandritam a Sancta Sede Apostolica facultate;*[319] quandoquidem non

---

[314] Cfr. « *Inter plures* » 11.V.1744, et « *Super familiam* », 30.III.1756; in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 88-100 (« Inter plures ») et pag. 161-164, nnr. 704 et 747.

[315] Cfr. infra sub nr. 343, pag. 293.

[316] Cfr. infra nr. 343, pag. 294 (circa medietatem).

[317] Cfr. ibidem.

[318] Saltem hae, quae ab Archimandritis claustralibus administrabantur.

[319] Confr. haec quae habentur notata in nota 317 et praecedentibus.

tam facile continget fieri ab ijs quoad hoc recursus ad Sanctam Sedem, si per Proto-Archimandritam tanquam immediatum legitimum ipsorum Superiorem, habentem jus supra Bona eorundem Abbatialia, facultatem a Sancta Sede petere tenebuntur. Atque ut clarius constent Eminentijs Vestris exposita hactenus quoad reformationem hujus formulae postulata nostra sane humillima, submittimus in seorsivo folio digestam a nobis formulam juramenti ejusmodi,[320] quae quidem ita concepta est, quemadmodum concipiendam praescripsit laudata Decretalis « Super Familiam ».

Quia demum jam proxime imminet tempus celebrandi nostri Capituli generalis,[321] atque placuit Eminentijs Vestris in precitato Decreto, ad XIII, ita statuere, ut ad tramitem Decretalis — « Super Familiam », §. 2do, statutum est: — nulli ex Abbatibus excludantur e numero 40 Vocalium cujusque Provinciae, in Apostolicis Litteris « Inter plures » praefinito, esto scilicet non valeant alere octo monachos in eorum Monasterijs abbatialibus, aut sint mere Titulares,[322] exhibemus in separata pagina atque subijcimus altissimo Eminentiarum Vestrarum sensui et judicio deliberationem nostram super Scheda Vocalium, praescripto huic conformem. Quae quidem deliberatio nostra, ut cum caeteris hactenus expressis haud gravate ab Eminentijs Vestris examinari et approbari possit, quo celerius inter nos atque Abbates et Rnd.mum Metropolitanum pax, summopere a nobis penes jurium Congregationis nostrae integritatem desiderata, coalescat, etiam atque etiam humillimis precibus imploramus.[323]

Non omittimus denique significare Eminentijs Vestris, extincta jam a nobis esse, juxta praescriptum in Litteris Apostolicis « Inter plures » ac liquido exoluta circa initium vertentis anni olim contracta debita Residentiae nostrae in Urbe.[324] Ne vero dehinc ullus Procurator noster Generalis praesumat quocunque tandem obtentu nova contrahere absque expresso Proto-Archimandritae consensu, a Sacra Congregatione Eminentiarum Vestrarum approbando, provide caveri id ab Eminentijs Vestris aliquo Decreto suppliciter poscimus, rogantes flagrantissime Deum Optimum Maximum pro diutissima, incolumi ac omnibus prosperrimis (f. 443v) referta tribuenda Eminentijs Vestris vita deosculantesque omni cum reverentia Sacram cujusque Eminentiarum Vestrarum Fimbriam.

Torocanijs, die 2da 8bris, 1758 Anno.

---

[320] Textus invenitur in pag. 293-4.

[321] Celebratum die 5.IX.-2.X.1759; cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 25-26.

[322] Archimandritae titulares revera erant pauci, ut ex. gr. Trocensis et Kanioviensis.

[323] Ad pacem in Ecclesia Ruthena costabiliendam editae sunt Litterae decretales Benedicti PP. XIV « *Super familiam* » (30.III.1756); « *Nexus* » Ordinis cum Metropolita an. 1743, probatus Litteris decretalibus « *Inter plures* » (11.V.1744); programmata Consultorii generalis (cfr. nr. 343-344), scheda Vocalium noviter parata (nr. 345), in qua etiam Archimandritae inclusi erant numero 10 et duo titulates. Cfr. Infra in pagg. 295-297.

[324] Forsan ad mentem decretalis litterae « *Inter plures* » (1744), in qua haec res agebatur et soluta fuit inter duas Provincias (cfr. pag. 93).

Eminentiarum Vestrarum humillimi, devotissimi, obedientissimi, obligatissimi Servi et quotidiani Exoratores

Heraclius Lisanski, Proto-Archimandrita Ordinis S. Basilii M. (mpr).

Nicodemus Karpinski, O.S.B.M., Provincialis per Littuaniam (mpr).

Hypatius Bilinski, O.S.B.M., Provincialis per Poloniam (mpr).

Augustinus Nowosielski, O.S.B.M., Proto-Consultor Congr. Ruth., Ab. Kobryn.

Athanasius Czarkowski, Or.S.B.M., Consul. Gen. (mpria).

Maximilianus Narolski, O.S.B.M., Congr. Ruth. Secret. Gen. (mp).

Valerianus Podwieszczynski, O.S.B.M., Congr. Ruthen. Secr. G.lis (mp).

## 340.

*Torokanie, 2.X.1758.*

*Protoarchimandrita cum Consultorio Generali gratias agunt pro diversis provisionibus et transmittunt Schedam Vocalium et formulas institutionis et installationis Archimandritarum etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 781, fol. 444rv.

Eminentissime et Rnd.me Domine,
Domine Patrone Singularissime.

Sane singulari Divino Beneficio datum nobis putamus, ut Eminentia Vestra proponendis sustinendisque in Sacra Congregatione de Propaganda Fide nostris negotijs auctoritate non minus quam diversissima eorumdem expositione haud gravate adlaborare curet. Cujus quidem liberaliter impensae operae totidem effectus benignissimos suspicimus, quot Decreta, Constitutionesque Sacrae Congregationis novissime emanatas accepimus. Gratissima omnino memoria hosce favores complectimur, et nunquam profecto intermittemus complecti. Nunc porro exhibemus Sacrae Congregationi Schedam vocalium,[325] atque exemplar Formulae tum Iuramenti Abbatum, tum Institutionis ijsdem a Metropolitano praeberi solita,[326] quemadmodum isthaec omnia sibi exhiberi praescripsit Sacra Congregatio, Decreto lato die 24 Maji Anno 1757, Resolutionibus ad 8vum, ad 12mum, et ad 13tium. Ex his Schedam omnino juxta praescriptum Resolutione ad 13tium digestam putamus. At enim utramque formulam, quae hactenus abusive adhibebatur, plurimum adversari Litteris Apostolicis « Inter plures » et « Super Familiam » luculenter ostendimus in epistola ad Sacram Congregationem data.[327] Igitur compertum Eminentiae Vestrae efficacissimum Patrocinium cum pro approba-

---

[325] Sub nr. 345, infra.
[326] Sub nnr. 343-344, infra.
[327] Cfr. nr. 339, pag. 286-289, de dat. 2.X.1758.

tione ejus Schedae, tum pro opportuna ad tramitem Decretalis « Super Familiam » ejusmodi Formularum, hactenus pro Metropolitarum arbitrio in usu positarum, reformationem humillimis impensissimisque interpellamus precibus. Gratiam hanc aequitati, ut arbitramur, postulatorum nostrorum firmissimum robur allaturam, ut Deus Optimus Maximus ubertim Eminentiae Vestrae pensatam faciat; quemadmodum caeteros favores, hactenus nobis praestitos, cumulateque remuneretur quorumvis prosperrimorum (f. 444v) vitaeque maxime diuturnae largitione pollicemur nos omni studio eundem jugiter imploraturos. Ac interea deosculantes sacram Eminentiae Vestrae Fimbriam manemus.

Torocanijs, die 2da 8bris, 1758 Anno.

Eminentiae Vestrae humillimi, devotissimi, obligatissimi Servi et Exoratores

Heraclius Lisanski, Proto-Archimandrita Ord.S.Basilij M. (mpr).

Nicodemus Karpinski, O.S.B.M., Provin. tit. S.mae Trinit. Provin. (mpr).

Hypatius Bilinski, O.S.B.M., Provincialis Prov. Prot. B.mae V. (mpr).

Augustinus Nowosielski, O.S.B.M., Proto-Consultor Congr. Ruth. Ab. Kobryn. (mpr).

Athanasius Czarkowski, Ord.S.B.M., Consultor Gen.lis (mpr).

Maximilianus Narolski, O.S.B.M., Cong. Ruthen. Secr. Gen.lis (mpr).

Valerianus Podwieszczynski, O.S.B.M., Congr. Ruth. Secr. Gen.lis (mpria).

## 341.

*Torokanie, 2.X.1758.*

*Transmittitur nova Scheda Vocalium et Formula iuramenti Archimandritarum, a Protoarchimandrita et Consultorio Generali.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 534rv.

Ill.me, Excell.me et Rev.me Domine,
Domine Patrone Singularissime.[328]

Exhibemus Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, juxta ejusdem praescriptum in Decreto lato die 24 Maji, Anno 1757, Resolutionibus ad 8vum, ad 12mum et ad 13tium, tum Schedam Vocalium,[329] tum exemplar Formulae juramenti Abbatum, quae hactenus abusive adhibebatur, tum quoque exemplar Formulae Institutionis, praeberi ipsis solitae per Rev.mum Metropolitanum.[330] At enim quemadmodum affatim novimus, plurimum in his valiturum altissimum Excellentiae Vestrae Rnd.mae sensum, ita omni demis-

---

[328] Ut videtur Nuntio Varsaviensi, Nicolao Serra (1754-1760).
[329] Cfr. nr. 345.
[330] Cfr. nnr. 343-344.

sione mature imploramus efficax ejusdem, pro sua erga nos benignitate, Patrocinium, tam quoad approbationem Schedae, quam quoad opportunam reformationem adhibitae hactenus utriusque dictae Formulae, non cohaerentis Litteris Apostolicis « *Inter plures* » et « *Super familiam* », ut quidem facile ex epistola nostra ad eandem Sacram Congregationem data [331] intelligere potest Eminentia Vestra Rev.ma. Speramus hoc praesidio Eminentiae Vestrae Rev.mae felicem sane nos ejus rei obtenturos exitum, si favorem hunc nacti quidem (f. 534v) fuerimus, quemadmodum impensissimis precibus exposcimus, penes quaevis prosperrima copiose tribuenda a Deo Optimo Maximo Excellentiae Vestrae Rev.mae, cuius Archi-Praesuleam devotissime exosculamur Dexteram.

Torocanijs, die 2da 8bris, 1758 anno.

Excellentiae Vestrae Reverendissimae humillimi, devotissimi, obligatissimi Servitores et Exoratores

Heraclius Lisanski, Proto-Archimandrita Ord. S. Basilij M. (mp).

Nicodemus Karpinski, O.S.B.M., Prov. tit. S.mae Trinitatis Pr. (mp).

Hypatius Bilinski, O.S.B.M., Provincialis Prov. Prot. B.V.M. (mp).

Augustinus Nowosielski, O.S.B.M., Proto-Consultor Congr. Ruth., Abbas Kobryn. (mp).

Athanasius Czarkowski, Ord.S.B.M., Consultor Gen. (mpr).

Maximilianus Narolski, O.S.B.M., Congr. Ruth. Secretarius (mpr).

Valerianus Podwieszczynski, O.S.B.M., Congr. Ruth. Secretarius (mpria).

## 342.

*Torokanie, 2.X.1758.*

*Eadem Scheda et Formulae iuramenti et Installationis et Institutionis Archimandritarum Cardinali Praefecto de Prop. Fide, a Protoarchimandrita cum suo Consultorio et Provincialibus missa.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 8, fol. 536rv.

Eminentissime et Revd.me Domine,
Domine Patrone Singularissime.

Non ambigimus ab auctoritate Eminentiae Vestrae sane incomparabili potissimum pendere felicem (ut hactenus non sine vinculo habendarum perenniter maximarum gratiarum experti sumus) negotiorum nostrorum exitum quotquot in Sacra Congregatione de Propaganda Fide vertuntur, cui equidem singulari Dei munere Eminentia Vestra praeest. Hinc cum Eminentiae Vestrae simulque huic Sacrae Congregationi exhibeamus profun-

---

[331] Cfr. supra nr. 339, sub dat. 2.X.1758.

dissima demissione tum Schedam vocalium,[332] digestam juxta praescriptum ad *13tium* in Decreto Sacrae Congregationis, habitae die 24 Maji, Anno 1757, tum etiam exemplar duplicis Formulae, nempe Institutionis ac Juramenti Abbatum,[333] exhiberi jussum Resolutionibus ejusdem Decreti ad 8vum et ad 12mum, quarum utraque plurimum adversatur Litteris Apostolicis « Inter plures » et « Super familiam », ut fusius in ea epistola ostendimus; in primis Eminentiae Vestrae potentissimum Patrocinium, circa approbationem ejus Schedae, atque reformationem utriusque praedictae Formulae, hactenus abusive adhiberi solitae, summis precibus flagitamus. Penes quas quidem preces non obliterandam unquam in animis nostris favoris hujus sane singularis gratissimam recordationem pollicemur, cupientes interea toto eorundem animorum ardore, ut quaevis faustissima penes vegetam in diuturnum aevum vitam largiatur Deus Optimus Maximus (f. 536v) Eminentiae Vestrae, cujus Sacrae quoque Fimbriae devotissima figimus oscula.

Torocanijs, die 2da 8bris, 1758 anno.

Eminentiae Vestrae humillimi, devotissimi, obedien.mi, obligat.mi Servi

HERACLIUS LISANSKI, Proto-Archimandrita Ord. S. Basilij M. (mp).

NICODEMUS KARPINSKI, O.S.B.M., Provin. tit. S.mae Trinitatis Prov. (mpr).

HYPATIUS BILINSKI, O.S.B.M., Provin. tit. Protect. B.mae Prov.lis (mpr).

AUGUSTINUS NOWOSIELSKI, O.S.B.M., Proto-Consultor Congr. Ruth., Abbas Kobryn. (mpr).

ATHANASIUS CZARKOWSKI, Ord.S.B.M., Consultor Generalis (mpr).

MAXIMILIANUS NAROLSKI, O.S.B.M., Congr. Ruth. Secr. (mpr).

VALERIANUS PODWIESZCZYNSKI, O.S.B.M., Congr. Ruth. Secr. Gen. (mpr).

## 343.

*(Ex Russia), 4.X.1758.*

*Formula iuramenti Archimandritarum Basilianorum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 781, fol. 432rv.

Formula Iuramenti Abbatum, ad tramitem Decretalis « *Super Familiam* », §. Si itaque, a nobis concepta, et pro benigna approbatione S. Congregationi humillime submissa.

Ego N. Ordinis S. Basilij M. Congregationis Ruthenorum Monachus expresse professus, nominatus Archimandrita Monasterij N., ab hac hora, ut in ante fidelis, et obediens ero Beato Petro, Sanctaeque Apostolicae Romanae Sedi, ac D.N.D.N. divina providentia Papae, eiusque Successoribus canonice intrantibus. Promitto etiam ac juro debitam observantiam, et obse-

[332] Scheda Vocalium simul cum Archimandritis, sub nr. 345.
[333] Sub nr. 343-344, infra.

quium D. Dei, et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopo Kioviensi, et Haliciensi, totiusque Russiae Metropolitano D.N. et Successoribus eius, Sanctae Sedi Apostolicae, et Pontifici Romano obedientibus, tanquam eiusdem Sanctae Sedis Delegatis, necnon secundum omnia Iura, Constitutiones et Decreta a S. Sede Apostolica emanata, et juxta praescripta in Literis SS.mi Domini Nostri Benedicti XIV, Papae, quarum initium est: « *Inter plures* » alijsque literis in forma Brevis eiusdem Pontificis quae incipiunt « *Super Familiam* ». Juro quoque Rev.mo Patri (f. 432v) Proto-Archimandritae e Congregatione Ruthenorum legitime electo, tamquam immediato, et ordinario Superiori meo debitam obedientiam. Vocatus, certiorato ac medio Proto-Archimandrita ad Synodum, sine omni renitentia, nisi praepeditus fuero canonica praepeditione, veniam. Bona monasterij mei N. non vendam, non donabo, neque oppignorabo, neque de novo infeudabo, neque commutabo, sine praevia impetranda per Rev.mum Proto-Archimandritam a Sancta Sede Apostolica facultate, neque alio quocumque modo alienabo, quin imo deperdita, et ab eodem Monasterio avulsa, et quocumque praetextu etiam ad tempus dimissa pro posse meo recuperare tenebor; et si ad aliquam alienationem praedictorum devenero, paenas Canonicas, in Constitutionibus Apostolicis super hoc descriptas, ipso facto incurrere volo. Sic me Deus adjuvet, et haec Sancta Dei Evangelia. N.N.

## 344.

*(Ex Russia), 2.X.1758.*

*Formula Institutionis Archimandritarum a Metropolitano, a Protoarchimandrita eiusque Consultorio apparata.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 781, fol. 434rv.

Formula Institutionis Abbatum, consone ad Literas Apostolicas « *Inter plures* » *et* « *Super Familiam* » nec non ad Decretum Sacrae Congregationis Generalis de Propaganda Fide, habitae die 24 Maij An. 1757, concepta, et pro benigna approbatione Sacrae Congregationi humillime submissa.

N.N. Dei et Apostolicae Sedis gratia Metropolita Kioviensis, Haliciensis, et totius Russiae etc. Universis et singulis quorum interest praesentes Literas nostras lecturis, visuris, audituris, signanter vero Rev.mo Patri N.N. Ordinis S. Basilij M. Congregationis Ruthenorum Proto-Archimandritae salutem in Domino. Noverit Rev.ma Paternitas Vestra, quia nos ad Archimandriam N. vacantem, Rev.mum Patrem N.N. Monachum eiusdem Ordinis, et Congregationis, Provinciae vero N. expresse professum, per N.N. nobis praesentatum die hac... mensis... Anni ... ad Cathedram nostram N., Servatis omnibus de jure servandis, ac praemissa per ipsum, juxta praescriptum SS. Canonum, et Pontificalis Fidei Catholicae Professione, tum etiam Juramento [334] obedien-

[334] Cfr. supra nr. 343.

tiae Summis Romanis Pontificibus (f. 434v) nobisque et Rev.mae Paternitati Vestrae, ad formam Literarum Apostolicarum in forma Brevis Benedicti Papae XIV, quibus initium est « *Super Familiam* »,[335] in Abbatem N. benedicimus, Baculum Abbatialem ipsi tradendo, Infulam capiti eius, Annulumque digito imponendo, et pectus cruce decorando, eumdemque ad praefatam Abbatiam instituimus, et per positionem in Faldistorio intronizavimus, per Rev.mam Paternitatem Vestram in eandem Abbatiam installandum, juxta laudatum eiusdem Pontificis Breve. In quorum fidem praesentes literas nostras sigillo, quo in talibus utimur, communiri jussimus, et manu nostra subscripsimus. — Dabantur etc. etc.

## 345.

*(Ex Russia), 2.X.1758.*

*Transmittitur nova Scheda vocalium Basilianorum cum expositis Protoarchimandritae eiusque Consultori Generalis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 781, fol. 436rv; fol. 420-1 (copia).

Scheda Vocalium, juxta praescriptum ad XIII, in Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide, habitae 24 Maij, 1757 Anno, digesta ad tramitem Decretalis « *Super Familiam* », §. 2do: — Statum est. —

Praeter Metropolitanum seu ejus Delegatum, Capituli Generalis Praesidem, nec non Proto-Archimandritam, Provinciales, et Consultores ac Secretarios cum Generales, tum Provinciales utriusque Provinciae, alii quadraginta Vocales juxta obloquentiam Decretalis « Inter plures » §. In eisdem demum Constitutionibus, hi designantur.

*Ex Provincia tituli SS.mae Trinitatis.*

Scilicet *1.mo:* — Abbates Claustrales: Braclavien., Dorohobuscen., Grodnen., Kobrynen., Leszcynen., Polocen., Zydyczynen. et mere Titularis Trocen.; *2do*: Superiores Monasteriorum sequentium: Vilnen., Zyrovicen., Bytenen., Torokanen., Berezwecen., Polocen., Witebscen., Chelmen., Borunen., Bialen., Vladimirien., Antopolen., Novogrodecen., Pustynen. ad Mscislaviam, Bresten., Jatwiscen., Czerejen., Swiznen., Minscen., Buczacen., Lyskovien.; *3tio:* Secretarius Patris Provincialis, Magister Novitiorum, quatuor Professores Theologiae, duo Professores Philosophiae, et Procurator Causarum Tribunalitius; *ac denique*: Vicarii Monasteriorum Abbatialium Onuphrien. et Dermanen.

*Ex Provincia autem tituli Protectionis B.ssimae*

Alii quadraginta Vocales designantur isti, scilicet. *1mo:* Abbates Claustrales: Owrucen., Uniovien., Zulkievien., et mere Titularis Caniovien.;

---

[335] « *Super familiam* » de dat. 30.III.1756.

*2do:* Superiores Monasteriorum sequentium: Poczajovien., Leopolien., Laurovien., Dobromilien., Luceorien., Hoscen., Zahorovien., Podhorcen., Bialostocen., Zahaycen., Crechovien., Trembowlien., Camenecen., Wicynen., Szarogroden., Lubaren., Poddembecen., Milczen., Niskinicen., Crasnopustynen., Cremenecen., Krylosen., Baren., Zamoyscen., Biesiaden. et Szcezeploten.; *3tio*: Secretarius Patris Provincialis, Magister Novitiorum, quatuor Professores Theologiae, duo Professores Philosophiae, et Procurator Causarum Tribunalitius; *ac denique:* Vicarius Monasterii Abbatialis Mielecen.

*Circa hanc porro Shedam utraque Provincia humillime exponit sequentia*:

*1mo:* — Quod religiose servabitur, ut simul sumpti utriusque Provinciae Abbates, juxta praescriptum ad XIV, in Decreto Sacrae Congregationis, initio memorato, secundum suam antianitatem occupent locum in Sessionibus ac subscriptionibus.

*2do:* — Quod utraque suppliciter postulat tribui a S. Congregatione facultatem Proto-Archimandritae, cum respectivis Provincialibus et Consultorio Generali, ut si pro vicissitudine rerum ac temporum alia quidem Monasteria uberiores nanciscant proventus, alicujus autem Monasterii ex hic expressis vel plane intereant reditus, vel notabiliter minuantur, possit in locum Superioris isthic expressi substitui cum suffragio alius Monasterii, melius provisi.

*3tio:* — Quod Secretarios PP. Provincialium, Magistros Novitiorum, Professores Theologiae ac Philosophiae atque Procuratores Causarum Tribunalitios respective utraque in numero Vocalium reponit, juxta antiquiorem, morem, utpote viros meritis conspicuos, qui si omitterentur, vix quispiam ad similia sane ardua conniterentur officia.

*4to:* — Quod his omnibus accesset Provincia quidem tituli SS.mae Trinitatis, Vicarios Monasteriorum Abbatialium Onuphrien. et Dermanen., quae in praesentiarum Episcopi Abbates obtinent; Provincia autem Protectionis B.ssmae Virginis Mariae Vicarium Monasterii Abbatialis, Episcopo pariter hac vice collati. Utraque enim putat congruum omnino esse, ut dicti Vicarii fruantur Suffragiis, nec tamen mutandam antiquiorem praxim arbitratur; et idcirco quodsi contingat aliquos Abbates ex respective expressis in hac Scheda esse simul Episcopos, qui usque adeo supra statum omnium Vocalium sunt evecti, ut minime in numero Vocalium reponi debeant, ejusmodi quoque Monasteriorum Abbatialium Vicarios, praedictis Vicariis accensendos existimat, atque demississime postulat. E diverso autem, si minime Episcopis collata fuerint dicta Monasteria Onuphrien., Dermanen. et Mielecen., utraque Provincia arbitratur pro eo rerum statu, expunctis e numero Vocalium hisce Vicariis, Abbates eorum Monasteriorum caeteris Abbatibus in Scheda hujusmodi annumerandos esse, salva singulorum antianitate.

*5to:* — Quodsi nullus dehinc fiat Abbas mere Titularis, Trocensis aut Caniovien. (prout quidem praevidendum hac in re ab EE.VV. humillime

supplicamus), utraque Provincia humillime postulat dari a S. Congregatione facultatem Proto-Archimandritae, cum respectivis Provincialibus et Consultorio Generali, ut ad complendum numerum Vocalium praefinitum possit subrogari unus vel alter Superior celebrioris Monasterii.

*6to:* — Quodsi contingat aliquem ex expressis in hac Scheda respectivis Vocalibus pergentem ad Capitulum mori aut gravi infirmitate corripi vel quavis alia legalitate, a Proto-Archimandrita examinanda et probanda, impediri, pariter possit utraque praedicta Provincia facultatem substituendi alium (f. 435v) respective vel detrahendi ex altero, quo par numerus adsit Vocalium ex utraque.

*7mo:* — Quod cum in Provincia Tituli SS.mae Trinitatis ad praesens reperiantur novem Monasteria Abbatialia nempe: Braslavien., Dermanen., Dorohobuscen., Grodnen., Kobrynen., Leszczynen., Onuphrien., Polocen. et Zydyczynen., quorum Monasteriorum tria semper habebant jus mittendi Vocales ad Capitula, scilicet: Dermanen., Onuphrien. et Zydyczynen., reliqui vero Abbates, quibus accessit Trocen., mere Titularis, carerent hucusque Suffragiis, idcirco ut hujusmodi Abbatibus, juxta mandata Sacrae Congregationis, daretur locus in Scheda Vocalium, Provincia praedicta expunxit ex Scheda Vocalium antiquiori Monasteria sequentia: Lauriszovien., Dobryhoren., Volnen., Suckovien., Mozyren., Verchovien. et Rozanen., utpote tenuiora caeteris. Similiter cum in Provincia Protectionis B.ssimae Virginis Mariae reperiantur quatuor Monasteria Abbatialia: Mielecen., Ourucen., Uniovien., et Zulkievien., recens erectum in Titulum Abbatiae, quorum tria tantum praecedentia habebant jus mittendi Vocales ad Capitula, ac praeterea adsit Abbas Caniovien. mere Titularis, eapropter, ut in Scheda reponerentur Abbates Zulkievien., et Caniovien. mox memoratus, haec Provincia expunxit ex antiquiori Vocalium Scheda Monasteria Verchraten. et Zawalovien., pari de causa tenuitatis eorundem.

Pro examine igitur, atque approbatione hujus Schedae deliberationisque circa ipsam diligenter a nobis habitae, EE.VV. humillime oramus.

Heraclius Lisanski, Proto-Archimandrita Ord. S. Basilii Magni (mpr).

Nicodemus Karpinski, O.S.B.M., Provin. tit. SS.mae Trinitatis Provincialis (mpr).

Hypatius Bilinski, O.S.B.M., Provincialis Provinciae tituli Prot. B.ssimae Virginis (mpr).

Augustinus Nowosielski, O.S.B.M., Proto-Consultor Congreg. Ruthenae, Abbas Kobrynen. (mpr).

Athanasius Czarkowski, Ord.S.B.M., Consultor Generalis (mpr).

Maximilianus Narolski, O.S.B.M., Congr. Ruth. Secr.us G.lis (mpr).

Valerianus Podwieszczynski, O.S.B.M., Congr. Ruth. Secr.us Generalis (mpr).

## 346.

*Torokanie, 23.X.1758.*

*Protoarchimandrita Cardinalibus Prop. F. de quadam lite cum Metropolitano, praetendente ab eo dandam sibi certam personam in Auditorem Curiae Metropolitanae, quam ipse minus aptam reputat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 532-533v.

Emin.mi et Rnd.mi Domini, Domini Protectores Singularissimi.

Vehementer mirari subit expressas in memoriali, exhibito Eminentijs Vestris nomine Ill.mi Metropolitani, insubsistentes criminationes officij, jurisdictionisque nostrae regularis, et inde acerbissimo dolore affici ob aspersam nobis sane indebitam apud EE. Vestras notam. Enimvero minime consonum veritati est, revocatum uspiam esse Superioris nostri regularis arbitrio aliquem Suae Metropolitanae Curiae Ministrum, ademptosque quadantenus viros, quos diuturniori tempore, ingentique labore in demandatis muneribus instruxisse dicitur. Plerique cum morte commutarunt sua apud eundem obsequia, plerique etiamnum haerent a longo licet tempore in obsequijs suae Curiae, caeteri, si qui ab ea revocati sunt, spontanea ejusdem voluntate praevie sunt dimissi. Et nunc non prius ex Curia sua avocatus est Auditor, etsi dudum pertaesus diuturni apud se obsequij, variarumque molestiarum, quam idem Ill.mus Metropolitanus avocandum censuerit, palamque affirmaverit conciliari ipsi conspicuum aliquod ob ejusmodi apud se merita praemium. Nec vero neglexit Pater Provincialis Lithuaniae[336] offerre eidem Ill.mo Metropolitano Viros debitis qualitatibus pro ejusmodi munere obeundo praeditos et idoneos, ipseque ego, licet minime a se requisitus (f. 532v), eos pariter obtuli, premisso delectu cujuscunque ex ipsis, quem sibi suppeditari vellet. Id unum puto causam esse constatae in me accusationis, quod, instigatione nonnullorum suae Aulae, poposcerit a Patre Provinciali dandum sibi ad hocce munus Religiosum quendam, non satis moratum, immo multorum assiduo reum, ut liquido constare poterit EE. Vestris ex Actis Visitationum, Scrutinijsque jurata fide adnotatis, si ea exhiberi sibi velint EE.VV., quem quidem, utpote in pejus profecturum, si eam, quae est extra septa Monasterij nancisceretur libertatem, se minime dare posse, salvo conscientiae candore, dictus Pater Provincialis perurbaniter causatus est.

Ex eo tempore addixit Ill.mus Metropolitanus gerendo Auditoris muneri Presbyterum saecularem Rutheni Ritus caelibem, et litteris instructum, suum

---

[336] Provincialis Prov. Lithuanae P. Nicodemus Karpinskyj, antea Secretarius generalis; in eius locum statim electus fuit in Secretarium generalem Januarius Znojowskyj, qui fuit Procurator in Urbe (1747-1751). P. Nicodemus Karpinskyj erat annis 1759-1763 Protoconsultor Provinciae; annis 1763-1772 iterum Provincialis Lithuaniae in Capitulo Provinciali Bytheniensi, et annis 1772-1776 Protoconsultor Prov. Lithuanae; cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 35-37.

antehac Notarium, cui alium ad obeundum isthoc Officium substituit, aeque capacem; nec enim jam desunt saeculares nostri Ritus Presbyteri apti, cultique. Unde demum minime inferuntur quaepiam suae Dioecesi praejudicia, quanquam haud voluerit aliquem ex oblatis ultro a me et Patre Provinciali virum Religiosum, virtute justa atque capacitate commendabilem, ad saepedictum (f. 533) Auditoris munus assumere. Qua in re egisse mihi visus est juxta non incognitam mihi EE. Vestrarum voluntatem, intimatam Excell.mo Domino Nuntio, ut saeculares nostri Ritus Presbyteri, quaevis officia in Curijs Ill.morum Episcoporum obtineant.[337]

Porro, etiam cum ab EE. Vestris implorant, ut sibi ex nostra Congregatione tribuatur Auditor, probe arbitramur minime nos stringi ad dandum ipsi talem Virum, quem moribus atque perfectione Religiosa minime commendatum novimus.

Et idcirco humillime oro EE. Vestras, ut minime adigamur eum tribuere Ill.mo Metropolitano Auditorem, quem is sibi elegerit, innixus proprio judicio, vel Aulicorum suorum suggestioni, omnino tamen ignarus qui sint ejus Religiosi mores, quae vitae, quae Actis Visitationum de ipso inserta sociorum testimonia. Alioqui enim fieret, ut prorsus collaberetur ac pessumiret regularis disciplinae observantia, nec tam curarent Religiosi nostri hac se commendabiles reddere, quam Aulae Ill.mi Metropolitani favorem quoquo modo et ratione demereri, lucrari, consequi, obsequijs Curiae Metropolitanae addici atque ad ea assumi, assumptique vivere quousque libuerit sub scuto tanti Praelati ac Patrocinio. Inde id quoque intensiori (f. 533v) prece ab EE. Vestris postulo, ut minime adimatur nobis facultas revocandi quempiam datum Ill.mo Metropolitano Auditorem, seu alium Curiae suae Ministrum, ne iidem putent solutos se esse vinculo regularis obedientiae.

Caetera, omnino promptum me significo ad obtemperandum supremis EE.VV.rarum mandatis, dandumque Auditorem Ill.mo Metropolitano, si requisitus ab eo fuero, gratum sibi futurum, suppliciter deprecans praeservari isthaec, quae necessaria videntur ad prospiciendum stabilitati regularis observantiae. Atque diuturnam EE.V.ris a Deo Optimo Maximo tribuendam suspirans, cum universa Congregatione mea vitam ad communem nostrum facilitatem, maneo penes devotissimum Sacrae cujusque EE. Vestrarum Fimbriae osculum.

Torocanijs, die 23. 8bris 1758.

Eminentiarum Vestrarum humillimus, devot.mus, obed.mus, oblig.mus Servus et Exorator

Heraclius Lisanski,
Proto-Archimandrita Ord. S. Basilij Magni (mpria).

---

[337] Cfr. ex. gr. litteram Congr. de Prop. Fide, datam Nuntio Varsaviensi Alberico Archinto, Archiep. Nicaeno, sub dat. 21.IV.1753. In *Litterae S. C. de Prop. Fide*, vol. IV, pag. 262-264, nr. 1871 etc.

## 347.

*Dobromil, 29.X.1758.*

*Hyacinthus Nesterski de sua activitate ut Alumnus pontificius refert, et facultatem absolvendi a Reservatis SS.mo expetit, etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 547-548.

Eminentissimi Principes, Singularissimi Protectores.

Semel Vestra, Principes Eminentissimi, immeritus ego recommendatione habita, indies apud Superiores meos cresco gratia; jam enim finita Rhetorica ad tradendam (loco secundo) nostris Monachis Sacram Theologiam gradum feci in Monasterio Dobromiliensi. Non desinam vero et hic, ea, qua possum, diligentia animarum saluti attendere, (f. 547v) tum Confessiones excipiendo, tum Verbum Dei, liberiori saltem a Schola tempore, in ecclesijs annuntiando, modo eodem me Sacra haec Congregatio gratia foveat et respectu, cui semper commendatus esse cupio.

Delusis per me nonnullis paenitentibus non semel indolui; qui enim cum Reservatis Sanctissimo ad me tanquam Romanum Theolog., cum spe obtinendae absolutionis accesserant, inanes non sine pudore revertebantur, alios vero ab ijsdem Reservatis absolvere et praesumpsi, utpote ad habentes absolvendi gratias nullomodo accessuros. Quamobrem ne et ego angar scrupulis, et ne Romani (f. 548) Theologi in me nomen alios deludat, Eminentijs Vestris enixissime supplico pro habendis a Reservatis Sanctissimo gratijs.

Tum quoniam Theologiam tractandam suscipio, pro legendis libris prohibitis facultatem humillime exposco. Non enim habeo, quo certius faciam refugium. Ideo vero omne promovendae majori Divinae Gloriae applicandum curabo, et Eminentiarum Vestrarum favorem continuis ad Aras precibus pro posse respondere, utpote qui sum

Eminentissimorum Principum juratus Servus

HYACINTHUS NESTERSKI,[338] Ord. S.B.M.

Datt. 1758 Anno, die 29.8bris, Dobromiliae in Russia.

## 348.

*Dobromil, 4.XI.1758.*

*P. Vigilius Szadurskyj de sua activitate, ut Lector Theologiae in monasterio Dobromiliensi, refert Congregationi de Prop. Fide.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 542.

---

[338] Hyacynthus Nesterskyj, cfr. notam 281.

Eminentissimi, Reverendissimi Domini,
Domini Protectores Singularissimi.

Longo expectaveram temporis intervallo desideratissimum, a me autem quotannis praestandum Eminentiis Vestris obsequiorum meorum officium, quo et me iteratis precibus sacerrimae commendassem tutelae patrocinioque; de quarum gratia, ac praesidio etiam erga humiles, qualis sum ego, haud dubito; et meae obligationi ex voto satisfecissem; qua cum ministerium meum in hisce partibus aperiendum venit. Theologiae Polemicae Professoris munus impleo in Monasterio Dobromiliensi, ita volentibus nostri Instituti Superioribus, ut qui in Urbe sana Catholicae Doctrinae acceperam studia ad refellendos quosque cidem oppositos errores, haec eadem in subsidium fidei Religiosae Juventuti communicem, adjuvante Deo T.O.M. Quorum votis dum pareo, simul ad osculum Sacrae Purpurae Eminentiarum Vestrarum volvor, cum benedictionem in tam arduis meae tenuitati perdificillimis facultatibus explorando, tum me ulterioribus consignando gratiis; qui indesinenti eoque profundissimo cultu maneo.

Eminentiarum Vestrarum humillimus Exorator et Servus

Pr. VIGILIUS SZADURSKI [339]
O.S.B.M., Monachus Ruthenus.

Datt. Dobromiliae in Russia, 1758 Anno, die 4ta 9bris.

## 349.

*(Roma), ... 1758.*

*De Decretali « Super familiam » et de dubiis et difficultatibus Protoarchimandritae, praesertim de Formula Iuramenti praestandi ab Archimandritis Metropolitae, in Actu Installationis etc.; commentarium quoddam romanum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 781, fol. 448-49v.

La sa.me. di Benedetto XIV, col suo Breve, che incomincia « Super Familiam » de' 30 Marzo 1756, avendo fissato i limiti di quella giurisdizione, che può competere al Metropolita de Ruteni, e rispettivamente al Proto-Archimandrita, o sia Generale de' Monaci Basiliani della Congregazione de' Ruteni sopra le persone degl'Abbati della Congregatione medesima, ordina al §.primo: Itaque, che gl'Abbati obedientiae Juramentum in Metropolitani

[339] Vigilius Szadurskyj, Alumnus pontificius de Prop. Fide, ingr. 4.I.1752, fil. Demetrii, Luceoriensis, annorum 25; 1754 ab Episcopo Schirò in Dominica Palmarum ad ecclesiam S. Athanasii ordinatus sacerdos; ex eius epistolis ad S. Congregationem constat de eius officiis, praesertim de Lectoratu theologiae in Studiis Ordinis. Cfr. D. BLAZEJOVSKYJ, *Ukrainian et Bielorussian Students in the Pont. Coll. Urbaniano de Prop. Fide: 1627-1846,* pag. 214.

manibus praestent; cuius quidem Juramenti Formula ita concepta sit, ut relationem habeat ad omnia Jura, Constitutiones et Decreta ab Apostolica Sede emanata, et signanter ad ea, quae in ijs, quarum initium est « *Inter plures* », et in praesentibus nostris literis continetur.

Quindi è che il sudetto P. Generale avendo di poi proposti alcuni dubbj per la migliore intelligenza, (f. 448v) ed esatta osservanza del lodato Breve (quali Dubbj furono riferiti dall'Eminentissimo Signor Cardinal Galli, Ponente, nella Congregazione Generale de' 24 Maggio dell'anno passato), tra gl'altri pose il seguente, sotto il numero XII: Qua formula Abbates, dum instituuntur, in manibus Metropolitae obedientiae Juramentum praestare debeant.

A questo Dubbio fu data la risposta che siegue: — « Abbates Juramentum obedientiae in manibus Metropolitani praestare debere, secundum praescripta in Decretali SS.mi Domini Nostri *Super Familiam* §. *primo*: *Itaque*, et ad removendas omnes controversias exemplar Formulae huiusmodi Juramenti similiter exhibeatur Sacrae Congregationi, ut ab ea recenseri, et approbari valeat ».

In esecuzione di questo Decreto il Metropolitano ha trasmesso due fogli. In uno, segnato Lett. A., si legge per extensum la Professione della Fede, che fanno gli Abbati nell'atto di essere benedetti (f. 449) dallo stesso Metropolita, e nel fine di essa si legge parimente la Formola dell'accennato Giuramento di Ubbidienza.

Nell'altro foglio, segnato Lett. B., si contiene un Istromento, o sia attestato, che dal Metropolitano medesimo si rilascia all'Abbate da se nuovamente benedetto, diretto al P. Generale, nel quale attestato si riporta parte del suddetto Giuramento, e con ciò si ordina al P. Generale, *quatenus Rev.mum N. authoritate nostra Metropolitana in Abbatem N. installet, et instituat.* Laonde sembra che debba egualmente esaminarsi anche la Formola di tale attestato.

Nella lettera poi, colla quale il Metropolita accompagna i sudetti fogli espone, che reca scandalo agli Scismatici, ed impedisce la loro conversione, il vedersi mutare per ordine della Romana Chiesa i Diritti, e lodevoli consuetudini (f. 449v) della Chiesa Rutena, essendo eglino tenaci delle loro costumanze, quali pare, che debbano lasciarsi intatte, quando non sono contrarie alla Fede Cattolica, ed alli Sagri Canoni. Si dichiara però, che egli, come ancora tutta la Gerarchia Rutena, eseguirà prontamente tutto ciò, che sarà dall'EE.VV. stabilito.

## 350.

*Torokanie, 12.III.1759.*

*Protoarchimandrita cum Consultorio instant apud P. Procuratorem Generalem de concessione Indulgentiarum missionalium pro Missionibus Basilianorum.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 783, fol. 399v.

Rnd.me Pater, D.ne Frater Colendissime.

E re atque utilitate spirituali Populorum illorum, apud quos Missiones Sacras Nostri exercent, futurum esse arbitramur, si dignetur Sancta Sedes, fine exercendarum a nostris cum majori fructu Missionum, ejusmodi benigne impertiri Indulgentias, quales largita est tum specifice dictis, tum alterarum Religionum ac signanter inclytae Soc. Jesu Missionarijs. Illud igitur impensissimo studio implorare a praedicta Sancta Sede partium Rv.mae Paternitatis Tuae erit,[340] ut alacrius ad easdem Missiones nostras frequens populus confluat, securus numerandi in bonis ipsarum hujus spiritualis lucri, quo ob non annexas hactenus ijsdem nostris Missionibus praedictas Indulgentias privari se videt. Atque id quidem diligenti curae Paternitatis Tuae Rev.mae commendamus, manentes.

Paternitatis Tuae Rev.mae addictissimi Fratres et in Christo Servitores

HERACLIUS LISANSKI, Proto-Archimandrita Ord. S. Basilii M. (mp).

AUGUSTINUS NOWOSIELSKI, Ord.S.B.M., Ex-Consultor (mp).

MAXIMILIANUS NAROLSKI, Or.S.B.M., Congr. Ruth. Secretarius (mp).

VALERIANUS PODVIESZCZYNSKI, O.S.B.M., Congr. Ruth. Secretarius (mp).

## 351.

*Torokanie, 12.III.1759.*

*Protoarchimandrita cum Consultorio instant denuo apud Procuratorem Generalem de nova Scheda Vocalium nec non de Forma Iuramenti praestandi in Installatione et Institutione Archimandritarum. Quaedam ulteriores explicationes ad melius acceptandum Schedam, hucusque non confirmatam.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 781, fol. 438-39v.

Rev.me Pater, Frater Colendissime.[341]

Cum prope a semestri miserimus digestam a nobis Schedam Vocalium atque juramenti et Institutionis Abbatum Formulam,[342] humillime exhibendam a Paternitate Tua Rev.ma pro necessaria illarum approbatione, necdum autem quidpiam responsi acceperimus, visum est nobis, licet impedito gravi infirmitate Patre Consultore Generali, ut liquet ex annexa isthic ejusdem epistola, iterum accurate examinare ejusmodi Schedam[343] ac juramenti et Institutionis Formulam, si quod in eis non reperiatur obstaculum, moram opportunae accelerationi ejus approbationis inijciens.

Itaque, *inprimis,* circa Schedam forte cuipiam visum videatur, quod

---

[340] Procurator in Urbe, P. Hieronymus Oziemkiewicz (1757-1760).
[341] Cfr. supra nota 340.
[342] Cfr. supra nnr. 343-344.
[343] Cfr. nr. 345.

in ejusmodi Scheda ponantur Superiores Monasteriorum Torokanen. et Poczajovien., destinatorum Residentiae Proto-Archimandritarum. Verum id haud debet negotium facessere, quippe distinctus sane in Torokanensi Monasterio est Superior a Proto-Archimandrita, curam rei familiaris ac bonorum habens, qui et in Foro respondere cogitur si quaepiam lis Monasterio intentetur, quemadmodum et in Poczajoviensi Monasterio revera diversus a Proto-Archimandrita extitit Superior Pater Kokaylowicz, non secus ac in alijs quoque Religionibus usitari solet. Proto-Archimandrita porro solum altam inspectionem habet ejusmodi Monasteriorum sicut et caeterorum; neque enim tantum otij habet, ut immediatum regimen praedictorum monasteriorum exercere possit.

*2do:* — Cum pro admittendis sine difficultate ad fruendum voce activa et passiva Secretarijs Rev.morum Patrum Provincialium, Magistris Novitiorum, Professoribus Theologiae et Philosophiae atque Procuratoribus causarum Tribunalitijs, veterem ab ipsa scilicet erectione Congregationis SS.mae Trinitatis introductum morem allegavimus, haud debet mirum cuipiam videri quod subjunximus fore alioqui, ut si omitterentur hujusmodi viri, meritis conspicui, vix quispiam ad similia sane ardua conniteretur officia.[344] Enimvero quanquam obedientia facile quosvis viros a Superioribus aptos ad obeunda isthaec munia movere debeat, tamen, ut est innata hominibus fragilitas, metuendum sane est, ne sublato hoc praemio, torpeat in his ac reliquis viris alacritas fungendi ejusmodi perquam operosis officijs (f. 438v) atque memores nos esse oportet praedictae fragilitatis.

*3tio:* — Si aliquis mentionem cum admiratione injciat omissi in eadem Scheda Monasterij Abbatialis Dubnen., eum informari volumus, quod uti uni Personae conferri solet isthaec Abbatia cum Abbatia Dermanen., ex hac non item ex Dubnensi Abbatia ad Capitula vocari cum suffragio moris est antiquissimi, ab eo adhuc tempore, cum ex Monasterijs non tantum Superiores verum et Legati veniebant ad Capitula. Caeterum si contingat in eodem Monasterio Dubnensi aliquem creari Abbatem distinctum a Dermanensi, eum utique caeteris Abbatibus in Scheda annumerandum, expuncto aliquo Superiore tenuioris monasterij, sancte profitemur, iuxta praescriptum ad 13tium in Decreto Sacrae Congregationis Generalis de Propaganda Fide, habitae die 24 Maji Anno 1757; ac demum si illud abbatiale Monasterium ad simplicem redigatur Superioratum, prout fundationis tenor exigit, satis mentem nostram reponendi Superiorem hujusmodi in Scheda praedicta explicatam putamus, cum § 2do postulavimus[345] dari facultatem Proto-Archimandritae, cum respectivo Provinciali et Consultorio Generali, ut pro rerum vicissitudine possit Superiori alicujus Monasterij in eadem Scheda expressi substitui cum suffragio alius Monasterij melius provisi, quale profecto esset

[344] A temporibus J. Velamini Rutskyj (1617-1677).

[345] Agitur hic de modo conformandi semper schedam exigentis temporum, substituendi Superiores vocales vel Archimandritas, si quae erant, ut ex. gr. Dermanenses.

Monasterium Dubnen. respectu cujuspiam alterius. Quos quidem casus, si aliquod adsit dubium de inviolabiliter servando hoc Schedae ordine, bene potest suprema auctoritate sua circumscribere laudata Sacra Congregatio.

*4to:* — Diximus in eadem Scheda Zulkieviense Monasterium, recens erectum in titulum Abbatiae, nam ea erectio revera recenter contigit, sciente nec renuente piae mem. Emin.mo Cardinali Archinto, cum Nuntij Apostolici in his partibus obiret munus,[346] nec integrum nobis esset obniti ac reluctari C.ssmo Principi Radivillio,[347] Supremo Duci Exercituum M.D. Litt., pluriumque (f. 439) nostrorum Monasteriorum Fundatori, eam erectionem sollicite urgenti.

*5to:* — Censeremus equidem reponendum esse in numero Vocalium Procuratorem Generalem, verum id aegre admodum fieri potest, quoniam expleto primum turno unius Provinciae, votis Capituli Generalis eligi novum Procuratorem Generalem moris est ac in Urbem mitti ad promovenda multiplicia Congregationis negotia, atque curandum domus nitorem, unde non esset qui his rebus in Urbe advigilaret, si Procurator Generalis, necdum electo nec ad Urbem perveniente suo Successore, perrecturus esset ad Capitulum, atque contingeret saepe non parum damni pati nostram Congregationem, quemadmodum contigit, cum vertente eo tunc lite de Bonis Praemysliensibus, Roma ad quoddam mon. non ita ceteroqui dissitum servandi animi causa profectus esset Pater Athanasius Czarkowski, Procuratoris Generalis functus Officio.

Quod deinde attinet ad Formulam Institutionis Abbatum,[348] a nobis digestam, cupimus informare Sacram Congregationem qualiter ea verba, utpote praefatae Archimandriae legitimum Patronum ac Collatorem arbitramur, ponenda in Formula Institutionis, extradenda Abbatibus Monasteriorum, quae citra controversiam sunt Abbatialia et per legitimos Patronos conferuntur Monachis; relate autem ad alios Abbates, qui praesentari solent ad Abbatias Monasteriorum, quae vi fundationis simplicia esse deberent, postulamus modificationem apponi quoad illa verba: — beneficio cujus salvum maneat Congregationi nostrae jus curandi, ut eae Abbatiae controversae ad simplices redigantur Superioratus.

His opportunis circa Schedam ac Institutionis Formulam, a nobis digestam, animadversionibus explicatis, adjungimus nostrum desiderium, quo enixe requirimus, ut Rnd.ma Paternitas Tua velit supplicare Sacrae Congregationi praelaudatae, quatenus eadem dignetur diserte statuere ut electio Proto-Archimandritae atque Provincialium fiat juxta praescriptum Sacrorum Canonum per plura, respectu medietatis totius Capituli, suffragia (f. 439v).

---

[346] Nuntius Varsaviensis Albericus Archinto (1746-1754), nominatus cardinalis an. 1756; obiit anno 1758, die 24 Aprilis.

[347] Michaël Radziwiłł, magnus dux exercituum Lithuaniae (1745-1762).

[348] Cfr. supra pag. 294-5, nr. 344.

Interim vero diligenter requirentes Paternitatem Tuam Rnd.mam, ut haud gravate a Sacra Congregatione tum Schedam praedictam ac Formulam Institutionis Abbatum approbari his adminiculis flagitemus, tum normam modo expressam electionis praescribi habemus

Paternitatis Tuae Rnd.mae addictissimi in Christo Fratres et Servi

Heraclius Lisanski, Proto-Archimandrita O.S.B.M. (mp).

Augustinus Nowosielski, O.S.B.M. Proto-Consul., Ab. Kobryn. (mp).

Maximilianus Narolski, O.S.B.M. Cong. Ruth. Secr.ius (mp).

Valerianus Podvieszczynski, O.S.B.M. Congr. Ruthenae Secr. (mp).

Torocanijs, die 12 Mar. 1759.

## 352.

*Roma, 23.IV.1759.*

*Episcopus Vitebscensis Jason Smogorzewskyj Secretario de Prop. Fide transmittit quasdam informationes de instantia Procuratoris Basiliani de erectione Sch olarum, respectu habito ad iura Metropolitana.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 783, fol. 300.

In ubbidienza de' veneratissimi cenni di V.S.Ill.ma e Rev.ma[349] Giasone, Vescovo di Vitebsco,[350] le umilia quel tanto, che ha saputo raccozzare insieme intorno alla Istanza del R.P. Procuratore de' Basiliani di Russia,[351] per la erezione delle publiche Scuole, restando al saggio discernimento di V.S.Ill.ma e Rev.ma, ed al giudizio prudentissimo della S. Congregazione di prendere quella miglior risoluzione, che tenda a favorire l'opera in se stesso lodevole, e molto utile, e nel tempo medesimo a prevenire ogni scissura, e contestazione ed a custodire ancora quell'ombra di giurisdizione che è restata nel Metropolitano e ne Vescovi di Russia. E con ossequiosissimo rispetto si rassegna suo divotissimo, obbligatissimo ed umilissimo Servidore.

Dal Pascolo, 23 Aprile 1759.

## 353.

*(Romae), 15.V.1759.*

*De receptione et de positione in Archivo domus Decreti S.C. de Prop. Fide de non contrahendis debitis per Hospitium Ruthenum etc., scribit Procurator Romanus.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 781, fol. 466rv.

---

[349] Ut videtur, agi hic de Secretario Prop. Fidei Nicolao Antonelli (1757-1759).

[350] Jason Junosza Smogorzewskyj, nominatus Episcopus Vitebscensis, dein Episcopus Polocensis (ab anno 1762), et demum Metropolita Kioviensis (1780-1788). Obiit die 1.IX.1788.

[351] Procurator in Urbe, P. Hieronymus Oziemkiewicz (1757-1760).

A dì 15 Maggio 1759.

In pronta ubidienza della resolutione della Sacra Congregazione sotto il numero VIII de Decreti emanati gli 30 Aprile passato e col quale si prohibisce espressamente al Superiore pro tempore di questo Ospizio di SS. Sergio e Baccho di contrare qualunque debito a carico di esso Ospizio o della Religione, senza di averne precedentemente ottenuto assenso dal Padre Protoarchimandrita ed il Beneplacito della Santa Sede Apostolica, il Procuratore Generale dell'Ordine di S. Basilio Magno della Congregazione Rutena ha subito registrata nelli Atti, e riposto nell'Archivio dell'Ospizio medesimo il lodato Decreto ed il Veneratissimo viglietto di Vosignoria Ill.ma e Rn.dissima de 14 del corrente, pregandola (f. 466v) umilmente di renderne cerziorata la Sacra Congregazione, che scrive in nome anchora del Padre Generale e di tutta la sua Congregazione Rutena Monastica; Rende umilissime grazie a Vosignoria Ill.ma, R.ndissima, che si sia degnata di promovere questo Decreto, il quale solo può mettere in securezza questo povero Hospizio, e con profondissimo inchino si rassegna umilissimo, divotissimo, obbligatissimo Servidore.

GIROLAMO OZIEMKIEWICZ,[352]
dell'Ordine di S.B.M.,
Procuratore Generale della Congregazione
di Ruteni (mpr).

## 354.

*Torokanie, 6.VII.1759.*

*Protoarchimandrita cum Consultorio gratias agunt de confirmatione Schedae Vocalium, de Alumno Leontio Gedroyc et de eius aptitudine ad Missiones, et alia negotia.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 607-8.

Emin.mi, et Rev.mi Domini, Domini Protectores Singularissimi.

Necesse est fateamur singularem Congregationi nostrae ab Eminentijs Vestris praestitum favorem, quod cathalogum Vocalium pro Capitulo Generali proximo a nobis confectum benigne approbare,[353] data facultate eidem Capitulo illum in perpetuum solidandi, modum legitime eligendi Superiores, cum Generales tum Provinciales, exacte servandum praescribere, ac praeter alia ne dehinc Hospitium nostrum in Urbe gravetur a Procuratoribus nostris Generalibus aere alieno absque consensu Proto-Archimandritae, a S. Sede

[352] P. Hieronymus Oziemkiewicz, Procurator generalis in Urbe (1757-1760).

[353] Capitulum generale Berestense III, diebus 5.IX.-2.X.1759; cfr. M.M. WOJNAR, OSBM, *De Capitulis Basilianorum,* pag. 25-26.

approbando, cavere sint dignatae.[354] Nimirum, hac ratione omnia rite ordinateque successura confidimus. Unde non solum nunc, (f. 607v) maximas, qua par est, reddimus Eminentijs Vestris, verum et in futurum immortales, amplissima cum laude, eximiae ipsarum rebus nostris Providentiae, reddendas gratias pollicemur.

Quod reliquum est, laetamur vehementer, ita se gessisse toto decursu studiorum pertractatorum de munificentia Sanctae Sedis in Almo Urbano Collegio Juvenem nostrum Religiosum Leontium Gedroyc,[355] ut judicio atque existimatione Eminentiarum Vestrarum, quae maximi facimus, idoneum se reddiderit exercendis cum fructu sacris Missionibus in hac indiga plantationis Verbi Divini plaga.

Ad eundem autem finem imploramus humillimis enixissimisque precibus, ut alium (f. 608) quem mittimus e Provincia Lithuana Religiosum Juvenem, Josephum Michalowski,[356] pari indole et sagacitate ad perdiscendum utiliter Theologicas institutiones praeditum, dignentur Eminentiae Vestrae pro sua incomparabili erga nos benignitate ad idem Inclytum Urbanum Collegium admitti facere.

Interim dum nostris prope defungimur muneribus, impensissime cupimus commendatam Eminentiis Vestris Congregationem nostram, ut si quas pro rerum opportunitate et Jurium a Sancta Sede de voto S. Congregationis Eminentiarum Vestrarum sibi concessorum vindicatione supplices Eminentiis Vestris preces sit porrectura, eas comperta benignitate suscipere haud aspernentur. Non intermissuri porro unquam sumus flagrantissime deprecari longaevam (f. 608v) felicissimamque vitam Eminentiis Vestris a Deo O.M., quarum Sacras Fimbrias summa cum reverentia deosculamur.

Torokaniis, 6 Iulii 1759.

Eminentiarum Vestrarum humillimi, obedientissimi, devotissimi et obligatissimi Servi.

HERACLIUS LISANSKI, Proto-Archimandrita Ord. S. Basilij M. (mpr).
NICODEMUS KARPINSKI, O.S.B.M., Provinc. tit. S.mae Trinit. Provinc. (mpr).
AUGUSTINUS NOWOSIELSKI, O.S.B.M., Proto-Consultor, Abbas Kobr. (mp).
MAXIMILIANUS NAROLSKI, O.S.B.M., Congr. Ruth. Secretarius Gen. (mp).
VALERIANUS PODWIESZCZYNSKI, O.S.B.M., Congr. Ruth. Secretarius Gen. (mpr).

---

[354] De hac re agebarur etiam in Capitulo generali Berestensi III an. 1759; cfr. notam 353.

[355] Leontius Gedroyc, Alumnus pontificius de Prop. Fide, ingr. 5.XI. 1756, fil. Dominici, ex Prov. Lithuana, annorum 24, studuit theologiae (1757-1758; cfr. D. BLAZEJOVSKYJ, *Ukrainian and Bielorussian Students in the Pont. Coll. Urbaniano de Prop. Fide: 1627-1846*, in « *Analecta OSBM* », vol. IX, pag. 215.

[356] Michalowskyj Josephus, Alumnus pontificius de Prop. Fide; ingr. 4.XI.1759, fil. Joannis, ex Prov. Lithuana, annorum 25, studuit theologiae 1760-1761; anno 1762 ordinatus sacerdos in omnibus gradibus sacerdotii ab episcopo Schirò, in ecclesia S. Athanasii; cfr. D. BLAZEJOVSKYJ, *op. cit.*, pag. 216.

## 355.

*Torokanie, 6.VII.1759.*

*Gratias agit Secretario de Prop. Fide Protoarchimandrita pro iis omnibus, quae concernunt tranquillam celebrationem futuri Capituli Generalis, et de reditu Alumni Leontii Gedroyc et substitutione Josephi Michalowski, etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 609-10.

Ill.me, Excell.me, et Rev.me Domine, D.ne Patrone Singularissime .

Quemadmodum probe perspectum habeo, plurimum incubuisse in id Auctoritate et Opera Excell.tiam Vestram Rev.mam pro sua eximia erga Congregationem meam benignitate, ut ea omnia decernerent Eminentissimi Patres, quae apposite ad Literas Apostolicas « Inter plures » et « Super familiam » pro rite celebrando proximo Capitulo Generali [357] et concilianda eidem Congregationi meae tranquillitate opportuna fuere; ita maximas, hoc nomine, habeo gratias Excellentiae Vestrae Rev.mae. Oro, impensissime atque obsecro Excell.tiam Vestram Rev.mam, ut pari atque constanti patrocinio suo validissimo res hujus Congregationis meae (maxime gratam tanti beneficii memoriam perpetuo habiturae) tutari inposterum, ubi opus fuerit, non dedignetur.

Haec dum scribo plenus devotissimae venerationis erga Excellentiam Vestram Rev.mam, quoniam reducem ex Almo Urbano Collegio Juvenem nostrum Religiosum, Leontium Gedroyc [358] cernuo testem locupletem insignis suae erga ipsum benevolentiae; gratias imprimis singulares ob id Excellentiae Vestrae Rev.mae persolvo, ac deinde excitor ad commendandum suo favori alium Juvenem nostrum Monachum Josephum Michalowski,[359] aeque bonis moribus praeditum, ac ingenio pollentem, quatenus auctore Excellentia Vestra Rev.ma haud gravate ad Almum Collegium Urbanum recipi, pro insigni munificentia Sanctae Sedis Congregationi meae impertita, valeat, (f. 610) imbuendus solidissimis Theologicis institutionibus, ad retrahendam ab erroribus plebem satis multam, propinatione salutaris doctrinae cum caeteris in id incumbentibus operariis.

Interea, vero, prout solemne mihi est et sanctum, cum Universa Congregatione mea, precor assiduis orationibus a sospiratore Deo Optimo Maximo vitam diutissime incolumem ac summis in Ecclesia honoribus decoratam Excellentiae Vestrae Reverendissimae, et commendatus suppliciter cum eadem Congregatione mea suae potentissimae gratiae (f. 610v) atque Protectioni, circa reverentissimum ejus Dexterae osculum maneo.

Torokaniis, 6 Iulii 1759.

---

[357] Berestense III, diebus 5.IX.-2.X.1759.
[358] Cfr. supra notam 355.
[359] Cfr. supra notam 356.

Excellentiae Vestrae Reverendissimae humillimus, devotissimus, obsequiosissimus et obligatissimus Servus

HERACLIUS LISANSKI
Proto-Archimandrita Ord. S. Basilij M. (mpr).

## 356.

*Ovruč, 1.X.1759.*

*Copia litterarum Archimandritae Ovrucensis Josaphat Siedlecki ad Superiorem Generalem Societ. Jesu, de modo agendi Patrum Ovrucensium Soc. Jesu, quos denuntiat et emendari instat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 590-591.

Copia Epistolae, quam Abbas Ovrucensis Ordinis S. Basilij M., sub die 1 Octobris 1759, Generali Soc. Jesu dedit.

Revd.me in Christo Pater, Patrone Colend.me.[360]

Venerandam Soc. Jesu Familiam, eo, quo par est, amore, teneris usque ab annis colere adeo consueveram, ut nec ipsa aetate, qua immeritus senesco, meae in eandem propensionis argumenta testari, minime intermittam. Noverant equidem Collegij hujus Ovrucensis Patres, antehac Rectores, quanta promptitudine (strepitu Iuris minus obstante) me ipsorum votis frequenter accommodaverim, id prae caeteris studiosissime refugiens, ne Religiosae Christianaeque Charitatis pignus mea saltem ex parte vel minimum laederetur. Recogitet praeterea hodiernus laudati Collegij Rector, P. Karpowski nuncupatus, quam graviter nec raro me, meosque Religiosos afflixerit, quanta in meae Abbatiae damna gesserit, fateaturque demum, qua charitate, quave patientia omnem ipsius fuerim passus violentiam, indeque velim, rectius inferat, nec ipsi licere, ut diutius insolescat, nec meum decere officium, quin Evangelica secutus Consilia, dicam Ecclesiae, veluti Rev.mae Paternitati Vestrae, egregio Universae Societatis moderatori, ingenue refero sequentia.

Moderno, scilicet, P. Rectoris gubernio, et publicam meritissimae Societatis vulnerari aestimationem, et Catholicorum omnes, ipsosque Haeterodoxos ac Judaeos graviter scandalizari, mihi denique, meisque Laicis, et Ecclesiasticis ipsam necem nedum minari, verum etiam inferri. Subditos quippe meos, Columnam Sancti Joannis de muro erigentes, praedictus R. Rector non pridem vi maxima comprehendi fecit, captosque ad perjuria intra Collegij ambitum perpetranda violentissime adegit, sclopeta ad meos interimendos Monachos omni arte solus aptavit, Religiosos proprij Collegij Oeconomos seu Procuratores die nocteque armatos grassari praecepit; (f. 590v) Istorum vero alter, P. Wienckowski appellatur, ex ipsiusmet Patris Rectoris fenestra,

---

[360] Praeposito generali Soc. Jesu. Scribit Josaphat Siedleckyj, Archim. Ovrucensis (1758-1781). Antea Cons. Prov. Ruthenae (1751-1755).

exploso praestantissime qualitatis sclopeto, dictu horrendum? binos Monasterij mei Colonos penes meam cauponam deambulantes, tres Colonorum uxores, unam haebream, septimum lactantis Christianae infantulum, unico ictu de hac in aliam transtulit vitam; octavum denique laetaliter vulneravit; ejusmodi crimina, quae Barbaris ipsis exosa sunt, promptiori animo infelix P. Oeconomus perpetravit; quo majori libertate Pater Rector scandalosas nec unquam auditas, e fenestra prospiciens, vulgaverat ut sequitur sententias: — Percute, vulnera, occide Basilitas, quorum si omnes necavero, pretium nosco, nec pro solvendis eorundem capitibus opportuna mihi Gedano[361] deerit pecunia, minusque timendum est, aut peccatum aut censurae, cum a Rutheno Antistite Basilitis collatus Ordo per omnia sit invalidus, nullusque. — Non vana, Pater Rev.me, recens eo, veluti integro Palatinatui Kijoviensi satis nota, et coram publicis Actis luculenter probata, ulteriusque confirmanda irrefragabilibus de visu Testimonijs, solemnibus Protestationibus, vulnerum et cadaverum praesentationibus, alijsque plurimis documentis, quorum pondere, nisi crimina sanguinis notoria essent, justitiam proferto in aequissima P.V.R. Curia, quaerere non omitterem, cui interea humiles ardentesque fero preces, ut (f. 591) ea, qua in universam Jesu Societatem pollet auctoritate, efficaciter providere velit, ne saltem ad pendentis in Regno, super hisce criminibus, causae exitum, praerecensitus P. Rector similia vel majora lapsis attentare praesumat. Commendo me denique benevolentiae P.V. Rev.mae ejusque manum reverenter exosculor ac sum.

Rev.mae Paternitatis Vestrae humillimus et obseq.mus Servitor

JOSAPHAT SIEDLECKI,
Ordinis S. Basilij M., Abbas Ovrucensis.

Owrucij, die 1 Octobris 1759.

## 357.

*Torokanie, 29.X.1759.*

*Heraclius Lisanskyj, Provincialis Lithuaniae nuper electus, Cardinalibus de Prop. Fide commendat seipsum et Provinciam, et ut inhibeatur Pr. Ruthenae, ne vexare pergeret suos Patres de monasteriis controversis in Volhynia.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 8, fol. 621-22.

Emin.mi et Rev.mi Domini, Domini Protectores Singularissimi.

Memor immensi vinculi, quo stringor ad reddendam quotannis Sacrae huic Congregationi status mei rationem, non praetermitto humillima hac significatione certiores reddere Eminentias Vestras, quod ab expleto nuper

---

[361] Oppidum Gedanum, i.e. Gransk in Prussia orientali; tunc temporis portus Regni Poloniae et sedes commerciorum marittimorum.

in Generalibus Congregationis nostrae Comitijs[362] Proto-Archimandritali Officio, gubernacula Provinciae Lithuanae capessere suffragijs propemodum omnium sum jussus. In quo sane munere hae praecipuae meae partes erunt, ut omni vehementiori studio saluti, conversionique animarum, me duce, a tot illis Patribus meis, quos Sancta Sedes benignissime aluit, ac caeteris opera praestetur, copiosissimaeque non modo, verum assiduae ab universa isthac Provincia mea pro diutissime incolumi, et omnibus cumulata prosperis (f. 621v) Eminentiarum Vestrarum vita ad Deum Optimum Maximum fundantur preces.

Illud unum tranquillitatem istius Provinciae meae, Eminentiis Vestris devinctissimae, interturbans amoveri suprema auctoritate Sacrae hujus Congregationis, ac tolli incommodum suppliciter impensissimeque postulo; inhiberi nempe Provinciae Polonae ne novis, ut meditatur, Provinciam meam divexet contemptionibus circa Monasteria, quae isthaec in Volhynia possidet ac denuo indici ipsi perpetuum hac in re silentium, quemadmodum jam alias impositum fuit Decreto ab hac Sacra Congregatione habita coram San. Mem. nuperno Pontifice die 21. 7bris Anni 1750, ad perfectissimae aequitatis regulas lato, quo ea omnia Monasteria Provinciae meae Lithuanae adjudicata sunt.[363]

(f. 622) Ac interea quaevis faustissima a Coelo Eminentijs Vestris implorans, cum tota hacce Provincia mea, et omni maxima reverentia exosculatus Sacram cujusque ipsarum Fimbriam, maneo.

Eminentiarum Vestrarum humillimus, devotissimus, obedientissimus et obligatissimus Servitor

HERACLIUS LISANSKI
Provinciae tituli SS.mae Trinitatis Provincialis,
Ordinis Sancti Basilij Magni (mpr).

Torocanijs, die 29. 8bris, 1759 Anno.

## 358.

*Leopoli, 7.XI.1759.*

*P. Vigilius Szadurskyj, olim Alumnus pontificius, refert Congregationi de suo Lectoratu theologiae in monasterio Leopolitano.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 623.

---

[362] Agitur de Capitulo generali Berestensi III, diebus 5.IX.-2.X.1759 celebrato; cfr. M. M. WOJNAR, OSBM, *De Capitulis Basilianorum,* pag. 25-26.

[363] Monasteria s.d. Volhyniensia anno 1750 (in Septembri) Lithuanae Provinciae adiudicata fuerunt, tramite Nuntio Varsaviensi Alberico Archinto, post longam litem, etiam postea semper renovatam. Annis 1759-1761 haec iterum revixit. Cfr. *Indicem nominum et rerum.*

Eminentissimi, Reverendissimi Domini,
Domini Protectores Clementissimi.

Quum totum illud scientiarum genus, quod de Theologicis Disciplinis in Almo Urbano Collegio sub Vestris Auspiciis, adjuvante Deo T.O.M., in anteactis annis acceperam, Vestris Eminentiis debeam, et quinam de illis pullulaverit fructus significare tenear, in praesentiarum, ut adeo jucundum ac sacrum exsolvam debitum, praemissis profundissimis gratiis pro accepto tam grandi beneficio, quae deferenda sunt defero; videlicet proxime clam pro anno sacra tradebam dogmata Religiosis Juvenibus in Monasterio nostro Dobromiliensi; hisce autem diebus, disponentibus nostri Ordinis Superioribus, ad obeundum Professoris Theologiae munus in principalissima Russiae Civitate, dicta Leopolis, quoad nostros Monachos astrictus sum. Verum et hic curabo, nonnisi ea, quae Sancta Mater Romana Ecclesia docet, reverenter et fortiter docere, aliena autem ab ejus illibata doctrina omni studio impugnare, refellere, insectari. Cujus sponsionis meae, ut felicior sit exitus, ad osculum Fimbriae Eminentialis, benedictionem huic meo labori enixissime imploro, et simul forti tutelae me commendo atque profundissimo cultu maneo.

Eminentiarum Vestrarum quotidianus Exorator et humillimus Servus

Vigilius Szadurski, Ord. S.B.M. (mpria).

Leopoli in Russia, anno 1759, die 7ma 9bris.

## 359.

*(Romae), ... 1759.*

*Procurator Generalis in Urbe instantiam principis Lanckoronski fundandi quamdam Residentiam ad instar Missionis ad confinia Valachiae, et quidem non obstante decisione S. Sedis de numero Monachorum, commendat.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 783, fol. 284rv, 287.

Eminentissimi et Rev.mi Domini.

Jussa Eminentiarum VV. quo decet obsequio et cultu facturus, statum rei exponendum reor, ut EE.VV. ea postea decernant, quae majori Catholicae Religionis bono, animarumque saluti esse judicaverint.

Comes Lanckoronski, genere opibusque in Regno Poloniae clarus, Regiam Stobnicciis obtinet Praefecturam, eumque summa in Deum ferri pietate peroptime norunt Poloni omnes.

Oppidum Zwanice,[364] in Dioecesi Camenecensi situm, satis est opulentum, pluribusque animarum millibus repletum, sub antiquissima Lanckoronsciorum haereditate in finibus Regni floret, Valachis et Turcis ex parte

---

[364] Agitur de oppido Zwaniec, in eparchia Kamenecensi, haereditas dominorum Lanckoronski.

Chocini proximum, qui proinde commerciorum et nundinarum causa, magna cum Catholicis familiaritate conversantes, non raro eosdem praecipue rudiores ad suas pertrahunt partes.

Adnexa Comitis ejusdem epistola opportune testatur ad Schismaticorum conversionem, Unitorumque conservationem nihil aut parum prodesse (f. 284v) Latini Ritus operarios, potiusque omnino requiri Ruthenos Unitos, qui idiomatis ac Ritus identitate et recentiores Unitos in Fide Catholica retineant instruantque, et Schismaticos ad gremium Ecclesiae, Deo benedicente, reducant.

Ipsa etenim docemur praxi: Mohilovienses praecipue et Slucenses, aliosque in Schismatis consenescere erroribus, quod in amplissimis ipsorum civitatibus nullus Unitorum adsit Praesbiter, quamvis plures in ijs locis reperiantur Conventus et Collegia, praesertim Societatis Iesu; timore siquidem ducti Schismatici, ne una simul cum schismate Ritum quoque deserere cogantur, eos audire detrectant.

Ignoscendum videtur Monachis Ordinis mei, quod responderint Domino Lanckoronski, prohibitum ipsis esse a S. Sede Apostolica, ne erectiones octo Monachis alendis impares suscipere possint; non enim videntur scire maximum intercedere discrimen inter Monasteria, in quibus S. M. Benedictus XIV, in sua Decretali, cujus initium « *Inter plures* »[365] octo Monachos jussit manere, et inter Residentias, in quibus tres aut quatuor Monachos Missionibus exercendis aptiores Fidelium pietas alere consuevit; hujusmodi enim Residentias non videtur respicere praelaudata Decretalis, cum Monasteriorum appellatione nequaquam veniant, sicuti permultae Regularium Latinorum, ipsorumque PP. Societatis Jesu similes in Polonia Residentiae, in quibus tres et interdum duo manere solent Religiosi, qui dediti Missionibus, nomine Collegii aut Conventus nunquam donantur.

Missionum exercitium in S. Ordine S. Basilij antiquissimum est, immo ab illo Christi Fidem, in Oriente potissimum, propagatum fuisse novimus. Maxime vero utile futurum in Congregatione Ruthena, quae per Poloniam et Lithuaniam extenditur, ipsa docet Monasteriorum situatio, scilicet in confiniis Moschoviae, Valachiae, Moldaviae, Curlandiae, Ukrainae, ubi quam plurimi reperiuntur Rutheni schismatici, non adeo difficile ad bonam frugem reducendi.

(f. 287) Ad instantiam Domini Lanckoronski quod attinet (nisi videatur EE.VV. facultatem concedere Monachis Congregationis Ruthenorum oblatam Residentiam recipiendi), Alumnis Collegii Leopoliensis mandari possent, ut in oppido Zwaniec Sacras Missiones exerceant, humilesque meos sensus, quales ij sunt, altiori EE.VV. iudicio zeloque subjiciens, S. Manus deosculor.

HIERONYMUS OZIEMKIEWICZ
Or.S.B.M., Congregationis Ruthenorum Procurator (mpr).

---

[365] Littera decretalis Benedicti PP. XIV « *Inter Plures* », de dat. 11.V.1744; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 88-100, nr. 704.

## 360.

*Poczajovia, 2.I.1760.*

*Protoarchimandritatus Hypatii Bilinskyj, ex Provincia Polona, turno redeunte, novus electus Protoarchimandrita petit cum suo Consultorio, ut ei extradatur e Congregatione copia Decreti de concessione monasteriorum Volhyniae Provinciae Lithuanae, et dirimendam, finaliter, litem inter Provicias.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 670-71.

Eminentissimi Principes.

Iterum ad Officium Proto-Archimandritale, redeunte pro mea Polona Provincia turno, imparibus meritis vocatus,[366] iterum ad plantas Purpuratorum Patrum Sacrae Congregationis de Prop. Fide prosternor, una cum Consultorio meo, sub validissimum Protectionis, qua semper minima Congregatio mea gloriatur, praesidium Eminentiarum Vestrarum confugiens. Exstare credo in Actis Sacrae Congregationis de Prop. Fide Decretum, quia per literas Ill.mi olim Nuncij, post vero Eminentissimi Cardinalis de Archinto (cujus authoritas non modo in Regno Poloniae, verum etiam in Universo Christianorum Orbe in aeterna manet memoria),[367] sub die 24 Aprilis 1751 anno datas, Congregationi meae promulgatum, controversiam Provinciarum Polonae et Lithuanae super quibusdam Monasteriis dirimens; verum cum ejusmodi Decretum hucusque ex Actis Sacrae Congregationi extraditum in authenticis copiis non sit,[368] finalem inter Provincias tranquillitatem dictae Ill.mi Nuncij literae, hujusce Decreti promulgatoriae, minime obtinuerunt. Quapropter profusus cum meo Consultorio ad Pedes Eminen. Vestrarum supplico, ut ejusmodi Decretum, dictam de Monasteriis controversiam (f. 670v) dirimens, extradi jubeant, quae extraditio et authoritatem Organi Sacrae Apostolicae Sedis, Ill.mi videlicet Nuncij confirmabit, et perpetuae tranquillitati Provinciarum providebit. Pro qua gratia, et tranquilitate obtenta, minima Congregatio mea Deum Optimum Maximum exorabit pro diutissima incolumitate Eminentiarum Vestrarum in Regimine Christiani Orbis. Reliqua negotia minimae Congregationis meae, tum Acta Capituli, quod me infimum Eminentiarum Vestrarum Clientem in Proto-Archi-

---

[366] Protoarchimandrita Hypatius Bilinskyj ex Prov. Ruthena, electus in Cap. generali Berestensi III in Septembri 1759, ad octennium sed ob varias circumstantias politicas Regni Poloniae periodus haec prolungata fuit usque ad mortem 8.IV.1771 an. Prima vice hic erat Protoarchimandrita ad quadriennium (1747-1751); cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum,* pag. 286-287.

[367] Albericus Archinto, Nuntius Varsaviensis (1746-1754), nominatus cardinalis an. 1756, Secretarius Status, obiit 1758. Hic recordatur famosa lis inter duas Provincias de monasteriis Volhyniensibus, quae soluta fuit in Septembri 1750, opera etiam et litteris Nuntii Archinto. Cfr. *Indicem nominum et rerum.*

[368] Decisio Congregationis communicata fuit litteris Nuntii Varsaviensis Archinto, et proinde illa semper dubia fuit.

mandritam renunciavit,[369] per manus Procuratoris Generalis, fato quodam hucusque in Patria detenti,[370] ad incomparabilis Eminentiarum Vestrarum aequitatis Tribunal proponam. Nunc vero exactam omnibus et singulis illius Sacrae Congregationis mandatis obedientiam una cum universa Congregatione (f. 671) mea spondeo, profiteor, atque in osculo Sacrarum Fimbriarum perpetuo maneo.

Eminentiarum Vestrarum humillimus et obseq.mus Servus ac Exorator

HYPATIUS BILINSKI, O.S.B.M., Congr. Rut. Proto-Arch. (mpr).

JOSAPHAT SIEDLECKI, Ord.S.B.M., Ab. Ovr., Proto-Cons. (mpr).

GEDEON LWOWICZ BEYNER, Abbas Zydyczyn., Consultor Gr.lis ex Prov. Lith. (mpr).

JOACHIMUS SPENDOWSKI, Ord.S.B.M., Congr. Ruth. Secretarius ex Provincia Polona (mpr).

HILARION KARPINSKI, O.S.B.M., Congr. Ruth. Secr. Generalis ex Provincia Lithuana (mpr).

Die 2da Januarij, 1760 Anno, Poczaioviae in Polonia.

## 361.

*Poczajovia, 2.I.1760.*

*Secretario de Prop. Fide Protoarchimandrita transmittit Acta et commendat suum Officium nec non expetit copiam Decreti anni 1751, quo monasteria controversa Volhyniae Provinciae Lithuanae adiudicata fuerunt.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 8, fol. 672rv.

Illustrissime, Excellentissime et Rd.ssime Domine.[371]

Dum iterum impositum imparibus humeris meis, redeunte pro mea Provincia Polona turno, Officii Proto-Archimandritalis Congregationis Ruthenae Ord. S. Basilij Magni onus accipio, ad pedes Ill.mae Excellentiae Vestrae procumbo, humillime implorans, ut me Congregationemque meam in sinu protectionis suae fovere non dedignetur. Acta novissimi Capituli, quod me in Proto-Archimandritam instituit,[372] per manus venturi ad Urbem Procuratoris Congregationis meae generalis et negotia insoluta Sacrae Con-

---

[369] Post hoc Capitulum generale Berestense III an. 1759 quaestio de validitate Actorum et electionum fere per duos annos protrahebatur, ob disputationem capitularem et post-capitularem de electione earundem personarum, contra quam tum Praeses Capituli Wolodkowicz, tum ipsi Vocales Capituli insigniores protestabant; cfr. infra pag. 335-343, nr. 369.

[370] Ignatius Wolodzko, Procurator generalis in Urbe (1760-1772). Hic per quoddam tempus in patria remansit. Post reditum vero ex procuratura romana, anno 1780 nominatus erat Archimandrita Zydyczynensis. Obiit die 13.IV.1782.

[371] Secretarius de Prop. Fide, Marius Marefoschi (1759-1770).

[372] Capitulum Berestense III, die 5.IX.-2.X.1759.

gregationi de Prop. Fide tractanda, ad gratiam Illustrissimae Excell. Vestrae transmittam.

Per praesentes vero ad pedes prostratus enixissime postulo, ut Ill.ma Excell.tia Vestra Decretum a SS.mo olim Pont. Max Benedicto XIV, Sacraque Congreg. de Prop. Fide latum in Causa de Monasteriis a Provincia Polona praetensis, a Lithuana vero possessis, extradere dignetur.[373] Minime enim satisfactam sese existimat una pars promulgatione ejusmodi Decreti, facta per literas olim Ill.mi Nuncij Poloniae, post vero Emin.mi Cardinalis de Archinto aliasque Sacrae Congregationis de Prop. Fide epistolas ad (f. 672v) meum praedecessorem benigne datas. Ejusmodi Decreto extradito liteque per exhibitionem authentici documenti dirempta, regnabit perpetua in Provinciis Congregationis meae etc. firma pax. Pro qua enixissimis precibus postulo, et in osculo manuum maneo.

Illustrissimae Excellentiae Vestrae humillimus et obsequentissimus Servus ac Exorator

Hypatius Bilinski
Ord. S. Basilij Magni
Congregationis Ruthenorum Protoarchimandrita (mpr).

Poczayoviae, die 2da Januarii, 1760 anno.

## 362.

*Leopoli, 26.I.1760.*

*Athanasius Szeptyckyj S. Congregationem certiorat de sua electione in Provincialem Provinciae Ruthenae, ut obligationi suae Alumni olim pontificii satis fieret, et se Provinciamque commendat protectioni.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 674rv.

Eminentissimi Cardinales, Protectores et Benefactores Singularissimi.

Quibus olim in promovendo cultu Divino fueram destinatus Officiis, debito in tempore Sacram Congregationem Eminentiarum Vestrarum certiorem reddidi; ast cum mutatis vicibus in Capitulo immediato Brestensi,[374] unanimi ejusdem assensu, ad regendam Provinciam Polonam vocatus fuerim, onus illud humeris meis impositum obedienter suscepi, et tanto alacrius operam laborum meorum pro manutenenda disciplina Regulari impensurus sum, quanto ardentius implorans gratiam et benevolentiam. Eminentiarum Vestrarum confisus existo, quod Eminentiae Vestrae et mei ipsius peculia-

---

[373] Decretum de Prop. Fide, Septembri 1750, transmissum per litteram Nuntio Apost. Alberico Archinto; cfr. *Litterae S.C. de Prop. Fide,* vol. IV, pag. 237-242, nr. 1838, de dat. 26.IX.1750.

[374] In Cap. generali Berestensi III an. 1759 etiam regimen Provinciarum electum fuit, et quidem in Prov. Ruthena — Athanasius Szeptyckyj, iunior (1759-1761) et Heraclius Lisanskyj (1759-1763); cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum,* pag. 36.

rem (f. 674v) suscipient curam, et huic pauperrimae Sacrae Familiae in angustiis positae singularem protectionem non sint denegaturi. Mihi porro incumbet, cum integra Polonae Provinciae Communitate, Deum ter Optimum Maximum continuis deprecari precibus, ut Emin.tias Vestras conservet incolumes ac felices quam diutissime, quae vota effectu comprobare cupiens, devotissimo cultu in osculo Sacrae Purpurae maneo.

Eminentiarum Vestrarum hum.mus, devot.mus, et obsq.mus Servus et Exorator

Athanasîus Szeptycki [375]
Ord. S. Bas., Abbas Kanioviensis,
Provincialis (mpr).

Leopoli, die 26 Ianuarii, 1760 anno.

## 363.

*Dobromil, 27.I.1760.*

*Hyacynthus Nesterski certiorat Congregationem de suo Lectoratu in Dobromil et gratias agit pro diversis facultatibus concessis.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 676.

Eminentissimi Signori, Protettori Singularissimi.

In questo terzo anno, da che dimoro in Polonia, intento alle Sagre occupazioni, non avrei altro à scribere, che significare alle Vostre Eminenze, chè già un altro anno sto per insegnar nel medesimo luogo, ciò è in Dobromilia, città di Russia, la Sagra Teologia à Monachi del mio Ordine. Ma la singolar grazia e protezzione di Vostre Eminenze mi diede l'occasione di ringraziarle per i privilegij ricevuti, per i quali l'ho ottenuta facoltà di poter assolvere dai casi riservati al Sommo Pontefice, e legger i libri proibiti. Per qual favore rendendo le umilissime grazie, con profondissima venerazione mi dichiaro d'esser

Delli Eminentissimi Principi, Protettori Singularissimi giurato Servo

Giacinto Nesterski, dell'Ord. di S. Basilio.

Supplico umilmente alle Vostre Eminenze d'indirizzar la risposta sotto coperta all'Eccell.mo Nunzio in Polonia.

Datt.alli 27 di Gennaro, dell'anno 1760, a Dobromil in Russia.

## 364.

*Poczajovia, 16.II.1760.*

*Commendat Procuratorem Generalem, qui vires recuperavit, et simul gravia negotia commendat Protoarchimandrita cum Consultorio suo.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 678.

---

[375] Athanasius Szeptyckyj, iunior; cfr. notam 114.

Illustrissime, Excell.me Domine, Patrone Colendissime.[376]

Restitutis tandem aliquando, per adhibitas medicinas, aliquantum viribus, minimae Congregationis meae Procurator,[377] injuriis praesentis tempestatis sese committens, dum, ejusdem rigoribus superatis, in osculum manuum Ill.mae Excell.tiae Vestrae provolat, desideratam mihi occasionem praebet repetendi debitae humilitatis meae officia, insinuandique me ejus benevolentiae, quam, pro me, cum adjuncto mihi Consultorio et exhibitore praesentium, negotiisque ab eo tractandis, enixissime imploro, et in osculo manuum maneo.

Poczaiovia, 16ta Februarij, 1760 anno.

Illustrissimae Excell.tiae Vestrae humillimus et devotissimus Servus ac Exorator

Hypatius Bilinski, Ordinis S. Bas. M. Proto-Arch. Ruth. (mpr).

Josaphat Siedlecki, Ord. S.B.M., Abbas Ovr., Congr. Ruth. Proto-Consultor (mpr).

Gedeon Lwowicz Beyner, Abb. Zydycz., O.S.B.M., Cong. Ruth. ex Prov. Lit. Consultor Generalis (mr).

Joachimus Spendowski, Ord.S.B.M., Congr. Ruth. Secretarius (mpr).

Hilarion Karpinski, Ord. S. Basilij Magni, Cong. Ruth. Secret. (mp.)

## 365.

*Poczajovia, 19.VI.1760.*

*Protoarchimandrita Praefecto de Prop. Fide de missionibus Basilianorum et ut concedantur gratiae et facultates Missionariis necessariae.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: *Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 8, fol. 718.

Emin.mo Principe.

Per sodisfare all'ardentissimo zelo della salute dell'anime, ed al commando di V.E., come anche all'obbligo suo, la minima Congregazione mia, essendone provista per singolare grazia della Santa Sede Apostolica de soggetti ammaestrati ne Collegi Pontificij, ne fa il possibile per l'avvanzamento delle Missioni; ed a fin di meglio regolarle scelgo di Esaminatori, in ambedue le Provincie, per discernere per mezzo loro i Monaci più capaci da mandarsi in paesi men coltivati che confinando coi Moscoviti e colle parti della Valachia ne partecipano de' lor' errori; della diligenza poi e del frutto di queste Missioni, che coll'aiuto della grazia dell'Signore sarà fatto, esiggero il conto dalli Visitatori Provinciali, mentre a questi in ciascun

---

[376] Secretarius de Prop. Fide, Marius Marefoschi (1759-1770).

[377] Ignatius Wolodzko, Procurator in Urbe (1760-1772). Cfr. notam 370.

anno sottoscrivo, siccome dispone il Capitolo di Dubna,[378] le visite de Monasteri da lor fatte, per umiliar alla Sacra Congregazione di V.E. ogn'anno il rapporto del progresso delle medesime. E' vero che gli nostri Monasteri non son sufficienti a proveder il commodo viaggio da farsi pellegrinando colla parola di Dio, tuttavia m'ingegnerò d'aggevolare tutte le difficoltà per sodisfare pienamente al sovrano commando di V.E.

Frattanto, prostrato a pie di V.E. supplico a degnarsi di communicare alla minima Congregazione mia le grazie conferite dalla Santa Apostolica Sede a quelle Congregazioni che sono ordinate ad esercitare quest'offizio Apostolico, per poter con piena sodisfazione servire il prossimo. E nel baccio della Sagra Porpora ne resto.

Poczaiovia, 19 Giugno 1760.

Di Vostra Eminenza umilissimo e devotissimo Servitore

IPATIO BILINSKI

Proto-Archimandrita de Basiliani Ruteni (mpr).

## 366.

*Zydyczyn, 15.X.1760.*

*Provincialis Lithuaniae Nuntio Varsaviensi de intentionibus Provinciae Polonae movendi causam de controversis monasteriis Volhyniae, et ut provideatur a Nuntio ne quaestio moveatur, ut fecit Protoarchimandrita.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia,* vol. 109, fol. 24.

Illustrissime, Excellentissime et Reverendissime Domine,
Domine Benefactor Singularissime.[379]

Rev.mus Pater noster Abbas Generalis, pro exacta sua in Sanctam Sedem ejusque Decreta observantia, Patribus Polonae Provinciae, mittendi Romam Procuratorem, qui Provinciam meam de adjudicatis nobis per decisionem Apostolicam Monasteriis in Volhynia sitis, inquietarent, facultatem negavit. Rumor itaque est, ipsos alia inire consilia, quaerereque media nova, quibus nos possint adoriri. At quoniam similes eorum impetus, quoties in nos facti erant, laudatissimi Excellentiae Vestrae Rev.mae Praedecessores, tanquam temerarios et Sanctae Sedi injuriosos reprimere, ac penitus frangere semper studuerunt, id quod Litteris meis ad dignissimum Suum Auditorem fuse perscribo; ideo ad authoritatem Exc.ae Vestrae Rev.mae etiamnum confugiendum mihi censui, rogando humillimis meis precibus, ut si pro

---

[378] Capitulum Dubnense 1743, in quo Ordo Basilianorum in unum coaluit et quasdam constitutiones condidit, confirmatas a Benedicto PP. XIV Litteris decretalibus « *Inter plures* », an. 1744, 11 Maii. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum,* vol. II, pag. 88-100, nr. 704.

[379] Nuntius Varsaviensis, Antonius Eugenus Visconti (1760-1766).

licentia, quam a Rev.mo Patre nostro Protoarchimandrita impetrare non potuerunt, Excellentiae Vestrae Rev.mae supplicari ausi fuerint, non modo eam ipsis pro suo aequitatis amore neget, sed etiam Rev.mum P. Athanasium Szeptycki, Abbatem Kanioviensem, Provincialem Polonae Provinciae, authoritate sua cohortetur ad constans pacis studium, (f. 24v) debitamque obedientiam decisioni Sanctae Sedis, cui Patres Poloni a Praedecessoribus Excellentiae Vestrae Rev.mae, aeque atque ab ipsa Sacra Congregatione de Propaganda Fide, moniti et reprehensi, toties declarationibus suis sese submiserunt, neque unquam refragaturos esse polliciti sunt. Quam gratiam Excellentiae Vestrae Reverendissimae dum supplex exoro, ad osculum sacerrimae manus suae summa veneratione me demitto, apprecatusque eidem maxima quaevis et fortunatissima maneo.

In Zydyczyn, die 15 Octobris, 1760 anno.

Illustrissimae, Excellentissimae et Rev.mae Dominationis Vestrae

humillimus, devotissimus, obedientissimus
et obligatissimus Servitor
HERACLIUS LISANSKI, Superior Provinciae Lithuaniae,
Ordinis Sancti Basilii Magni (mp).

## 367.

*Zydyczyn, 15.X.1760.*

*Provincialis Lithuaniae Lisanskyj exponit quaestionem, longo tempore agitatam, de s.d. monasteriis controversis inter Provincias.*

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia,* vol. 108, fol. 85-91.

Ill.me et Rev.me Domine, Domine Patrone Singularissime.[380]

Eo majore cum fiducia opem Ill.mae Domin.nis Vestrae adoraturus advenio, quo magis mihi liquet Provinciam meam Lithuanam a Patribus Polonae Provinciae impeti non posse, quin debita Decretis S. Sedis Ap.licae, quorum Ill.ma Dominatio Vestra integerrimus est vindex, reverentia violetur. Rem ut apertius exponam, altius cogor repetere eximiamque Ill.mae Domin.is Vestrae humanitatem longiori narratione fatigare.

Post excitatam iam inde a Dubnensi Capitulo per Patres Polonae Provinciae controversiam super Volhynensibus Monasteriis typisque datas hinc inde scripturas, quibus requirente S. Congregatione de Prop. Fide acceperat accuratissime justa ac integerrime data S. Sedi ab Ill.mo, Excell.mo et Rev.mo Domino de Lascaris, Episcopo eo tunc Zenopolitano,[381] versante in his

---

[380] Ut videtur, Nuntio Varsaviensi Antonio Eugenio Visconti (1760-1766).

[381] Georgius Maria Lascaris, Theatinus, Rector Coll. Armenorum et Ruthenorum Leopoliensis (1738-1740), dein Episcopus tit. Zenopolitanus (1741-1754), Theodosiopolitanus (1754-1762), Hierosolymitanus (1762-1795). Obiit anno 1795. Cfr. notam 90.

oris, informatio, adjudicavit Provinciae meae Littera san.mem. Beneditus XIV huius nominis Pontifex, S. Congregatio de Prop. Fide coram ipso habita die 21 7-bris Anno 1750, ea omnia a Lithuanis possessa Monasteria, quae Polona sui juris esse contendebat. Quod sane Decretum Litteris Excell.mi pro tunc Nuntii de Archinto, die 24 Aprilis 1751 anno datis, diserte expressum, promulgatum est in praeterito Capitulo Brestensi et summa utriusque Provinciae consensione (f. 85v) in Constitutiones relatum, prout videre est Constitutione 10-ma eius Capituli.[382]

At enim electus eo Capitulo in Moderatorem Polonae Provinciae P. Sylvester Malski,[383] quietis impatiens, eo devenerat audaciae cum adscito sibi Consultorio, ut P. Hieronymum Oziemkiewicz, Superiorem pro tunc Luceoriensem ad inserendam Actis Notarii Publici protestationem adversus praelaudatum S. Sedis Decretum instigaverit, quae inserta fuit die 30 Augusti Anni 1752 Actis Adalberti Matthaei de Koryciany Korycinski, pro tunc Sancta Auctoritate Apo.lica Consistorii Latini Luceorien. Notarii.

Rem hanc ubi ex litteris a Provinciali Lithuaniae ad se datis intellexit laudatus hodierni Excell.mi Domini Nuntii Praedecessor,[384] protinus advertens temerarium fuisse ejusmodi Actum et S. Sedi iniuriosum, ut memoratum Superiorem confestim ad Officio suspenderem, juberemque in virtute s.tae obedientiae eliminare omnino ex Actis praedictam Manifestationem; demandaverat mihi, eo tunc Proto-Archimandritae, suis ad me missis die 4-a Aprilis 1753, quod equidem prout opportuit praestiteram die 12 Junii. Verum renuente praefato P. Hieronymo Oziemkiewicz Manifestationem eiusmodi eliminare ex Actis absque expressa sui Provincialis voluntate et isto sustinente factum requirenteque restitutionem illius Religiosi pristino gradui, datis cum suo Consultorio ad super laudatum hodiernum Ill.mi Domini Nuntii Antecessorem litteris, iterum ad me huius amplissimae S. Sedis (f. 86) Ministri, epistola de die 14 Julii eodem Anno 1753, quo commisso ad indicatas Provincialis Poloniae suique Consultorii litteras responso, cum non aliud in iis adduceretur motivum reluctantis ipsorum voluntatis divisioni praedictae Monasteriorum, inter utramque Provinciam stabilita, quam quod non viderint Decretum authenticum S. Congregationis, declaravit iniuriam sibi nimis gravem irrogari, quasi vel commentus esset eam S. Sedis sententiam, vel aliquod eius rei subesset periculum, ac denuo demandavit, ut omnino retrahi ex Actis Manifestationem supradictam iuberem. Rursumque alia ipsiusmet epistola de die 21 eiusdem Julii iniungens, ut quando quidem P. Hieronymus Oziemkiewicz revocare se Manifestationem illam non posse affirmaverat sine mandato Superiorum suorum Provincialium, quorum iussu in Acta redigendam obtulerat, praeciperem suo nomine Patri Provinciali

---

[382] Capitulum Berestense II, diebus 8-17.IX.1751. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 25.

[383] Provincialis Prov. Ruthenae seu Polonae P. Sylvester Malskyj (1751-1755).

[384] Forsan agitur de Nuntio Varsaviensi, Nicolao Serra (1754-1760). Eius successor fuit Antonius Eugenius Visconti (1760-1766).

Poloniae, quatenus, sub poena suspensionis ab Officio ipso facto incurrendae, non modo Manifestationem ex Actis revocari per P. Oziemkiewicz subito juberet, sed etiam declarationem faceret scriptam, qua profiteretur se cum tota sua Provincia omnino acquiescere divisioni Monasteriorum inter utramque Provinciam factae a S. Congregatione eamque declarationem quam primum mittendam curarem. His ego Apostolici toties dicti Excel.mi nuperni Nuntii[385] mandatis satisfaciens, ea praescripserim memorato P. Provinciali Poloniae die 31 Augusti anni eiusdem 1753; cum demum iste mandatum pro eliminanda (f. 86v) ex Actis per P. Hieronymum Oziemkiewicz Manifestatione extradidit, die 10 proximi tunc 7-bris, declarationem vero superius indicatam, se minime cum tota sua Provincia dare posse respondit ac missa est eliminatio Manifestationis non eo quo opportuit, modo die 17 eiusdem mensis facta, quippe et nomine solius P. Oziemkiewicz, non autem nomine Provincialis universaeque Provinciae Polonae et dicta spectantia antiquitus ad Provinciam Polonam Monasteria illa, quae Manifestationis praedictae fuerant argumentum, et postremo eatenus facta, quatenus Manifestationem illam ex iisdem Actis nemini extradendam obligavit P. Oziemkiewicz, unde patuit Manifestationem illam in Actis mansisse.

Accesserant subinde datae ad me die 22 7-bris eiusdem anni litterae S. Congregationis de Prop. Fide, quibus expositam satis perspectam pleneque cognitam fuisse temeritatem ac intollerandam audaciam auctorum eius Manifestationis, non minus iniuriosae Sanctitati Suae et S. Congregationi, quas iniustitiae false insimularunt nec non Excel.mo Domino Nuntio Apostolico, cuius testimonio nulla fides tributa fuit et demum Ill.mo Domino eo tunc Episcopo Zenopolitano, nunc Archiepiscopo Theodosien.,[386] quem studio partium notaverunt, proindeque iussum per SS.mum Dominum fel.rec. Pontificem hanc scandalosam Manifestationem omnino ex Actis deleri, et quod P. Provincialis et Consultorium Provinciae (f. 87) Polonae emitterent autenticam declarationem, qua testarentur tam ipsos quam Provinciam universam debito cum obsequio ac observantia Summi Pontificis decisionem suscipere. Quarum litterarum cum copiam fecerim Patri Provinciali Poloniae et die 1 Novembris illius anni, missa tandem est ad me die 28 eiusdem mensis a P. Hieronymo Oziemkiewicz perfecta, ex Actis eliminata eius Manifestationis Copia, de assensu Provincialis Poloniae facta, atque declaratio ab eodem cum suo Consultorio emissa die 22 illius mensis et anni, quae nisi praestita fuissent, suspensos procul dubio a suo Officio Provincialis ille fuisset, parato iam tunc sub die 14 9-bris existente ad id exequendum mandato saepius laudati Excel.mi Nuntii de Archinto, cui alias die 10 X-bris isthaec detuleram, rogans restitui pristino Superioris officio Patrem Oziemkiewicz.

---

[385] Nuntius Varsaviensis tunc temporis erat adhuc Albericus Archinto (1746-1754).
[386] Georgius Maria Lascaris, Theatinus, Ep. Zenopolitanus (1741-1754), et dein Theodosiopolitanus (1754-1762). Cfr. notam 90, et 381.

Caeterum cum expressum fuerit in praedicta declaratione acsi anterius eliminatio memoratae Manifestationis fuisset facta et reapse 5to usque ab emissa eiusmodi declaratione die fuerit peracta, ut patuit ex epistolario Notarii Apostolici Luceoriensis initio memorati testimonio, significans litteris ad me datis die 29 X-bris supra citatus Excel.mus nupernus Nuntius, quod biduo antequam meas illas accepisset, susceperit ex mandato S. Congregationis Prop. Fidei ad Ill.mum Episcopum Luceoriensem, ut si Manifestatio illa nomine totius Provinciae facta per (f. 87v) P. Oziemkiewicz in causa divisionis Monasteriorum et Consistorii sui Actis inscripta, nondum ex eis eliminata fuisset per Procuratorem suum fiscalem, eiusdem Provinciae Consultorium subito citaret ad videndum cassari et lacerari praedictam Manifestationem ex causis sibi indicatis et elapso citationis termino sive Consultorium compareret sive non, illam reipsa cassari et lacerari faceret; declaravit Actum illum submissionis Decreto S. Sedis in eadem causa divisionis Monasteriorum inter utramque Provinciam a Polona datam longe distare a S. Congregationis et condignae reparationis terminis formulamque submissionis ab ipsa S. Congregatione praescriptam misit, quam de verbo ad verbum fidelissime transcribendam atque intra octo dies subscribendam deberem ego, fungens tunc Protoarchimandritali munere,[387] proponere per certum aliquem nuntium Patri Provinciali talique Consultorio Provinciae Polonae sub poena suspensionis ab Officio ac privationis vocis activae et passivae ipso facto a singulis incurrenda aliisque S. Congregationis arbitrio infligendis ac denique hunc submissionis Actum, postquam ad me missus fuisset, ut remitti debuit, inserendum curare Actis Nuntiaturae Ap.licae et ex hac exemplaria aliquot authentica repetere, quorum alterum opportebat me mittere ad eundem nupernum Excel.m Nuntium, altera vero in Archivo Officii mei tunc Protoarchimandritalis et singularum Provinciarum reponere ad perpetuam rei memoriam; postquam negotium hoc rite recteque compositum fuisset, tunc demum de restituendo (f. 88) pristinae dignitati Patre Oziemkiewicz cogitaturum se reposuit, quod fieri pronuntiavit minime potuisset sine permissione S. Congregationis, quae sane gravius aliquid, inflicta per eandem suspensione, statuere in illum Patrem se velle aliquando declaravit. Cumque interea opportune adfuit ipse circa adventum harum ad me litterarum suprascriptus Provincialis Poloniae, contenta hisce mox edita mandata diligenter ipsi aperueram, et formulam submissionis a S. Congregatione de Prop. Fide praescriptam exhibueram, ac demum in transumpto, quod fidelissime curavi fieri, porrectam, hortatus eumdem voce ac etiam, ad majorem apud suos fidem, mandato, in scriptis tam ad se, quam ad Consultores suos dato die 31 Januarii anno 1754, ut convenientes ad Monasterium Poczajoviense pro die 16 proximi tunc mensis Februarii, submissionem ex formula praelaudata fidelissime quoad minimum apicem tran-

---

[387] Protoarchimandrita Heraclius Lisanskyj (1751-1759), ab anno 1759 Provincialis Lithuaniae (1759-1763). Cfr. *Indicem nominum et rerum*, et *Elenchos*.

scribendam emitterent atque subscriberent subscriptamque ad me intra octo dies, sub poenis supra indicatis, remitterent, quod quidem diligenter a se suoque Consultorio adimplendum praefatus Provincialis pollicitus fuerat.

Haec ubi vertebantur, Consistorium Luceoriense Latinum, insistens mandato totius laudati Eccel.mi eo tunc Nuntii de Archinto, citatis Adalberto Matthia Korycinski, Notario suo Apostolico, atque Consultorium Polonae Provinciae, et illo quidem in persona, Consultorio autem per P. Hieronymum (f. 88v) Oziemkiewicz comparentibus, quanquam Manifestationem illam praesenti nominatam, expunctam et elaceratam, ex Actis illius Notarii diligenter erasis atque lustratis potuit nec ullam illuc posteriorisque scriptis acsi eliminatis illam, dati a praefato P. Oziemkiewicz et minime sufficientis sibi proprio ipsius, non Provinciae nomine facti extare vestigium adinventum fuit; tamen pro firmiori et evidentiori tum Manifestationis praedictae, quam scripti mox indicati invaliditate, cum illam, tum scriptum ejusmodi, pro nullis, irritis, cassatis nullumque robur et vim habentibus haberi declaravit et decrevit die 8 Februarii anni praeexpressi 1754. Notariumque supracitatum pro suscepta olim ad Acta Manifestatione saepe dicta, ab exercitio Officii sui Apostolici Notariatus suspendit, sequestratis eousque ipsius Actis, donec a S. Sede Apostolica errati veniam et restitutionis gratiam obtinere promeritus fuerit.

Denique cum non valerent eo tunc Patres Consultores Polonae Provinciae ob nivium et glaciei solutionem convenire pro die 16 Februarii ad Poczajoviense Monasterium, ut submissionem illam, a S. Congregatione praescriptam, fidelissime subscriberent, id praestiterunt cum suo Provinciali die 14 Martii anni eiusdem 1754, in mox memorato Monasterio. Quae modo subscripta submissio Actis S. huius Nuntiaturae Ap.licae inscripta est die 22 illius mensis et anni, unde et saepelaudato Exc.mo tunc Nuntio de Archinto apographum authenticum transmissum extitit, de quo recepto certiorem me facere suis, die 3-tia Aprilis eius anni datis, est dignatus; tum demum Patrem Oziemkiewicz pristino Superioris Officio indulgens restitui. Nihil vero hic dico qualiter parabat iam idem ille Excel.mus Nuntius ultro indicatas superius poenas, Patrem Provincialem Poloniae in Monasterium Provinciae a me designandum relegare, ex mente S. Congregationis, pro poenis quas eiusdem S. Congregationis arbitrio infligendas comminatas fecerat.

Porro cum sic sopita iam viderentur omnia, iterum suis ad me perscribit literis die 10 Aprilis praefatus ille Excel.mus Dominus Nuntius, certiorem se Roma factum, secundam Manifestationem, curante Provinciali Poloniae, subscriptam fuisse in clandestino in conventu Szczeplotensi, Actis Regentis Cancellarii Consistorii Cracoviensis insertam, longe magis priori temerariam, nam praeter ea omnia, quae in priori continebantur, additum fuit quod eam manifestantes praeviderent se forsitan a S. Congregatione adigendos non modo ad eliminandam Actis Luceoriensibus priorem Manifestationem, sed

etiam ad subscribendum Actum submissionis; idcirco protestati sunt, quaecumque ab ipsis in posterum exigerentur per vim extorqueri itemque nullius roboris esse, utpote firmae eorum voluntati libertatique adversantia. Jussit proinde me, ut amice monerem serioque hortarer dictum Patrem Provincialem, quatenus Manifestationem hanc subito sponte sua ex Actis praedictis retraheret aliaque adiecerit ejusmodi, quae ad S. Congregationem pervenisset, non modo illam Manifestationem eliminandam, cassandam lacerandamque mandatura erat S. Congregatio, prout de Luceoriensi factum est, sed etiam graviorem in illum poenam latura, quam cogitare ipse fortasse posset. Igitur quam primum has litteras acceperam, hortare Provincialem non omiseram ad ea perficienda, meis ad ipsum datis die 3-ia Maji, cum ille, nescio unde incusso metu perculsus, inopinate et associatis PP. Provinciae suae Consultoribus ad me occurrerat die 10 eiusdem mensis, priusquam meas illas ad se datas recepisset et sua sponte novum praelaudato S. Sedis Apos.licae Decreto submissionis Actum sua et illorum, suae Provinciae Consultorum, manibus subscriptam die 13 illius mensis attulerat eandemque a reliquis Consultoribus subscribendam et sine mora mittendam mihi promiserat ac denique retrahendam ex Actis illis Cracoviensibus Manifestationem praeexpressam, quam primum ad me mittendam, pollicitus est. Quae cum primum quidem die 9-na proximi tunc Iunii praestita, missa ad me ab eodem submissionis, illa a caeteris quoque Consultoribus suae Provinciae subscripta in Monasterio Verchratensi die 23 Maji anni eiusdem 1755 ac insuper misso Patre Bonifacio Gerasewski, cuius nomine, acsi de speciali commissa sunt Provinciae inserta praedictis Actis Cracovien. fuerat posterior Manifestatio, quantumvis se minime conscie factum, speciali declaratione data die 10 iam memorati mensis Junii testatus est, alterum vero adimpletum die 6-to eiusdem Junii, per cassationem illius Manifestationis factam, Cracoviae coram Actis eiusdem Regentis Cancellariae Consistorii Cracoviensis, Adalberti Joannis Myslawski, a P. Moyse Bohaczewski, Superiore tunc Vicinensi,[388] specialiter ad id delegato a Provinciali totoque Consultorio, cuius cassationis authenticum apographum missum ad me ab eodem Provinciali ex Monasterio Poczajoviensi die 2 Junii, receperam die 14 eiusdem.

Non ideo tamen desiit esse sui similis Provincia Polona. Unum est, ut pactas toties illas et debilitatas vires suas rursus conferre caepit in idem iudicatum S. Sedis impugnandum. Imprimis in nuperno Brestensi Capitulo protestationem suam supra eiusmodi Monasteriis, quantumvis Provincia Lithuana reclamaret, inseri Actis capitularibus postulabat. Tamen nihil non tentavit, ut eandem postulationem etiam in Acta S. Nuntiaturae Apostolicae

---

[388] Moyses Michaël Bohaczewskyj, Consultor Prov Ruthenae (1747-1751), Superior Vicynensis (1752-1755); cfr. de eo documentum nr. 318, pag. 247-250, ubi Protoarchimandrita Heraclius Lisanskyj multum de eius tragica biographia scribit. Cfr. *Indicem nominum et rerum.*

introduceret ac referret. Sed repressa ab immediato moderni Excel.mi Domini Nuntii Praedecessore;[389] cum nihil se proficere posse in Patria videret, aliud sibi iter ineundum censuit, videlicet mittendum unum aliquem ex suis Romam, qui actum ageret hoc est litem hanc plenissime terminatam terminari curaret. (f. 90v).

Et quoniam Decreto S. Sedis cautum est, ne liceat nobis, sine expressa Rev.mi Proto-Archimandritae facultate, extra fines Patriae procedere, idcirco de eiusmodi consilio suo Rev.mum Patrem modernum Abbatem Generalem faciant certiorem suppliciterque rogant, ut sibi Romam ire liceat. Rev.mus Pater noster Abbas Generalis,[390] qui nihil antiquius habet, quam decisionibus et Decretis S. Sedis reverentissime obedire, ob reverentiam tali alias hac super re Decreti et Litterarum S. Congregationis de Prop. Fide, de die 8-va Martii anni praesentis ad me datarum, quibus scribit, se nunquam ab eiusmodi semet tali Decreto recessurum, petitam facultatem concedere noluit et de facto non concessit. Unde rumor est non incertus, Patres Polonos alio nunc inito consilio novos quaerere modos inquietandae Provinciae meae neque ullatenus induci posse, ut plene et ex animo decisioni S. Sedis toties dictae acquiescant.

Quae cum ita sint, non possum humillimis precibus meis Ill.mam Dominationem Vestram enixe non rogare, quatenus sapientiam suam seu Excell.mum Dominum Nuntium velit praemonere, ut si quam praedictus Pater Rev.mus noster facultatem ipsis negavit, dictam per Excel.mum S. Sedis Ministrum petere ausi fuerint, non modo pariter ipsis neget, sed etiam authoritate sua hortari eos posset (f. 91), ut tandem aliquando discant S. Sedis Decreta citra tergiversationem revereri et eisdem plene acquiescere. Quod quidem aequitatis suae et benignitatis singulare argumentum incitamento mihi erit, ut nunquam desinam faustissima quaeque Ill.mae Dominationi Vestrae adprecari et ei perenniter cultu esse.

Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae
humillimus, obsequiosissimus et obligatissimus Servitor

Heraclius Lisanski
Superior Provinciae tit. SS.mae Trinitatis
Ordinis S. Basilii M. (mpr).

In Zydyczyn, die 15 octobris 1760.

---

[389] Nuntius Varsaviensis Nicolaus Serra (1754-1760). Nuntius actualis erat Antonius Eugenius Visconti (1760-1766).

[390] Protoarchimandrita seu Superior Generalis P. Hypatius Bilinskyj, qui erat Protoarchimandrita duabus vicibus: 1747-1751, 1759-1771. Obiit 8.IV.1771. Cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, pag. 286-287, nec non *Indicem nominum et rerum*.

## 368.

*(Ex Russia, 1760)*

*Breviter exponitur quaestio de monasteriis controversis eiusque historia inde ab unione Provinciarum, et de diversis modis quaestionem solvendi, cum brevi synthesi rationum pro restitutione etc.*

ASV, *Arch. Nunt. di Varsavia,* vol. 108, fol. 79-82v.

Brevis Informatio de merito Causae inter Patres Provinciae Polonae et Patres Provinciae Lithuanae Ordinis S. Basilii M., occasione quorundam monasteriorum motae.

1. - Sciendum est praesentem controversiam motam esse per Patres Provinciae Polonae, utpote iniuriatos per Patres Provinciae Lithuanae. Verum pro faciliori huiusce causae intelligentia veniunt necessario praemittenda. Quare:

2. - Praemittitur primo. Monachos Ruthenos Ordinis S. Basilii Magni tum in Regno Poloniae, tum in Magno Ducatu Lithuaniae degentes, iuxta antiquam Graecorum consuetudinem iurisdictioni Ruthenorum Episcoporum olim fuisse subiectos. Praemittitur 2-do. Quamquam Rutheni in Regno Poloniae et Magno Ducati Lithuaniae existentes circa annum 1595-um, eiurato Graecorum schismate ad Unionem cum S. Romana Ecclesia accesserint,[391] non tamen simul omnes conversi sunt, verum cum plurimi Layci, tum multi Ecclesiastici, et aliqui Episcopi in Disunione permanserunt. Postquam vero omnes Episcopi tum in Regno Poloniae tum in Magno Ducatu Lithuaniae existentes Unionem cum Ecclesia Romana amplexi sunt, plurima Monasteria et Monachi Ordinis S. Basilii Magni in Graecorum schismate perstiterunt. Qui proinde zelo et industria Episcoporum Ruthenorum paulatim ac sensim ad fidem catholicam conversi sunt. Praemittitur 3-tio. Certum est in Lithuania Unionem Ruthenorum cum S. Romana Ecclesia prius implantatam fuisse et paulatim increvisse, quam in partibus Regni Poloniae. Hinc plurima Monasteria Monachorum Ordinis S.B.M. in Lithuania degentium statim et initio obedientiam Romano Pontifici praestiterunt. Quos Monachos Lithuanos ex dispositione S. Sedis, tum ad preces Ruthenorum quidam Regulares latini in rebus fidei morumque nec non ecclesiasticae disciplinae instruxerunt.[392]

3. - Postquam vero in Regno Poloniae, zelo et industria (ut supra innui) Episcoporum Ruthenorum, eadem S. Unio cum Ecclesia Romana crescere

---

[391] Unio Berestensis annis: 1595 (23.XII) professio fidei per Episcopos Legatos Potij et Terleckyj; 1596(9-12.X.) Synodus Unionis Berestensis, quo unio confirmata et accepta fuit. Cfr. *Documenta Unionis Berestensis eiusque Auctorum*, Romae 1970, nec non *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, Romae 1953.

[392] Fit hic quaedam notatio de actione Patrum Societatis Jesu (1617-1618) et Carmelitanorum Discalceatorum variis vicibus. Cfr. M. M. WOJNAR, OSBM, *De regimine Basilianorum Ruthenorum a Metropolita Josepho Velamin Rutskyj instauratorum*, Romae 1949, ubi hae res sat minute describuntur.

et dilatari caepisset, multaque praesertim Monasteria Ruthenorum Monachorum Ordinis S.B.M. ad fidem catholicam fuissent conversa, dicti Ep.pi Rutheni invitarunt Monachos Lithuanos, jam alias instructos, ad dandam instructionem neoconversis Monachis Ruthenis. Qui Monachi Lithuani cum intrassent in Provincias Regni Poloniae titulo immediate dicto, nimirum titulo dandae instructionis Neoconversis, multa eoque pinguiora ac opulentiora Monasteria deoccuparunt sibique seu Provinciae (f. 79v) appropriarunt eademque hactenus nullo iure possident.

4. - Tandem S. Sedes Apostolica pro sollicitudine sua cum omnem conatum adhibuisset, ut neoconversam Ecclesiam Ruthenam in Regno Poloniae ac Magnu Ducatu Lithuaniae degentium in statu perfecto constituat, tum maxime sollicita fuit circa Statum Monasticum Ruthenorum Monasteriorum Monachorum Ordinis S.B.M., ut nempe praedictus Ordo, post schismatis devastationem et disordinem, ad primaevam praeclari Instituti redeat perfectionem et ordinem, ad quod praestandum adinvenit non inefficax medium, scilicet dictos Monachos Ruthenos S.B.M. eorumque Monasteria a jurisdictione Episcoporum suorum exemit dictaque Monasteria taliter exempta, ad normam Latinorum Regularium, in Provincias, quae per suos Praelatos Regulares independenter ab Episcopis gubernentur, exdividere mandavit.

5. - Et in Lithuania quidem medio saeculo 17-mo Provincia seu Congregatio SS.mae Trinitatis nomine vocitata Ruthenorum Monachorum Ordinis S.B.M. sub regimine unius Proto-Archimandritae seu Abbatis Generalis erecta est.[393] Tum demum S. Sedes Ap.lica demandavit quatenus Monasteria Ruthenorum Monachorum in Regno Poloniae ac in Partibus Terrarum seu Palatinatibus Russiae, Podoliae, Volhyniae etc. sita, similem Lithuanae Provinciam reducantur.

6. - Pro exequutione huiusce mandati Apostolici institit Synodus Provincialis Ruthenorum Zamosciae circa annum 1718 celebrata.[394] Demum anno Domini 1727 Dubnae[395] coactum fuit Capitulum, cui nedum Rutheni ex Polonia et Lithuania congregati Monachi, verum ipse Metropolitanus totius Russiae, tum omnes Rutheni Episcopi adfuerunt.[396] In eo Capitulo rursus instabant

---

[393] In Cap. Novogrodovicensi an. 1617, diebus 20-26 Iulii, sub ductu et praesidentia Josephi Velamin Rutskyj, Metropolitae Kioviensis (1613-1637). Obiit Metropolita Dermani in Volhynia, die 5.II.1637. Cfr. *Epistolae Metropolitani Kioviensis Catholici — Josephi Velamin Rutskyj*: 1613-1637, Romae 1956.

[394] Synodus Zamostiana an. 1720 in Augusto-Septembri; confirmata a Benedicto PP. XIII die 19.VII.1724; hac Synodo Ecclesia Ruthena usque ad an. 1891, s.d. Syn. Leopolitanam utebatur et consideratur inter fontes iuris canonici Ecclesiae Ruthenae.

[395] Capitulum Dubnense celebratum fuit die 26.V. sq. 1727 an., ut unionem Provinciarum Basilianorum ad effectum perduceret, sed sine exitu remansit, ob dissidia de s.d. monasteriis « Volhyniensibus », quae Basiliani ucraini simul cum Episcopis sibi a Lithuanis restituere postulabant. Cfr. ex. gr. *Litterae Basilianorum in terris Ucrainae et Bielarusjae*, vol. I: 1601-1730, Romae 1979, pag. 300-304, nr. 187-188, etc.

[396] Metropolitanus Kioviensis Leo Kiszka (1714-1728), antea Ep. Volodimiriensis (1711-1728), et Episcopi Rutheni: Polocensis - Fl. Hrebnyckyj (1716-1762); Smolenscensis - Laur. Druckyj-Sokolinskyj (1709-1727): Luceoriensis - J. Vyhovskyj (1716-1730); Pinscensis - Th.

Ep.pi, quatenus iuxta Mandatum Apostolicum Monasteria Ruthenorum Monachorum in Regno Poloniae et in Partibus Russiae sita reducantur in unam Provinciam, a Provincia Lithuana contradistinctam.

7. - Monachi vero Rutheni se id nullatenus exequi posse replicarunt eo, quod non habuerint sufficientia Monasteria ad constituendam Provinciam. Unde instabant quatenus Patres Lithuani Monasteria, in Regno Poloniae sita et a se nulliter occupata nulliterque suae Provinciae Lithuanae appropriata, sibi, id est Monachis Ruthenis restituant. Patribus vero Lithuanae Provinciae denegantibus huiusmodi Monasteria in possessione sua existentia restitutionem, Patres dicti Capituli Dubnen. irrito conatu rediverunt ad propria.

8. - Rursus anno 1739 convocatum fuit Capitulum Leopoliense,[397] ad effectum constituendae novae Provinciae seu erigendae novae Congregationis (f. 80) contradistinctae a Congregatione Lithuana. Rursusque Patres Poloni tum Monachi, tum Episcopi et Abbates restitutionem Monasteriorum suorum a Provincia Lithuana requirebant. Cumque iterum huiusmodi restitutionem Patres Lithuani recusassent, reservata actione Patribus Polonis ratione dictorum Monasteriorum coram quo de iure, nihilominus eorum Monasteria in Congregationem redacta sunt.

9. - Denique post annum 1742, coactum fuit alterum Capitulum Dubnae, ad effectum uniendi duas istas Provincias seu Congregationes, nimirum Provinciam Polonam et Lithuanam, ut sic duae hae Provinciae unam Congregationem Ruthenorum monachorum constituant, quarum utraque per suos respective Provinciales gubernentur, et utraque subsit uni Protoarchimandritae seu Abbati Generali. In quo quidem Capitulo Dubnensi[398] Patres Poloni seu alias Provincia Polona iterum requirebat a Patribus Lithuanis restitutionem suorum Monasteriorum, per Patres Lithuanos nulliter possessorum. Ubi de mutuo utriusque Provinciae consensu causa ratione dictorum Monasteriorum controversorum relicta est competitioni et decisioni Sedis Apostolicae.

10. - Tandem anno 1751, in Capitulo Generali Brestae celebrato,[399] instabant Patres Lithuani quatenus Capitulari Constitutione statuatur, ut dicta Monasteria controversa perpetuis temporibus maneant penes Lithuanam Provinciam, idque in fundamento Declarationis S. Congregationis de Propaganda Fide,[400] quam in ea causa emanasse allegabant, vigore cuius Declarationis huiusmodi Monasteria controversa Provinciae suae Lithuanae adjudicata esse dicebant.

---

Godebskyj (1720-1730); Chelmensis - J. Levyckyj (1711-1730); Peremysliensis - H. Ustryckyj (1715-1746)); Leopoliensis - A. Szeptyckyj (1715-1746).

[397] Capitulum Leopoliense an. 1739, diebus 25.VIII-3.IX.

[398] Capitulum Dubnense an. 1743, diebus 27.V.-12.VI.

[399] Capitulum Berestense II an. 1751, diebus 8-17.IX.1751.

[400] Forsan haec declaratio capitularis tunc temporis locum non habuit; declaratio vero Congr. de Prop. Fide locum habuit in Septembri 1750, opera Nuntii Varsaviensis, Alberici Archinto.

11. - Cum vero Patres Poloni in huiusmodi Constitutionem ferendam, utpote Provinciae suae praeiudiciosam, non consensissent, quin potius institissent, quatenus Patres Lithuani per se allegatam S. Congregationis Declarationem authentico documento produxerint, Patres vero Lithuani pro eo quod iuxta dispositionem juris huiusmodi documentum producere debuissent, Litteras nonnisi Ill.mi de Archinto, olim in Regno Poloniae Nuntii Apostolici,[401] de praefata Declaratione subsequuta innuentes produxerunt. Quibus Litteris praelaudatus Excel.mus Dominus Nuntius cum quadam comminatione inhibuit Polonae Provinciae, ne ratione dictorum Monasteriorum controversorum quaestionem movere audeat. Hic Provincia Polona nolens volens, ob metum reverentialem, in Constitutionem a Provincia Lithuana praetensam consensit et potius eandem ferre ad libitum Provinciae Lithuanae permisit et toleravit. Nihilominus, consummato Capitulo, quidam Patribus Polonis zelo ductus, coram Actis cuiusdam Consistorii de nullitate praefatae Constitutionis manifestatus et protestatus est,[402] nimirum quod in Constitutionem huiusmodi Provincia Polona non sponte et libere consenserit, sed eandem ob metum reverentialem ferri permiserit.

12. - Dum vero huiusmodi Protestatio Patribus Lithuanis innotuisset, eidem Excel.mo Domino de Archinto, olim in Regno Poloniae Nuntio Apostolico, retulerunt plus justo exagerantes atque in partem sinistram dictae Protestationis fere singula verba trahentes exponebant; itaque pro functo Excel.mo de Archinto dictam Protestationem vergere in contemptum Sedis Apostolicae et vilipensionem authoritatis. Inde ex ea propter memoratus Excel.mus Dominus Nuntius Ap.licus, occasione huius scriptae et calumniosae Declarationis per Patres Lithuanos factae, vehementer et maxime exarsit contra innocuam ac erga Sedem Apostolicam semper devotissimam Polonam Provinciam, qua vero haec mandatis Apostolicis esset refragaria. Hinc non adimpleta iusta excusatione, supramemoratam Protestationem de nullitate dictae Constitutionis ratione Monasteriorum controversorum in Capitulo Brestensi latae factam, ex quibusvis Actis, sub gravissimis poenis, eliminare mandavit. Quod quidem Mandatum suum non sine sensu gravaminis dicta Provincia Polona ad effectum perduxit, praefatam nempe Protestationem eliminare mandavit. Sicque ab hoc tempore subtacuit Provincia Polona usque ad annum immediate elapsum 1759, quo iterum, sub tempus Generalis Capituli Brestensis,[403] in mense 7-bris celebrati, contra Constitutionem toties dictam in immediate praecedenti Brestensi Capitulo[404] respectu praefa-

---

[401] Litterae Nuntii Varsaviensis Alberici Archinto; cfr. *Litterae de Prop. Fide*, vol. IV, pag. 237-242, nr. 1838, de dat. 26.IX.1750.

[402] Agitur de Hieronymo Oziemkiewicz, Superiore Luceoriensi, qui coram Actis Consistorii Luceoriensis latini Manifestationem fecit publicam; cfr. hac de re documenta annorum 1751-1753, et *Indicem nominum et rerum*.

[403] Capitulum generale Berestense III, diebus 5.IX.-2.X.1759. cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 25-26.

[404] Capitulum Berestense II, diebus 8-17.IX.1751; cfr. Ibid., pag. 25.

torum Monasteriorum controversorum latam capitulariter protestata est, ac scilicet dicta Constitutio praejudicaret juri suo, quod habet ad praeallegata Monasteria per Patres Lithuanos iniuste occupata et possessa. Porro Provincia Polona habuit iusta motiva dubitandi, quod hac in causa S. Congregatio definiverit aliquo favore Lithuanae Provinciae; nam imprimis Provincia Lithuana in spatio 8 annorum, videlicet ab anno 1751, quo Capitulum Generale Brestae coactum fuit, in quo Patres Lithuani praetensam declarationem S. Congregationis de Prop. Fide favore sui emanatam allegarunt, usque ad annum 1759, et hactenus non concurrunt authentice de huiusmodi Declaratione subsecuta, quamquam super hac toties essent requisiti a Patribus Polonis; secundo, quia Patres Lithuani propter fruendum jus suum ad Monasterium Buczacense, quod est praecipuum (f. 81) ex controversis, inter dubia, quasi ex Actis Capituli Generalis emergentia, S. Congregationi sequens dubium proposuerunt: — Dubium 13-tium: An Monasterium Buczacense omnino cedere debeat Provinciae Polonae? — Super quo obtenta Resolutione S. Congregationis de tenore sequenti: — Dominus Nuntius Poloniae, auditis utriusque Provinciae Provincialibus, ipso Protoarchimandrita, id statuat, quod aequum et utile ipsi videbitur. — Hac, inquam, Resolutione obtenta, saepedicti Patres Lithuani, in fundamento praeexpressae resolutionis, Patres Polonos citarunt ad Tribunal S. Nuntiaturae et Decretum favore sui super retentione eiusdem Monasterii obtinuerunt, quamquam Processus istius illegitimitas probabitur suo tempore. Porro si Patres Lithuani fuissent certi de subsecuuta Declaratione super Monasteriis controversis, utique, in dubium non vocassent jus suum. Hinc deducitur, quam subdole processerint iidem Patres Lithuani, et per falsas narrationes suas Excel.mum olim de Archinto Polonae Provinciae fecerunt infensum.

Iam Rationes evincentes dicta Monasteria, per Patres Lithuanos nulliter possessa, restituenda esse Provinciae Polonae, sunt sequentia:

1°. - Quia haec Monasteria orta sunt intra viscera Polonae Provinciae, et a Lithuania circiter 500 milliaribus italicis distant.

2-do. - Quia Synodus Provincialis Ruthenorum Zamosciae celebrata [405] et a S. Sede Apostolica approbata, tit. De Monasteriis et Statu Monachorum, fol. 107, decrevit, ut Monasteria dioecesis Vladimiriensis, Luceoriensis, Chelmensis, Leopoliensis et Praemisliensis reducantur in Congregationem seu Provinciam, contradistinctam a Congregatione seu Provincia Lithuana. Porro, omnia et singula Monasteria controversa sita sunt in dictis dioecesibus.

3-tio. - Quia non suffragatur PP. Lithuanis Jus Apostolatus, quod sibi servire praetendunt, quasi vero supra dicta Monasteria per ipsos essent conversa ad fidem. Siquidem talis conversio facta fuit zelo et industria Ruthenorum Episcoporum, qui dein vocarunt Lithuanos ad dandam instru-

---

[405] Synodus Zamostiana an. 1720, confirmata a Benedicto PP. XIII 19.VII.1724; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 49-50, nr. 660.

ctionem conversis. Quam utique veritatem agnoscentes PP. Lithuani non alligabant Jus Apostolatus in primo Dubnensi Capitulo, anno 1727 celebrato, cum Ep.pi unanimiter instabant, quatenus Monasteria pro tunc et ad praesens controversa, per PP. Lithuanos nulliter possessa, restituantur Polonae Provinciae. (f. 81v).

4-to. - Quia esto haec Monasteria PP. Lithuani deoccupaverint titulo Apostolatus, quod non facile probari potest, quia tamen Synodus Provincialis disposuit, ut huiusmodi Monasteria restituantur Polonae Provinciae, et PP. Lithuani, qui aderant Synodo nomine Provinciae suae, huic dispositioni se minime opposuerunt, quin potius in eam consensisse, facile praesumuntur, proinde, jus suum ad praedicta Monasteria tit. Apostolatus tueri non possunt.

5-to. - Quia pari modo non favet PP. Lithuanis supradictorum Monasteriorum longaeva possessio vel praescriptio, tum quia haec possessio non fuit pacifica nec ex supra allegatis probari potest, tum quia haec possessio fuit sine iusto titulo nec potest dici quod fuerit ab immemorabili tempore. Quod vero eiusmodi Possessio fuerit sine iusto titulo ratio est, quia PP. Lithuani ad tempus vocati erant ab Episcopis propter dandam instructionem neo-conversis, prout supra dictum est.

6-to. - Quia PP. Lithuani publico ore fatentur, se in hac causa non tam Jure defensionis circa justitiam uti, quam imaginarium quoddam punctum honoris tueri. Tum quia PP. Lithuani jactant se habere adeo opulenta Monasteria, ut decem Monasteria Provinciae Polonae non valeant pro uno Monasterio Provinciae Lithuanae. Porro, Provincia Polona minime erubescit paupertatem suam, adeoque paupertatem Monasteriorum suorum (quamquam non in eo gradu, quam jactantia PP. Lithuanorum determinat) fatetur ingenue; id quippe proveniat ex eo, quia Provincia Polona a parte australi, orientali et meridionali habet conterminos Cosacos, Tartaros et Valachos, ut liquet ex Carta Geographica, quapropter undique circumdata est incolis schismaticis, qui cum plene non subsint Turcarum et Moscovitarum Imperio, verum nonnisi eorum sint tributarii; pro innata avaritia, rapacitate, barbara sibique innata insolentia, Palatinatus Terrarum Russiae invadunt et devastant fere quolibet anno; e converso, Provincia Lithuana ab austro ad orientem habet conterminos moschovitas et borussos, quae nationes cum plene subsint suorum respective Principum Imperio sintque disciplinatae et a rapinis abhorrentes, nonnisi occasione formalis belli moventur, proinde cum fruatur pace, nec sit subjecta incursionibus et agrorum devastationibus, idcirco habet longe opulentiora Monasteria.

7-mo. - Quia Provincia Polona admodum pauca habet Monasteria in quibus possit sustentari honeste et commode major numerus Religiosorum atque propterea non habet tot Monasteria pro Studiis promovendis, quot habet Provincia Lithuana. Item non habet tantam facilitatem premiandi viros in Religione et Ecclesia Dei emeritos, nam Provincia Lithuana habet circiter 10 Abbatias, absque his 4, quae sint in Provincia Polona sitae (f. 82) nulliter possidet; habet praeterea Episcopatus sex, ad quos suae personae promoven-

tur. Provincia vero Polona 5 nonnisi Abbatias habet, ex quibus tres quidem utcumque valent, 4-ta admodum tenuos habet reditus, 5-ta pene nullos, estque quasi mere titularis. Episcopatus tres tantum sunt; ad quos personae ex Polona Provincia assumuntur.

8-vo. - Quia sicut et qualitate, ita et numero Monasteriorum Provincia Lithuana Polonam longe superat, adeoque non indiget se dilatare extra limites Lithuaniae, cum praeter 65 pinguia Monasteria, quibus illa constituitur, est in spe proxime augendi numerum, quando cum Dei gratia uniantur alia 52 pinguia Monasteria eiusdem Ordinis, ad praesens in schismate existentia; e contra Polonae Provinciae non est talis facilitas augendi numerum suorum Monasteriorum, quia novae fundationes non ita facile offerentur; schismaticorum vero Monasteria in Polonia non reperiuntur, quorum spe conversionis aleretur.

9-no. - Quia Provincia Polona licet habet quadraginta Monasteria vocalia prout et Lithuana debet totidem habere, juxta Decretalem « Inter plures »; verum sunt quaedam Monasteria in Polona Provincia Vocalium numero adscripta, quae octo personas Religiosas commode sustentare non valeant; adeoque ad mentem praefatae Decretalis « Inter plures » nequeunt subsistere; quorum proinde in posterum subsistentia unice a Providentia Divina dependet, id est: intantum subsistere poterunt, inquantum de munificentia Benefactorum auctos haberent reditus, alias non; quo casu, non esset par numerus Vocalium ex utraque Provincia, qui iuxta mentem praefatae Decretalis requiritur.

10-ma. - Quia Provincia Lithuana non potest probare jus suum ad praefata Monasteria ex monumentis fundationum, imo cum ex hoc capite olim probare voluit intentionem suam, adeo nullum probationis gradum attigit, ut potius si quae inventa sint fundationum momenta, in iis vel nulla fit mentio Provinciae Lithuanae, vel aperte deducitur praefata Monasteria pro Monachis Polonis esse fundata.

11-mo. - Quia S. Congregatio de Prop. Fide coram SS.mo aliquoties habita vota sua inclinavit in favorem Polonae Provinciae, eo quod ob rationes et jura per Defensorem dictae Polonae Provinciae deducta, manifestum et compertum eidem reddebatur, Monasteria, de quibus Actio fuit, institutionem alteri quam Polonae Provinciae adjudicandam fore.

12-mo. - Verum sub die 12 Februarii 1748 anno sequens rescriptum prodiit: — Dilata et scribatur Ep.po Zenopolitano juxta instructionem —; porro praecipuum fuit momentum Resolutionis differendae hoc, quia Excel.mus de Archinto, olim in Regno Poloniae Nuntius Apostolicus, ad importunas preces et falsam ac sinistram informationem PP. Lithuanorum scripsit epistolam S. Congregationi de Prop. Fide, de data anni 1747, 15 Aprilis, Dresdae, in qua praelaudatus Excel.mus Dominus Nuntius (f. 82v) retulit a Schismaticis peti restitutionem quorundam Monasteriorum per Monachos unitos S. Basilii M. usurpatorum. Et suppositum fuit a Procuratore Provinciae Lithuanae tum a Defensoribus dictae Provinciae, quod huiusmodi Monasteria a

Schismaticis praetensa ascendunt ad numerum (29) et omnia sint ex illis, quae constituunt Lithuanam Provinciam. Quare propensum fuit, ut quoties effectum haberet dicta praetensio et omnia praetensa Monasteria essent restituenda Schismaticis, Polonae autem Provinciae essent adiudicanda ea, de quibus ad praesens controvertitur, Provincia Lithuana redigeretur ad exiguum numerum Monasteriorum 25; e contra Provincia Polona numeraret Monasteria 50, ut allegarunt PP. Lithuani. Attenta igitur dilatione causae vigore laudati Rescripti: *Dilata* etc., extensa fuit Instructio et cum litteris transmissa ad Dominum Lascaris, Episcopum Zenopolitanum, pro tunc in Regno commorantem, qui cum fuerit infensus Polonae Provinciae, Lithuanae vero admodum favorabilis, aequivocam et insubsistentem super hac re, sicut et super aliis punctis dictae Instructionis dederat Informationem. Quae revocatio partim demonstrabitur suo tempore, partim ostenditur modo. Tum quia Monasteria super quibus Schismatici jus aliquod habere contentendebant, non erant 29, sed tantum numero 9. Tum quia Schismaticorum praetensio non ad sola Monasteria Lithuanae Provinciae, verum etiam ad Monasteria Polonae Provinciae sese extendebant; ut reliqua omittantur, Schismatici praetendebant et hactenus praetendunt quaedam Monasteria in Palatinatu Russiae, in Terra vero Premisliensi sita; ita vigore constitutionis circa annum 1639, in Comitiis Regni Generalibus favore Schismaticorum latae, qua constitutione statutum fuit, ut praedicta Monasteria perpetuis temporibus maneant penes Schismaticos, prout habetur in volumine Legum Regni Poloniae, ibi: — Monasterium autem S. Onuphrii cum villa Nanciulka, monasterium Laura cum villa Laurov, monasterium Smolnica de facto etiam perpetuis temporibus manere in possessione Disunitorum etc. — Tum quia haec causa PP. Lithuanis per Schismaticos intentata fuit in Judiciis Assessorialibus Regni, sed iam mortificata est, nec amplius Schismatici urgent; explicatum enim est Domino Legato Moscovitico per Magnates et Ministros Regni, quod huiusmodi Schismaticorum praetensio sit absque fundamento. Unde cessante praecipua causa, quae S. Congregationem inclinavit pro parte et favore Provinciae Lithuanae, justitia exigit, ut dicta Monasteria controversa, alias ad Provinciam Polonam pertinentia, eidem Polonae Provinciae restituantur.

## 369.

*Kupieczovia, 10.XI.1760.*

*Protestatio PP. Vocalium Cap. Generalis Brestensis an. 1759, de electionibus in hoc Capitulo peractis, de electione earundem personarum ad Officia Ordinis et Provinciarum; expositio historica rationum, suspiciones de conniventia personarum, de variis decretis et decisionibus S. Sedis et Congregationis, tentamina de praecludenda via dominio paucorum, de Actis ultimi Capituli etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali,* vol. 800, fol. 197-198v.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini,
Domini Nostri Clementissimi.

Congregati in Domino pro Capitulo Generali Ordinis nostri[406] Brestam, quo filialem subjectionem Patribus nostris submissius comprobemus, Reformationique Monasticae Disciplinae omni meliori modo ex animo incumbamus, vere venimus in altitudinem maris, dum adversis aliquot personarum, quas magis quam pro Ducibus et Patribus nostris, cum ea quae decet reverentia hucusque colebamus, luctantibus ventis ita in profundo aquarum submergimus, ut vix in hanc vel in alteram partem salvari valeamus. Clare enim, Eminentissimi Domini, et palpabiliter subintelleximus eosdem aliquot Patres eo omni studio et solertia omnique conatu tendere, quo non Religionis propagationem et interni Ordinis Regiminis debita incrementa, ast sola praedominantia gubernacula propter se ipsos ad ultimum spiritum stabilirent. Cujus quidem rei videntur non deesse evidentia documenta, dum non modo ea quaecunque antea venerandis Constitutionibus Apostolicis et Capitulorum Generalium salubriter fuerunt ordinata, per ipsos in aliquibus, quae perpetuam et licentiosam impediebant dictaturam, conculcata, verum quaecunque alia ex vi vocalitatis nostrae de jure praecustoditae a nobis ad reformandum et statuendum modo proposita, per ipsos solos rejecta et irrisa.

Imprimus itaque cum adhuc in anno 1751, finito quadriennali Generalatu Rev.mi Hipatij Bilinski,[407] eligeretur in Protoarchimandritam Rev.mus Heraclius Lisanski[408] eique in Consultorem modo relatus Religiosissimus Bilinski et in Secretarium Nicodemus Karpinski deputaretur, lata fuit in Capitulo Generali ejusdem anni, sub numero 16, Lex ea, qua vetante minime licuit eisdem duobus ultimis Patribus Officijs suis renuntiare et ulterius promoveri, nisi finito dicti Rev.mi Lisanski Generalatu, qui fuit usque ad actum praesentem prorogatus; hoc non obstante, idem Rev.mus Lisanski, Protoarchimandrita, facto cum ipsis, uti probabiliter supponendum, condictamine, quatenus contemporanee negotijs ipsius per propria et aliorum suffragia subvenirent, sibique ad invicem faverent, et unus alterum semper promoveret, finito primo quadriennio primum ad Poloniae, alterum vero ad Lithuaniae Provincialatus curavit promoveri; qui taliter promoti, postquam modernum capitulum electionis novi Protoarchimandritae et Provincialium immineret, non modo tales Superiores, qui nutibus eorum in praesenti Congressu parerent, verum alios Vocales, sine scitu Consultorum Provincialium, ut ferme ex unaquaque Provincia per 20 Personas a votis eorundem Provincialibus caeca obedientia dependentes comperti sint, ad Monasteria adscriverunt. Quam quidem arbi-

---

[406] Capitulum generale Berestense III, diebus 5.IX.-2.X.1759.
[407] Protoarchimandrita Hypatius Bilinskyj prima vice (1747-1751).
[408] Protoarchimandrita Heraclius Lisanskyj, electus ad octennium in Cap. generali Berestensi II, die 8-17.IX.1751 (1751-1759). Cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 25.

trariam talium Vocalium designationem cum e medio nostri Rev.mus Antoninus Mlodowski, Abbas Polocen.,[409] in actu inchoati Capituli, perlecto Cathalogo eorundem, non ad tenorem Resolutionum Eminentiarum Vestrarum anni praesen. factam esse exposuerit, statim clamoribus trium praedictorum Rev.morum Patrum Ordinis Superiorum atque Religiosissimorum Augustini Nowosielski, substituti Consultoris, Maximiliani Narolski, pariter surrogati Secretarij Generalitij, et Ambrosij Onyszkiewicz, Consultoris Provincialis Lithuaniae, aliorumque eisdem adhaerentium, ut non modo dictus Rev.mus Abbas Polocen, verum alij, unum idemque pro debita rectitudine cum ipso sentientes, quidquam amplius dicere potuerunt, obrutus fuit.

Propositum iterum fuit quod Scheda Vocalium a solo Rev.mo praesen. Generali et Provincialibus praedictis, contra tenorem Decretorum Sacrae Congregationis anni 1757, Resolutione XIII,[410] sine scitu aliorum, Jus et Interesse ad id habentium, constructa fuerit, et eidem Sacrae Congregationi a R.mo Patre Generali pro approbatione proposita, ex quo, ex propositis et resolutis anni nunc currentis die 30 Aprilis Dubijs, manifeste pateat, acsi haec Schaeda non ab illo tantum, sed et ab alijs Superioribus, qui modo primum in Capitulo praesenti hanc deceptionem resciverunt, facta fuisset. Sed cum praedicti Patres nostri contra Promotores ejusdem Propositionis magno calore malitiae exarsissent, ut etiam Excll.mus ac Rev.mus D. Praeses[411] hanc eorum animositatem vix sedare potuisset, pariter et haec quaestio pro inattendibili reputata.

Rogatus interim fuit dictus Rev.mus Protoarchimandrita noster, ut omnia Decreta et Ordinationes Sanctae Sedis et praecipue Constitutionem de consensibus sublatis promovendorum ad Abbatias, Abbatibusque per Metropolitanum pro Congressibus Hierarchicis convocandis ac usu Insigniorum Abbatialium sibi permisso, quo ultra juris communis dispositionem abutitur aliasque si quae prolatae sint pro informatione praesentis Capituli aliorumque absentium ne earum ignorantia ab observantia excusarentur, pariter silentium haec requirentibus imperavit.

Allegatae deinde fuerant Constitutiones 11 et 12 ultimi anni 1751 Capituli Brestensis, quibus Rev.mo P. Generali prohibetur ne ulla et praecipue majoris importantiae negotia, quae totam Religionem aut respective Provincias concernunt, inconsultis Consultoribus suis Generalibus atque Religiosissimis Provincialibus eorumque Consultoribus, alicubi privata authoritate promoveret, et cum Venerabiles et admodum R.di Joannes Lukianowicz,

---

[409] Antoninus Mlodowskyj, Alumnus pontificius Coll. Graecorum, ingr. 10.VII.1740, fil. Stanislai, ex Volhynia, an. 17, natus 15.VIII.1724; post discessum, Episcopus Volodimiriensis (1763-1779), Archimandrita Polocensis (1750-1763). Obiit ut Episcopus Volodimiriensis die 12.VI.1778.

[410] Agitur de quadam Resolutione mense Augusto 1757. Agitur de quadam nova Scheda Vocalium; cfr. forsan nr. 345, supra.

[411] Praeses Capituli Berestensis III an. 1759 erat Philippus Wolodkowicz (Coadiutor Metr. Kioviensis: 1752-1762; Metropolita Kiovien.: 1762-1778). Obiit die 13.II.1778.

Lithuanus et Sylvester Malski, Russiae, primi quadriennii ejus Generalatus Provinciales exposuissent,[412] se ipsis suisque Consultorijs Provincialibus inconsultis eundem Rev.mum P. Generalem varia negotia, etiam gravissima, quae dicuntur, esse injuriosa, tractasse, similiter praedicti Patres Primores cum alijs sibi associatis et dependentibus a se, uti jam superius relatum, Vocalibus, quorum complures ex dispensatoribus cubicularijs et amanuensibus tam Rev.mi P. Generalis quam Provincialium alijsque his similibus ad vocalitatem assumpti, qui neque sciunt nec intelligunt, quae proponantur et quali resolutione indigeant, ingenti clamore eosdem oppresserunt.

Cum vero uni ex praedictis Superioribus nempe Rev.mo Nowosielski, matura deliberatione intra se praehabita, quod non conveniat tam vehementibus clamoribus, res Capitulariter gestas ita contaminare, meliorem Consultationibus modum, quem etiam memoratus Rev.mus Abbas Polocen.,[413] maxime amplexus fuit, elegissent nempe, ut omnia negotia via secreta per calculos (f. 197v) nigros et albos expediantur, statim V. et Admodum R.dus Narolski, Secretarius, in alterum ex illis prorumpere non erubuit. — Quod de votis nostris obsuemus, ex quo facile erat colligendum praedictos Patres plus tempore vota Vocalium pro se iam coordinata habuisse, nihilominus tamen hoc non attento, quamvis contradicente ipso Rev.mo Generali, propositum fuit dubium, an Consultores debeant esse jurati, ad quod Resolutio facta est affirmativa; ulterius vero similiter duo dubia de Secretarijs utriusque Provinciae, 3tium vero: An in Consultationibus consultivam vel potius decisivam Consultores vocem habere debeant, efformata fuerunt, ad quae cum Resolutio ultra mentem ejusdem Rev.mi P. Generalis et non ad vota ipsius tali scrutinio pariter intercessisset, eo momento idem Reverendissimus Generalis videns vota secreta negotijs suis non succedere, magno motu se opposuit, declarando mentem suam, una cum dictis Patribus primoribus sibi adhaerentibus, se nunquam in talem votationem secretam consensuros.

Quamvis enim oppositam tenentes sententiam Decretum Sacrae Congregationis anni 1757, Resolutione XIV, magis Canonicam esse votationem via secreta eamque convenientiorem allegaverint, nihilominus tamen Pars contraria per praepotentiam et authoritatem suam superioritatem de proposito dubio: An Secretarij PP. Provincialium debeant esse jurati, nonnullos coëgit in voce ferre sententias. Primo itaque cum Rev.mus P. Generalis negative responderet, multi alij Vocales dissimulanter, nonnulli aequivoce et conditionate, alij vero Generalitiae et Provincialium fortissime, ob formidinem, adhaerentes, ferebant sententias. Fuerunt aliquot tales et praecipue Venerabilis et Admodum R.dus Geler, Magister Novitiorum Provinciae Lithuanae, qui vota sua contra sensum Rev.mi Generalis aperuerunt, sed

---

[412] Joannes Lukianowicz, Provincialis Lithuaniae (1751-1755) et Sylvester Malskyj, Provincialis Prov. Ruthenae (1751-1755). M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum,* pag. 35-36.

[413] Archimandrita Polocensis P. Antoninus Mlodowskyj (1750-1763); cfr. notam 409.

mox adhaerentes dictorum Patrum Praelatorum Ordinis comminati sunt ipsis quaeque extrema pro tali votatione contraria. Plurimos vero V. et Admodum R.dus Narolski, Secretarius Generalis, nutibus, gestibus in sententiam Rev.mi Generalis ita incaute et improvise inducebat, quod ipsum solus Excell.mus ac Rev.mus D. Praeses potuit optime advertere, in quem facta ab ipso debita animadversione, ita excitatae fuerunt statim rixae, contentiones, tumultus, charitatis laesio et extrema rerum omnium confusio, ut reliqui ab omni votatione recessissent, et sic transivit gloria nostra, quam speravimus in charitate, patientia, modestia et mansuetudine religiosa exornandam.

Considerantes itaque tantam praepotentiam nostrorum Praelatorum, debite exoravimus Excell.mum ac Rev.mum D. Praesidem nostrum, ut ad evitandas hujusmodi liberarum vocum in Capitulis oppressiones, et impediendum per arbitrarias Vocalium electiones continuum et perpetuum inter praedictas tres Personas aliasque, in post sibi in Officijs canonice succedentes, in Religione dominium, quod non tantum alios, etiamsi optime meritos, eo ipso ad promotionem quasi inhabiles et incapaces redderet, sed etiam merita sibi in Religione virtutibus alijsque humanis actibus conciliare coarctaret, in sequenti sessione proponere velit formandam more aliarum Religionum Constitutionem, quatenus nemo de functo Generalatus sive Provincialatus munere suo per duos turnos Generalitij Regiminis in Generalem et Provincialem eligi possit. Quae quidem postulata Patrum Excellentissimus ac Rev.mus Dominus Praeses proposuit in medio Congregatorum, et ut super hac quaestione votis secretis decidatur definivit; verum toties memoratus Rev.mus P. Generalis et duo Provinciales vehementer se huic opposuerunt, allegantes sibi per id infamiam irrogari; unde assumpserunt vocem alij, exponentes nullam inde sequi infamiam in alijs Religionibus, proinde nec in nostra id in partem infamiae trahi debet; deinde si hoc pro infamia quadam ijdem Rev.mi Patres nostri sibi inferenda sentiant, quare nos tali modo non debemus sentire perpetuum ipsorum Gubernium, ac exinde facile colligendum ex tali promotione praedominium, ad quod responsum ab ipsis reportavimus: — Talem Constitutionem futuram esse contra decreta Pontificia, quae tamen ad rem presentem producta non habuimus, et statim protestati ijdem Rev.mi Patres Praelati nostri fuerunt, se etiam a Capitulo recessuros.

Allegavimus unanimiter talem legem ad praecludendas vias perpetuo dominio omnino esse necessariam, quandoquidem Generales, Provinciales possint semper ad libitum suum eligere Personas Vocales et expetita fuerunt vota secreta: — An sit haec Constitutio proficua et necessaria Religioni vel non, sed et haec propositio non fuit admissa, clamatumque tantum fuit ab illis, talem quaestionem adversantem esse Decretis Pontificijs. In reliquo, sedando quasvis contentiones, proposuerat Rev.mus Mlodouski, Abbas Polocen., quatenus exploratis votis secretis singulorum, in casu potioritatis pro affirmativa hujus quaestionis, permittant dicti Rev.mi PP. Generalis et Provinciales fieri Recursum Capitularem ad Sanctam Sedem, ut illa circa

hoc quaesitum, pro suprema sua authoritate, statuat et definiat id, quod sibi aequum in Domino visum fuerit. Verum nec talis Recursus permissus fuit, quod maximum multis et respective junioribus, quos devotione erga venerandam Apostolicam Sedem adhuc crescere oportet, praebuit scandalum ex eo, quod ubi agitur de privato commodo seu perpetuo in Religione dominio praedictorum trium Congregatorum Patrum, etiam ejusdem Apostolicae Sedis authoritatem minime apprehendant. (f. 198).

Tandem ulterius ingerente V. et A.R. Lukianovicz,[414] Exprovinciali et Protoconsulture Provinciae Lithuanae, quatenus per decisionem Capituli obvietur praemisso sub r egimine Rev.mi P. Lisanski, Generalis Ordinis, abusui, ne nimirum Consultores et Secretarij Generales Ordinis, ad id muneris a tota Religione in Capitulis Generalibus electi, contra Constitutionem n° 16 positam Bresten. immediati Capituli, officium suum, post elapsum duntaxat quadriennium, in Capitulis Provincialibus deserere eo fine audeant, ut in Provinciales eligerentur. Cumque ad id respondisset unus Rev.dorum Patrum Abbatum novam Constitutionem condendam non esse, sed solummodo observantiam exactam Constitutionis anterioris Capituli Bresten. inculcandam, opposuerunt se praedicti Patres nostri Primores eidem Constitutioni, et petierunt hac super re vota secreta ferri; lata fuerunt vota ea, et postquam reviderentur, inventa fuerunt supra numerum votantium adeo, ut cum omnes Vocales numerum 98 non excedant, nihilominus tamen chartulae votorum centesimum numerum excesserunt, quo sat superque prodiderunt excessum nimis propensissimum sibi ex arbitraria designatione Vocalium ac exinde in tam serio actu integrae sacrae Religionis defraudationem.

Insuper negotia de educatione Novitiorum, profectu Religiosorum in spiritu Superiorum in omnes aequanimitate ac praestandis congruis Religiosorum commodis, praedictis tribus Patribus, Ordinis nostri Praelatis, non semel salubriter proposita, ita ab illis fuerunt praetermissa et neglecta, ut merito V. et Admodum R.dus P. Geller, Novitiorum in Lithuana Provincia Instructor, in praesenti Capitulo publice coactus fuerit illis exprobrare ac etiam authoritate Sanctae Apostolicae Sedis eosdem praemonere, ut serius et diligentius res ad rectum Religionis internum regimen et religiosam perfectionem assequendam pertinentes, tractare velint.

In ulteriori vero progressu Capitulari cum Excell.mus ac Rev.mus D. Praeses, ad preces multorum Patrum Capitularium, Rev.mum Lisanski, Generalem Ordinis, ad calculum Religioni in praesen. Congregatione ex reditibus trium principaliorum Monasteriorum Torokanen., Berezvecen. et Onufrien. necnon ex derelictis post defunctos Religiosos insignibus opibus et pecunijs auctos, stante adhuc suo Provincialatu Lithuano imo et moderno

---

[414] P. Joannes Lukianowicz erat Provincialis Lithuaniae (1751-1755). Protoconsultor eiusdem Provinciae (1755-59), et dein iterum Consultor (1759-1763). Cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 35-36.

Generalatu, ex evacuato Religionis publico thesauro, Massa communis appellato, ac per Constitutionem ultimi Capituli Bresten. nº 17, ad casum summae Religionis necessitatis praeservato, praestandum permoveret, responsum non alium ab eodem Rev.mo Protoarchimandrita, canonizantibus et collaudantibus ipsius hanc sententiam Religiosis P. Provincialibus alijsque supraexpressis, nisi sequentem reportavit: — Quis vidit aut audivit, ut Generales Ordinis calculum praestent? et in hac resolutione totum quaestionis finitum negotium.

Protestati fuimus tam in genere quam in specie de omnibus et singulis supra expressis, suo loco et tempore alijsque quaecunque motu, praedominio et conspiratione damnosa praedictorum Patrum nostrorum Praelatorum in fraudem Religionis et collusionem ordinis sancitorum ac votationum nostrarum legalitatum vergebant, eorumque hunc respectum ardenter exploravimus, ut cum omnes notrae Propositiones, quamvis toti Religioni summopere utilissimae, per praepotentiam, quam sibi per arbitrariam, ad libitum Vocalium electionem illicite et partialiter conciliarunt, rejectae essent, saltem ea omnia quae gesta fuerunt cum Protestationibus nostris Actis Capituli fideliter et diligenter connotarentur. Sed cum adverteremus excessivo mandato et imperio praedictorum trium Ordinis Superiorum nonnulla, quaecunque fuere ipsis odiosa, in aliquibus ad beneplacitum suum reformata et restricta, alia eliminata et suppressa, reliqua vero simpliciter rejecta et non connotata, proinde ne in praemissis aliquam in contrario sensu promoveant fidem, electionemque novi e medio sui Protoarchimandritae et ex moderno Generali Provincialis Lithuaniae, alias contra Propositionem superius a nobis relatam attentent, praesentem in osculo Sacrae Eminentiarum Vestrarum Purpurae subnectimus praecustoditionem, deplorata facie et cum humillimis precibus exorantes, ut cum indecorum esset, maxime in tali loco, ubi Schismatici tam Ecclesiastici quam Saeculares vix non majorem a Catholicis numerum constituunt, praedominio, oppositionibus et illusionibus praedictorum Rev.morum Praelatorum in propositis nostris praeaggravati, publica hujus conventus nostri solutione, cum extremo Unionis S. ludibrio gravissimum scandalum praeberetur, ac eo ipso Religiosae Professionis nostrae aliquomodo vota offerenderentur, dignentur benigne obviare huic perpetuae aliquot Personarum in Religione Dictaturae, ac super praemissis quid juris Praesidentium in Capitulis esse debeat statuere, nobisque ipsis ordinare quaecumque in Domino aequa visa fuerint.

Quam gratiam iteratis vicibus explorantes, Deum Ter Optimum Maximum (f. 198v) supplicibus votis et suspirijs exoramus, ut Eminentias Vestras, Dominos nostros Clementissimos continuae Fidei Catholicae, quam ore et corde profitemur, propagationi Unionis Sanctae incremento et faustissimo Religionis nostrae Gubernio in omni prosperitate quam diutissime conservare dignentur, quatenus eo ipso viva semper dare testimonia valeamus, nos esse cum omnimode filiali subjectione, et quam profundissima adoratione.

Eminentiarum Vestrarum, Dominorum Nostrorum Clementissimorum suppedaneos Servos et Exoratores continuos.

SAMUEL JANOUSKI, Ord. D.B.M. Archimandrita Grodnen.[415] (mpr).
ANTONINUS MLODOUSKI, Ord. D.B.M. Archimandrita Polocen. (mpr).
CYPRIANUS BULHAK, Ord. S.B.M. Archimandrita Pinscen.[416] (mpr).
ATHANASIUS SZEPTYCKI, Archimandrita Kaniovien. (mpr).
GEDEON LWOWICZ BEYNER, Archimandrita Zydyczynen.[417]
IGNATIUS ULINSKI, Ord. D.B.M., Archimandrita Dorohobuscen.[418] (mpr).
JOSAPHAT WYSOCKI, Archimandrita Zulkievien.[419] (mpr).
SYLVESTER MALSKI, Ord. D.B.M., Exprovincialis, Protoconsultor Prov. Russiae, actualis Superior Monasterij Crechovien. (mpr).
JUSTINUS ILASZEVICZ, Ord. S.B.M., Consultor Prov. Russiae, Superior Monasterij Poczajoven.
DONATUS POPIELEVICZ, Ord. S.B.M., Secretarius Provinciae Russiae,[420] Superior Monasterij Laurovien. (mpra).
BARLAAM WERESZCZAKA, Ord. S.B.M., Superior Bialostocen.
JOANNES LEVICKI, Ord. S.B.M., Superior Baren (mpr).
GEORGIUS JARZEBKIEWICZ, Ord. S.B.M., Superior Podembscen. (mpr).
NICEPHORUS HOBCZYNSKI, Ord. S.B.M., Monasterij Abbatialis Uniovien. Vicarius (mpr).
ANTIMUS LEGIEZIEWICZ, Ord. S.B.M., Superior Monasterij Lublinen. et Causar. ad Ven. Regni Lubl. Generalis Procurator.
JANUARIUS CZEBANOUSKI, Ord. S.B.M., Superior Milczen.
POLICARPUS WOLANSKI, Ord. S.B.M., Monasterij Tremboulien. Superior (mpra).
SYLVESTER LASZCZEUSKI, Ord. S.B.M., Collegij Graecorum de Urbe Alumnus, S. Theol. D., Monasterij Vicinen. Superior[421] (mpr).
ONUPHRIUS BRATKOUSKI, Ord. S.B.M., Superior Szarogroden.[422] (mpr).
HIERONYMUS NEREZIUSZ, O.S.B.M., Superior Novogroden.
HILARION LEVICKI, Ord. S.B.M., Superior Kryloscen.
DOMICIANUS JANOUSKI, Or.S.B.M., Magister Novitiorum.
DOSITHEUS JEWLASZEVICZ, Ord. S.B.M., Vicatius Monasterij Krechovien. (mpra).

---

[415] P. Samuel Janowskyj, Archimandrita Grodnensis (1741-1770); abdicavit et obiit Bytenii 1779.

[416] P. Cyprianus Bulhak, Archimandrita Pinscensis (Leszczensis), annis 1758-1788, et post 30 annos obiit an. 1788.

[417] P. Gedeon Lwoicz Beyner, erat Consultor generalis, ab anno 1750-1773 Archimandrita Zydyczynensis. Obiit an. 1773.

[418] P. Ignatius Ulinskyj, Archimandrita Dorohobuscensis (1755-1770).

[419] P. Josaphat Wysockyj, Archimandrita Zulkieviensis et quidem primus in serie. Cfr. *Indicem nominum et rerum.*

[420] P. Dometus Popielewicz, Secretarius Prov. Ruthenae ann. 1755-1759, Superior Lauroviensis.

[421] P. Sylwester Laszczewskyj, Alumnus pontif. Coll. Graecorum, de quo nihil habetur in elenchis Collegii; post suum reditum Superior monasterii Vicinensis, forsan post annum 1754(?). Annis 1759-1763 Consultor Prov. Ruthenae.

[422] P. Onuphrius Bratkowskyj, Superior Szarogrodensis ann. 1759-62, annis 1772-1776 Provincialis Prov. Ruthenae.

Anastasius Piotrouski, Ord. S.B.M., Phil. Laurovien. Professor[423] (mpra).
Ampliatus, Ord. S.B.M., Vicarius Monasterij Laurovien.
Victor Makulinski, Ord. S.B.M., Vicarius Monasterij Dobromilien. (mpr).
Hiacynthus Nesterski, Ord. S.B.M.,[424] Sacrae Theologiae Dobromilien. Professor (mpr).
Vigilius Szadurski, Ord. S.B.M., in Monasterio Dobromilien. Theologiae Dogmatico-speculativae Professor,[425] Alumnus de Propadanga Fide, Sacrae Theologiae Doctor (mpra).
Innocentius Matkouski, Ord. S.B.M., Sacrae Theologiae Doctor ejusdemque in Monasterio Leopolien. Primarius Professor,[426] SS.mi D.N. de Prop. Fide Alumnus.

Praesentem Copiam memorialis ex suo Originali, manu propria suprafatorum Vocalium subscripto, descriptam, et per me Notarium infrascriptum collationatam, cum eodem Originali in omnibus ejusdem punctis, nihil addendo vel detrahendo, concordare attestor, et in majorem fidem circa appositionem sigilli mei, quo in similibus uti consvevi, manu propria subscribo. Acta sunt haec Kupieczoviae, hac die, quae fuit Lunae, decima Mensis Novembris, Indictione Romana VIII, Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi Millesimo septingentesimo sexagesimo, Pontificatus SS.mi Domini Nostri, D.ni Clementis Divina Providentia Papae feliciter nobis Regnantis ejus Nominis XIII, Anno tertio.

Ita est.

Ego Gregorius Molerzycki, Sacrae Theologiae Licentiatus, Alumnus Collegii Pontificij Vilnen., Publicus Sacra Authoritate Apostolica Notarius (mpria).

## 370.

*Zahorovia, 14.XII.1760.*

*Innocentius Matkowskyj, ut Alumnus olim pontificius, refert de sua activitate in variis monasteriis et servitiis etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 9, fol. 36-37.

---

[423] P. Anastasius Piotrowskyj, Professor Philosophiae Lauroviae (1759-1760), dein Secretarius Prov. Ruthenae (1772-1775) et demum Provincialis Galiciae, post divisionem in quattuor Provincias, anno 1780-1784.

[424] P. Hyacynthus Nesterskyj, Alumnus pontificius Coll. de Prop. Fide, ingr. 3.XI. 1754, fil. Basilii, ex Prov. Ruthena, Kamenecensis, annorum 21, studuit theologiae (1755-1756); anno 1757 ordinatus in omnibus gradibus sacerdotii in eccl. S. Athanasii Romae, ab Episcopo graeco Schirò; cfr. D. Blazejowskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students Pont. College de Prop.* in « *Analecta OSBM* », vol. IX (1979), pag. 215; cfr.; etiam *Indicem nominum et rerum.*

[425] Vigilius Szadurski, Alumnus pontif. de Prop. Fide (ut supra *op. cit.*), Professor theologiae Dobromyli; cfr. *Indicem nominum et rerum.*

[426] Cfr. supra notam 427.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini, Domini Benefactores Maximi.

Sicuti gratissima semper mente recolo summum illud a Sacra Congregatione de Propaganda Fide mihi benigne praestitum beneficium, quo duo ante lustra inter Alumnos inclyti illius Urbani Collegij admissus,[427] integroque cursui Theologico vacando, per aliquot annos ibidem moratus fui, ita pro ejusmodi beneficio tum Eminentiis Vestris, quibus praeesse datum est eidem Sacrae Congregationi, tum ipsi Venerabili Collegio aeviternum obligationis meae profiteor vinculum; profitendo id nunc re, praesto (f. 36v) quod obstrictus jure jurando iam diu animo feci, scribo, inquam, prout sancte sub juramento spopondi. Prius itaque de me ipso, mei exercitio, et loco, ubi moram hucusque traho. Primo anno, immediate postquam redieram in Provinciam, Concionatorem egi Leopoli in ecclesia Stauropigiana; nam ante studia Theologica in Civitate Hosca Professor fui mediae et supremae Classis Grammatices, dein Poëseos et Rhetoricae saecularis ac religiosae; sequenti vero anno expeditus eram ad pertractanda quaedam negotia Romae; inde redux, tribus annis Philosophiae Luceoriae, tribus Teologiam in Monasterio Leopoliensi ad Sanctum Georgium tradebam juvenibus Monachis, non praetermittendo semper et ubique praedicationis studium, prout testari possunt dictae et aliae bene multae civitates ac pagi; annus demum iam alter incepit, ex quo in Capitulo Generali, Brestae celebrato,[428] fui non immerito ab Ill.mo Praeside, clausula conditionis circa subscriptionem apposita est, immeritus quidem, votis tamen liberis Patrum electus sum in Consultorem Provinciae Polono-Ruthenae, suffragio denique Superiorum assumptus ad Superioratum Monasterij Zahoroviensis, cujus curam et regimen exercens, in aedificanda ecclesia de lapide cocto, in Divinis administrandis utriusque Ritus, Latini nempe et Graeci, tum jure Parochiali tum concessivo ab Ill.mo loci Ordinario Luceorien., Antonio Wollowicz,[429] in propaganda tandem (f. 37), mediante Verbo Dei, et opere singulis Dominicis et Festivis diebus, Sancta Unione, pro salute animarum operam et laborem meum impendo, hactenus de me fideliter, succincte et absque jactantia in verbis, cum ex omni temporis et secundo loco, de silentio mei diuturno pauca per modum excusationis genuinae adijcio; silui ergo per multos annos, quia firmiter credebam pro me non silere imo locuturos meos Superiores, quod satis esse voto intellexi, ad certiorandum quolibet anno Sacram Vestram Congregationem,

---

[427] P. In. Matkowskyj, Alumnus pontificius, ingr. 2.XII.1748, ex eparchia Haliciensi et Prov. Ruthena, ordinatus in omnibus gradibus sacerdotii an. 1751, in S. Athanasio, ab Episcopo Schirò; post reditum et expleta varia officia, erat Consultor Prov. Ruthenae (1759-1763), dein annis 1780-1784 Provincialis Prov. Polonae, post divisionem Ordinis in quattuor Provincias; cfr. D. Blazejovskyj, *Ukrainian and Bielorussiam Students in the Pont. Coll. Urbaniano de Prop. Fide*: 1627-1846, in « *Analecta* OSBM », vol. IX, pag. 214; M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pag. 36-37.

[428] Capitulum Berestense III an. 1759, diebus 5.IX.-2.X. in quo etiam fuit electio regiminum provincialium, et P. Innocentius electus fuit in Consultorem Provinciae Ruthenae.

[429] Antonius Wollowicz, Episcopus Luceoriensis latinus (1755-1769).

Eminentissimi Domini, per me elicito, prout olim declaratum est, et Brevi Apostolico roboratum. Verum enim vero cum ad praesens aut nullam fieri scriptionem hac de re per eosdem respective Superiores, et aliunde egomet ipse doceor habere aetatem, loquor, ut sentio, nec desinam amodo, modo loquentem grato animo Eminentiae Vestrae, Domini mei Clementissimi, dignentur excipere, affectibus fovere, protectione tueri, cum integra, cujus sum filius, Provincia; hujus enim nomine circa apprecationem longissimorum annorum pro bono catholicae Fidei, in profundissimo Sacrarum Purpurarum osculo maneo.

In Russia, Zahoroviae, die 14.Xbris 1760.

Eminentissimorum et Reverendissimorum Dominorum humillimus, devot.mus et oblig.mus Servus

INNOCENTIUS MATKOWSKI, Ord. D.B.M. Monachus

## 371.

*Dobromil, 16.XII.1760.*

*P. Vigilius Szadurskyj, Alumnus olim pontificius, de sua activitate in diversis monasteriis, et praesertim de Lectoratu in Leopolitano et Dobromyliensi etc.*

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni,* vol. 8, fol. 758-59.

Eminentissimi, Excellentissimi, Revd.mi Domini,
Protectores Singularissimi.

Quia benignissimi Coeli mihi, licet indignissimo, fas esse duxerunt, vel semel in annum, sub sacerrimam Eminentiarum Vestrarum affugere Purpuram, ideo hoc Divino fretus beneficio, per hasce meas humillimas devotissimum Eminentialis Fimbriae exsolvo osculum, exorando a Deo T.O. Maximo Eminentissimis meis et singularissimis Protectoribus salutem peroptimam, vitam perdiuturnam et omnia quaeque faustissima. Ut autem et ulteriori obligationi meae satisfiat (f. 758v), circa profundissimam venerationem defero me proxime elapso anno officium obivisse Professoris Theologiae Dogmatico-Speculativae in Civitate nuncupata Leopolis, nunc autem a Superioribus Religionis nostrae, attenta mea modica sanitate, adstrictus, et studium et locum mutavi, etenim per Litteras obedientiales assignatum est Monasterium Dobromiliense, in quo et munus Praesidis peragere injunctum est; quod postquam suscepi omnia, operam impendo, ut Patres et Fratres nostri meo regimini commissi, singula quae fidem Catholicam Orientalis Ritus (f. 759), Regulam S. Patris Basilii concernunt, exactissime observent atque Deo auxiliante cuncta in suo rigore servantur. Iam si a temeritate ac illicito ausu absolvant, audebo supplicare informationem, utrum teneantur Religiosi Alumni deferre suos Superiores omnibus praepositos Sacrae Congregationi,

si eos quandoque observarerint deviavisse in nonnullis gravis momenti? et an id deferentes, futuri immunes a rigore suorum Superiorum, quem possent extendere, si se delatos rescirent, et qui modus hujus immunitatis?[430] His expressis, provolutus ad Eminentissimas plantas maneo.

Ex Russia. - Datum in Monasterio Dobromiliensi, 1760 Anno, die 16 Xbris.

Eminentiarum Vestrarum humillimus Exorator et Subpedaneus

P. Vigilius Szadurski, O.S.B.M. (mpr).

---

[430] P. Vigilius Szadurskyj, Alumnus olim romanus; cfr. notam 425 et 339, qui ut videtur quoddam delictum Superiorum deferre intendebat.

# INDICES

I.

# INDEX NOMINUM ET RERUM

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ, OSBM

*Numeri referuntur ad paginas voluminis; signati « n » ad notas voluminis*


ABBATES claustrales 197. 255; – episcopi 255; – monasteriorum 243; – monachi 179; – mitrati 60; – Ordinis 241; – religiosi 196. 237. 276; – titulares 257. v. Archimandrita.

ABBATIAE, monasteria 305.

ACTA Capituli 341; – Beresten.ɔis III 315. 335.

ACTA Luceoriensia 219. 281. 230; – Consistorialia 325.

ACTA Nuntiaturae 231. 233; – Visitationum 299.

ADAMOWICZ Adam, fidelis 67.

ADMINISTRATOR Metrop. Kiovien. (Szumlanskyj) 217. 217n.

AGENS romanus 211.

ALBA DUCALIS, monast. 203. 204.

ALUMNI Basiliani 268. 277; – Philosophiae 164; – Congr. Prop. Fidei 24; – pontificii 266. 317; – Vilnenses 277. 278-9 (nomina).

AMPLIATUS, OSBM, Vicar. Laurovien. 343.

ANNA Ivanovna, czara (1730-1740) 40n.

ANNULUS 173.

ANTECAPITULUM, conventus 119.

ANTONELLI Nic., Secretarius Prop. F., 306n.

ANTOPOL, monaster. 94. 101. 102. 112. 168; – Vocale 97. 101. 119.

ANTOPOL consultatio 112. 115. 116. 125. 200n; – convocatio 117. 124.

APOSTATA 49.

APOSTOLI 50; – festum 14.

APPARATUS sacer 173.

ARCHIMANDRITA, superior mitratus 271. 271n. 280. 280n. 286. 288; – Ruthenus 262.

ARCHINTO Albericus, Nuntius Ap. Varsav., Cardinalis 222n. 223. 225. 232n. 235. 238. 238n. 249. 249n. 262. 262n. 266n. 299. 305. 305n. 312. 315. 315n. 317. 317n. 322. 323. 330n. 331. 331n. 332.

ARCHIVUM Hospitii 306.

AREOPAGITA Dionysius, S. 274.

ARTECKYJ Silvester, Secret. generalis 92. 94. 99. 100. 104. 107. 110. 117. 118. 120. 123. 124. 126. 131.

ASCENSIO Domini Nostri 181.

ASSUMPTIO B.V. Mariae 183. 185.

ATHANASIUS Russiae (J.V. Rutskyj) 47.

AUDITOR Curiae Metrop. 298. 299; – Nuntiaturae Apost. 125. 320.

AUGUSTUS II, Rex Pol. 39n. 66n. 165.

AUGUSTUS III, Rex Pol. 75n. 165. 172n. 217.

AZYMUS panis 221.

BABILONIA, terra 128.

BACULUM archimandritale 295.

BAKOCYN, Residentia 109. 182. 209.

BALABAN Gedeon, ep. Leopol. 48n.

BANKOWSKA Domina 172.

BAR, oppidum 70; – monast. 143. 184; – vocale 102. 103. 109. 119. 121.

BASILIANI Rutheni 5. 29. 33. 34. 36. 55. 75. 80. 82. 84. 87. 89. 190. 199.

202. 260. 263; – Religiosi 217. 218. 266. 275n. 279. 306. 329n.
BASILIUS S., Pater Eccl. 281. 294. 334.
BASILIUS, monachus 282.
BEATISSIMUS Pater 28. 31. 243.
BENEDICTUS XIII, Papa 59n. 279n.
BENEDICTUS XIV, Papa 90. 105. 206. 207. 212. 213n. 235. 242n. 251. 261n. 275. 287. 294. 296. 301. 314. 314n. 317.
BENEDICTIO apostolica 27.
BENEPLACITUM S. Sedis 307.
BERESINA, flumen 167.
BENEDICTINAE moniales Leopolienses 248.
BERESTENSE Capitulum 200. 200n.
BERESTENSE I Capitulum 135n. 248. 248n. 332.
BERESTENSE II Capitulum 204n. 213. 213n. 229n. 237. 238. 238n. 244. 244n. 248. 307n. 308n. 309n. 312. 312n. 331. 331n. 341.
BERESTENSE III Capitulum 316n. 317n. 317. 326. 335. 336. 337n. 344. 344n.
BERESTENSIS Palatinatus 169.
BERESTEN. Synodus Provinc. 48n.
BERESTENSIS Unio (1596) 192n. 328n.
BERESTENSE Vocale monasterium 97. 101. 119.
BEREZWECZ, monasterium 25. 26. 27. 29. 149. 244. 245. 340; – Superior 30.
BERLO Arsenius, ep. Mohilovien. 76n.
BERSZADEN. Residentia 110. 208.
BEYNER Gedeon Lwowicz, Cons. generalis 201. 205. 316. 319. 342. 342n.
BIALA (Alba ducalis), monaster., oppid. 89. 92. 93; – monast. Vocale 97. 101. 119.
BIALOZOR Marcianus, ep. Polocen. 7. 7n.
BIALOSTECENSE monasterium, vocale 102. 108. 116. 121. 142. 239.
BIELACKI Nicephor., OSBM 69.
BIESIADENSE monasterium, vocale 102. 108. 109. 116. 121. 141. 180.
BIESIADYCKYJ, Decanus Czervonograden. 184.
BICHOVIA, oppidum 62.
BICHOVIENSIS Decanus 62. 62n. 72. 76 (v. Em. Klimontovicz).
BILCZENSIS Residen. 109. 184.
BILCENSIA molendina 184.
BILINENSIS Residen. 109. 149.
BILINSKYJ Hypatius, Proto-archimandrita, Provincialis etc. 75. 91. 88. 89. 99. 104. 110. 120. 123. 118. 201. 203n. 205. 216. 219. 226. 230. 240. 252. 258. 259n. 285n. 290. 291-3. 297. 315. 315n. 316. 317. 319. 320. 336. 336n.
BILILOVIENSE monaster., vocale 102. 108. 109. 114. 121. 143.
BITENENSE monaster., vocale, op., loc. 6. 9. 10. 14. 21. 24. 231. 234. 239; – Vocale 97. 101. 119.
BITENENSE tirocinium 86.
BITENENSE Capit. Provinc. 298n. 245n.
BITENENSIS Legatus 97. 119.
BITKOWSKI Georgius, Conc. Bresten. 123.
BLAHOVICEN. Parochia 68.
BLANCHIS De, Archivista 37.
BLAŽEJOVSKYJ Demetrius, scriptor 34n. 44n. 54n. 87n. 111n. 138n. 250n. 268n. 270n. 301n. 343n.
BLUDUCHA Dan., fidelis 77.
BOGDANSKI Vic., Notarius 123.
BOHACZEWSKYJ Moyses, Cons. Prov., Super. Leopol. et Vicinen. 89. 91. 247. 248n. 326. 326n.
BOJANOVIENSIS Residen. 109.
BOLECHOVIENSIS Residen. 109. 144. 182.
BOLOZYNOVIENSIS Residen. 109.
BONA Abbatialia 288.
BORISTENES flumen 45. 48.
BORUNENSE monasterium, Vocale 97. 101. 119. 169.
BORISOHLEBENSIS ecclesia 71.
BOSCINOVIENSIS Parochia 71.
BOSKOVICZ Basilius, croata, OSBM, Lector, Procur. gener. 136. 137. 137n. 186. 186n. 205. 247n. 254n. 264. 264n.
BOTWINENSIS Parochia 70.
BRACLAVIENSIS Districtus 67.
BRACLAVIENSE monasterium, archimandria, vocale 102. 240. 240n. 242.
BRAHINSKI Sielec, Resid. 48. 57. 61.

BRATKOVSKYJ Onuphrius, Sup. Szarog., Provinc. 342. 342n.
BRESTA, op., monaster. 135. 136. 165. 203.
BREVE pontificium 53. (Urb. VIII) 54. 55. 57. 59. (Ben. XIV) 62. 84. 95. 207. 212. 227. 246. 261. 267. 268. 295. 345.
BRUNSBERGENSE Colleg., Alumni 5n. 144.
BRZEZANEN. Residen. 110. 208; – Officialis 172.
BRZOSTOWSKI Const., ep. Vilnen. 127. 127n. 128.
BRZUCHOVIEN. Residen. 110.
BUCZACENSE monasterium 169.
BUCZYNENSIS Residen. 109. 142. 181. ad Zloczov.
BUDZINSKI Maximus, Sac. 69.
BULHAK Georgius, ep. Pinscen. 3n. 4. 5. 7. 342. 342n.
BULLA pontif. 28. 127. 132.
BULLA exemptiva 218.
BULLARIUM 217.
BUSSOVISKA, villa episcopalis 147.
BYCHOVIEC, Canon. Vilnensis 168.

CAESAREA Maiestas 31.
CALVINISTAE secta 46.
CAMENECENSE monasterium ad cathedram 101. 108. 109. 116. 121. 143. 183.
CANCELLARIUS Consist. Cracovien. 325; – Nuntiaturae 15; – Lithuaniae 229.
CANONES Sacri 39. 69. 73. 108. 288. 294. 305. 302.
CAPELLA S. Crucis 168.
CAPITULUM Generale 3. 96. 103. 202. 212. 340.
CAPPUCINI, Patres 26.
CARDINALES Prop. Fidei 19. 74. 112. 220. 223. 284. 298. 311.
CARLOSTADIEN. oppidum 84.
CARLOVITZ, civitas 84.
CARLOVITZENSIS Congressus 86.
CARMELITANI Discalceati, Patres 43. 55. 165. 338n.
CAROLUS VI, Imperator Austriae 84n.
CAROLUS VII, Imperator Austriae 83. 84n.
CARPATUS (Karpaty), montes 41.
CASTELLANUS Kiovien. 81; – Praemislien. 144.
CATECHISMUS 67.
CATECHIZATIO 234.
CATHEDRALE Capitulum 198.
CATHOLICI 63.
CHELMEN. Eparchia 59. 106. 170; – episcopatus 87. 213. 253n. 332.
CHELMENSIS eparchiae monasteria nr. 3 – 159. nr. 8 – 161. 169.
CHELMENSIS civitas 202.
CHOCIATOVIEN. Parochia 69.
CHOCIATOWSKI Zacharias, sacer. 71.
CHOCIM, oppidum 314.
CHOMA Joannes, script. 203n.
CHOMSCENSE monaster. 169; – Parochia 72.
CHOROBROVIENSIS archimandria (pseudo) 255.
CHOTKIEWICZ Pachom., OSBM 182.
CHRISTIANA doctrina 72.
CHRISTI Vicarius 33.
CHRISTUS Dominus 50; – potestas 79; – Salvator 282.
CHWIEDOROWICZ Gregorius, fidelis 67.
CLEMENS VIII, Papa 48. 48n. 176. 192.
CLEMENS XI, Papa 218.
CLEMENS XII, Papa 262.
CLEMENS XIII, Papa 343.
CLERUS saecularis 138. 196. 235.
COELI mons. (Romae) 32.
COLONI, labor. agricoli 168. 311.
COLOTZEN. Archiep. Hungariae 85.
COLLOQUIUM Lublinense 273. 273n.
COLLEGIUM 138; – Graecum 31; – pontif. Romanum 133. 319; – de Prop. Fide 35. 135; – Ruthenum Vilnense 268.
COMITIA generalia 57. 82. 125; – Regni 225. 335.
COMMISSARII 3. 5. 9; – regii 48.
COMMISSIO 125; – Regia 149. 166. 192.
COMMUNIS vita 283.
COMMENDATARIUS eparch. Leopolien. 255.

CONCIONATOR 229; – Leopolien. 344.
CONCORDATUM Reip. Polonae 262.
CONFESSIONES sacramentales 259. 277.
CONFRATERNITAS Leopol. Stauropigiana 180. 218.
CONGREGATIO (ORDO) Basiliana (OSBM) 216. 229. 235. 246. 259. 267. 269. 271. 272. 275. 286.
CONGREGATIO Indulgentiarum 123.
CONGREGATIO Lithuana 330.
CONGREGATIO Ruthenorum 226. 236. 238. 243. 314.
CONGREGATIO SS. Trinitatis 7. 36. 55. 56. 61. 64. 213. 215. 304. 329.
CONGREGATIO Universa 240.
CONGREGATIO S. de Prop. Fide 5. 9. 10. 11. 15. 19. 20. 21. 23n. 24. 32. 35. 36. 37. 45. 53. 51. 55-59. 66. 67. 72. 74. 111. 114. 115. 124. 132. 139. 186. 209. 213. 222. 230. 231. 234. 236. 237. 238. 245. 246. 261. 266. 267. 271n. 273. 274. 286. 289. 290. 291. 292. 294. 305. 306. 309. 315. 317. 320. 321. 323. 324. 325. 326. 327. 330. 334. 335. 337. 338. 344. 345.
CONGRESSUS hierarchicus 270. 271n. 273. 275n. 337.
CONGRESSUS Thorunensis 39. 39n.
CONOPEUM 173.
CONSANGUINEUS Mediator nobilis 229.
CONSENSUS Ordinis 214; – Cap. General. 206; – Ambr. Turgariski 104.
CONSILIUM generale OSBM 10.
CONSTANTINOPOLITANUS Patriarcha 45.
CONSTITUTIONES Apostolicae 276. 294. 336.
CONSTITUTIONES Capitulares Ordinis 212. 330. 336. 322. 331.
CONSTITUTIONES Regni 218.
CONSULTATIO generalis 94. 107. 114. 297. 338.
CONSULTORES Generales Ordinis 21. 57n. 58. 93. 94. 95. 112. 121. 204. 204n. 239. 264.
CONSULTORES Provinciales Provinciarum 89. 95. 97. 103. 219. 236. 239. 325. 326. 337.
CONSULTORIUM generale Ordinis 15. 56. 87. 89. 93. 94. 104. 107. 124. 130. 202. 203. 206. 208. 210. 212. 214. 226. 235. 236. 237. 238. 239. 241. 246. 252. 263. 264. 286. 290. 302. 304. 307. 315. 323. 340.
CONSULTORIUM Provinciale 88. 244. 248. 264. 324. 325.
CONSTANTINUS dux Ostrogiensis 282. 283.
CONTUMACIA, incorrigibilitas 167.
CONVENTUS Antecapitularis 97; – Episcoporum 271. 272. 273. 275.
CONSISTORIUM Luceoriense latinum 232. 325.
COSACCHI disuniti 149; – milites 49. 51. 157.
COSTA Jacobus, theatinus, Praef. Coll. Leopol. 34. 34n.
CRACOVIA, civitas 326; – Acta 326.
CRASSOWSKIE, fam. 175.
CREDITORES romani 16.
CREMENECENSE monaster. 109. 142. 252.
CROATIA, terra 31. 85. 285.
CRUX S. aurea 172.
CRUCIS S. monasterium 259.
CULTRI argentei 172.
CURLANDIA provincia 314.
CYTOWICZ Alexander, sac. 69.
CZAPLIC Marcus, Auditor Chelmen. 92. 254n.
CZARA Moscoviae 40.
CZARKOWSKYJ Athanasius, OSBM, Procur. generalis 93. 93n. 111n. 237. 237n. 247. 259. 290. 291. 292. 293. 297. 305.
CZARTORISKI princeps, Palatin. Russiae 46. 46n.
CZARTORISKI Federicus, Cancell. Lithuaniae 226n. 229n.
CZEBANOVSKYJ Joannes, OSBM, 177. 178. 342.
CZECZKOWSKI Justinus Secret. Provinc. 100. 121. 133. 134.
CZERCIEN. monast. vocale 97. 101.
CZEREKOVIENSIS Parochia 69.

CZERNIECHOVIENSIS Parochia 81. 82.
CZERNIHOVIENSIS oppidum, Residentia 48. 109.
CZEREJENSIS monaster. vocale 119.
CZERNIOVIENSIS Paroecia 70.
CZERNOVIEN. Capitaneus 144.
CZETVERTYNENSIS Residentia 109. 142.
CZETWERTYNSKI princeps 182.
CZOLHANSKA Domina 182.
CZOLOWSKI Hilarion, Sup. Letnianen. 83. 92.
CZORTKOVIENSE monaster., vocale 143. 185. 107. 109. 116. 121.
CZUDOWSKI Dam., Cons. gen. 44n. 131.
CZULEC Spiridion, sac. 71.
CZULSKI Jacob. Joseph., Procurator c. 231.
CZYHRYN Cosm., sac. 71.
CZYRYNENSIS Parochia 72.

DAMIANUS, OSBM, Alumnus 44.
DASZKOVCA Parochia 62.
DASZKOVIEN. Parochia 72.
DECISIONES Capitulorum 238.
DECLARATIO Prov. Ruthenae 232.
DECOLLATIO S. Joan. Bapt., festum 181.
DELEGATUS Apostolicus 98. 107. 112. 114. 115.
DEIFERI Patres 280. 283.
DECRETALIS « Inter plures » 105n. 107. 114.
DECRETA Reformationis 197.
DECRETA Sedis Apost. 89. 127. 197. 199. 222. 249. 296.
DECRETALIS SS.mi D. 157. 200. 201. 207. 208. 215. 242. 271. 287.
DECRETALIS Ep. Latinorum 90.
DECRETA Romana 64.
DELEGATUS Ap. 124.
DEMETRIUS S. tit. eccles. 182.
DEMIANOWICZ Mich., sac. 71.
DERAZYCENSIS Residen. 109.
DEREVIANENSE monaster. 14. 102. 108. 116. 121.
DERMANENSE monaster. abbatiale 169. 170. 279.
DERMANENSIS Archimandria 5. 6. 6n. 102. 253. 263. 263n. 296. 304; – Legatus 97. 119.
DICTATURA religiosa 341.
DIGNITAS ecclesiastica 215.
DIPLOMATA regia 249.
DISCIPLINA monastica 215.
DISPENSATIO Apost. 211.
DOBROMYLEN. monast. vocale 101. 108. 109. 116. 121. 140. 239. 240. 285. 300. 301. 313. 318. 345. 346.
DOBROSIELEN. Parochia 78.
DOBROHOREN. monast. vocale 97. 101. 119. 169. 292.
DOBRZANEN. monaster. vocale 102. 108. 116. 121. 144. 181.
DOBRZANSKI Sophr., Sup. Podhorecen. 89.
DOMASOVIENSIS Residen. 144.
DOMBROVNEN. Parochia 78.
DOMBROVSKYJ, Decanus Tysmien. 183.
DOMINICANI Ordo, Patres 43. 70.
DOROHOVISCENSE monast. abbat. vocale 102. 170. 254. 254n.
DOROHOVIENSIS Residentia (ad Krylos) 109. 110. 144. 183.
DRUCKI-SOKOLINSKI Laur., ep. 329n.
DUBINKA Philip., fidelis 80.
DUBNO oppidum, monasterium, archimandr. 5. 6. 102. 107. 169. 170. 253n. 279. 281. 282. 283. 304.
DUBNENSE monast. S. Crucis 168; – Capitulum gen. 79. 79n. 97. 107. 329n. 333; – Capit. gener. 17. 43. 77. 86. 89. 90. 90n. 93. 94. 105. 105n. 112. 130. 151n. 204. 204n. 219n. 238. 238n. 239. 244. 244n. 320. 320n. 321.
DUBIA varia 244; – Protoarchimandritae 260.
DUBAWSCENSE monast. S. Salvatoris 283.
DUCES Ordinis 336.
DUX Lithuaniae 45.
DYDYCKI Innoc., Sup. Vic. 89. 92.
DYNKOWSKI, Dominus 181.
DYMPOVICIEN. praedium 176.
DZWINIACENSIS Residentia 109.

ECCLESIA Dei 214. 258. 289. 330.
ECONOMIA regalis 45.
ECCLESIAE Pastor universalis 225.
ECCLESIASTICI 310.
ELIAE S. monasterium (ad Krylos) 144.
ELISABETH, czarina Moscoviae (1741-1762) 40n. 225.
EMISSARII 219.
ENCYCLICAE litterae 127.
EPARCHIAE Ruthenae 260.
EPISCOPI Rutheni 31. 306.
EQUI 173.
EUROPAE fines 267.
EVANGELIUM Sanctum 267.
EXALTATIO S. Crucis, festum 183. 184.

FABRITIUS Adr., OSBM 7.
FAGOPIRIUM (Hreczka) 178.
FALDISTORIUM archimadritale 295.
FIDES Catholica 25. 66; – Sancta 44. 49. 51. 61. 62. 64.
FILIPPOWICZ Simeon, episcopus in Croatia 85.
FLORENI polonicales 82.
FORMULA iuramenti archimandritalis 290. 291. 292. 293. 301. 302. – Alumnorum 267.
FORMULA Institutionis archimandr. 291. 305.
FORMULA Installationis archim. 301.
FRANCISCI S. Patres 43.
FRANCISCANI Patres 165.
FRANCISCUS I, Imperator Austriae 84n.
FUNDA Civitatis 282.

GALLI A.A., Cardinalis, Ponens 202.
GEDEON, OSBM 44.
GELER, Magist. nov. 338. 340.
GEDANUM (Gdansk), civ., emporium 311.
GEDROYC Leo, OSBM, Alumnus 250n. 307. 308n.
GENERALIA Capitula 237.
GENERALIS (Superior), Protoarchimandr. 22. 26. 44. 49. 52. 56. 57. 60. 61. 66. 88. 95. 97. 98. 121. 179. 198. 203. 211. 239. 241. 260. 262. 263. 301. 302. 320. 327. 337. 338. 339.
GENTILI A.X., Cardinalis, Protector Coll. Graec. 32. 32n.
GEOGRAPHICAE Mappae 161.
GEORGIUS S. tit. ecclesiae 72; – festum 182.
GERAZEWSKI Bonif., OSBM 326.
GLEMBOCEN. Conv. Carmelitarum 166.
GLUBINOWICZ, Decanus Halicien. 183.
GODEBSKYJ Theophilus, ep. Chelmen. 330n.
GOMOREN. generalatus 84.
GRAECORUM Collegium in Urbe 26. 28. (Rector) 29. 32. 54. 54n. 218. 268n.
GRAECIA, terra 28. 163. 279n.
GRAECI uniti 84.
GRAECI errores 78. 81; – litterae 281.
GRAECA Religio 217.
GRAECO-LATINUS Ritus 33; – Ruthenus 138.
GRAECUS Ritus 35. 127. 128. 129. 151. 262.
GRAECUM Schisma 68; – Schismatici 85.
GRAMMATICAE Professor 344.
GRANOVIEN. Resid. 143. 109.
GRODETURV, lineum 178.
GRODNEN. oppidum, archimandria, monasterium 13. 15n. 18. 21. 66. 102. 103. 125. 173.
GRYSZKOW Theodorus, civis 80.
GRZYMULTOVIANA pax (Polono-Moscov.) 148n. (s.d. « Aeterna »).
GUMOWSKI, Dominus 172.

HALICENSE monasterium ad cathedr. 183.
HARBUZ-BORDZILOWSKI Eust., parochus 68.
HALAYKOVIENSIS Residentia 110.
HALICIENSIS eparchia 33. 41. 53. 179; – officialatus 248.
HEBRAEI, populus 169.
HEGUMENUS, Superior religiosus 280n.
HETERODOXI, alterius fidei 310.
HIERARCHIA 274.
HOBCZYNSKI Nic., Vicar. Uniov. 342.
HOLLANDICA tela 173.
HOLOMYSCEN. civis 78.
HOLOWNIA Marcus, archim. Dorohobuscen. 34n. 156. 156n.

HOLOWCZYNENSIS Parochia 69.
HOLOVCZYNENSIS Residentia 109. 143.
HOLYNSKYJ, Dominus 180.
HORDOWSKI Methodius, Sup. Torokan. 89. 92. 111. 223. 232.
HORECENSIS Decanatus 72; – parochia 72.
HORNALICKI Petrus, paroch. Rozanen. 128.
HORODISCENSIS Residentia 109. 143.
HOROLOGIA instr. 173.
HORPINENSIS Residentia 141.
HORSCENSIS Parochia 72.
HORSACZKO de Joan. Chr., Spirit. Rozanen. 130.
HORDEUM 178.
HORODECENSIS Decanatus 68; – Residentia 110.
HOSPITIUM SS. Sergii et Bacchi 15. 210. 275. 306. 307. (Ruthenum).
HOSZCEN. oppidum, collegium, monasterium 82. 92. 102. 109. 143. 344. (Hoszcza).
HOSZOVIENSIS Residentia 109. 144. 182.
HRABOVIENSIS Residentia 110. 182.
HREBNICKYJ Florianus, Metrop. Kiov. Archiep. Polocen. 17. 68. 75. 78. 135. 167n. 203n. 229n. 261. 329n.
HREBNICKYJ Josaphat, Alumnus, OSBM 250. 250n.
HUMIENIEC Residentia 110. 208.
HUNGARIAE ecclesiae 89.
HUNGARIAE Regina 83. 84.
HUSNA praedium 174.

ILASZEWICZ Justinus, Secret. general. 201. 205. 252. 342.
ILLUXTANUM monasterium 169.
IMMACULATA Conceptio, ecclesia 71.
« INCLYTUM quidem », decretalis 203n. 227.
INDICTIO Romana 343.
INDULGENTIAE 302. 303.
INNOCENTIUS XI, Papa 53. 58. 61.
INSTALLATIO Archimandritarum 256. 261. 287. 290.
INSTITUTIO Archimandritarum 254. 261. 287. 290. 303. 306.
INSTITUTUM S. Basilii M. 86. 212.
INSTITUTORES Regulares 278.
« INTER plures », decretalis (1744) 95. 101. 200n. 235. 242n. 254. 254n. 256. 257. 258. 263. 263n. 264. 265. 275. 275n. 287. 288. 288n. 292. 294. 309. 314. 314n. 334.
IUDAEI, populus 127.
IUDICIA Regni Assessorialia 225; – Tribunalitia 97. 119.
IUDICIA Commissarialia 129.
IURA Basilianorum 216; – Ecclesiastica 208; – Metropolitana 306.
IURAMENTUM obedientiae 264.
IURISDICTIO monastica 265.
IUS antiquum 198; – Apostolatus 332. 333; – Canonicum 129. 288; – Collationis 199.
IUS Patronatus 215.
IVANOVICZ Silver., ep. in Croatia 84.
IWANOW Greg., civis 80.

JACKOWSKYJ Germanus, Cons. gener. 101. 107. 115. 118. 120. 132. 134. 201. 203. 204n. 205. 240. 242. 243. 244.
JAKUBSTADENSIS Residentia 169.
JAKTOROV villa 181.
JANKIEWICZ Thadaeus, Mission., Super. Zyrov., Cons. gen. 44. 49. 66. 100. 121. 133. 134.
JANOV oppidum 124. 126.
JANOWSKI, Mag. nov. 342.
JANOWSKI S., Arch. Grodnen. 342. 343n.
JANOWSKI, Vicarius Uniovien. 175.
JARZEBKIEWICZ S., Sup. Poddembesc. 342.
JASTZEMSKI Petrus, Notarius, Vicecancell. 93. 233.
JATWISCENSE monasterium vocale 97. 101. 119.
JAZIENICENSIS Residentia 109. 141. 181.
JEDLINSKI Samuel, Alumnus, OSBM 279.

JEWLASZEWSKI Dan., Vicarius Krechovien. 342.
JOANNES, auriga Lipnicki In. 177.
JOANNES, coquus Lipnicki In. 177.
JOANNES Casimirus, Rex Poloniae (1648-1668) 163.
JOANNES S. monasterium Leopol. 103. 141.
JOANNES S. columna Ovrucii 310.
JOSAPHAT beatus, martyr. Archiep. Polocen. 39.

KABIAK Helias, civ. Polocen. 80; – Isaak, civis 80.
KALENDARIUM 14; – latinum 14; – vetus 271.
KALINOWCE, op. 184.
KAMCZYC Hieronymus, Cons. gen. 90. 92. 94. 99. 104. 110. 118. 120. 123. 131.
KAMENECENSIS eparchia 59. 179.
KANIOVIEN. Residentia abbatialis 110. 176. 206. 208. 209. 211. 233n. 289n. 296. 321.
KARPINSKI Hilarion, Sup. Vilnen. 269. 268n. 316. 319.
KARPINSKI Nicodemus, Secret. gener., Cons. gen., Provincialis 214. 216. 223. 226. 230. 240. 245n. 258. 290. 291. 292. 293. 297. 298n. 308.
KARPOWSKI, Soc. J., Rector 310.
KARZYNSKA Anna, Nobilis 81.
KELMEN. monasterium vocale 97. 101. 119.
KIELMANOWICZ Zelman, iudaeus 177. 178.
KIEYSERLING Abl.. Moscov. 125.
KIOVIENSIS Castellanus 82.
KIOVIEN. Castrum 82; – civitas 42. 48. 49. 280.
KIOVIEN. Metropolia 33. 41. 131. 170; – Officialatus 173; – Palatinatus 47. 47n. 279n. 281. 282. 286.
KIOVIENSES schismatici 30. 39.
KIOVIENSIS eparchiae monasteria nr. 27: 158. 159.
KISIEL Adamus Methodius, Palatinus Kiovien. 81. 81n.
KISIELANO-NIZKINICENSE monasterium 82.
KISZKA Leo, Metrop. Kiov., Protoarch. 6. 150. 150n. 329n.
KIZIKOVSKYJ Jacobus, OSBM 99.
KLIMONTOWICZ Aemilianus, Decanus Bichovien. 39. 62. 62n. 74. 74n. 76. 76n; – Symeon, sac. 69.
KMITA, S. Jesu, Rector Vilnensis 268.
KNIAZEWICZ, Archimandr. Trocensis 260. 260n.
KNIAZEWICZ-LEBECKYJ, Archim. Trocensis 253n.
KNIAZEWICZ, Cons. 253.
KNYSZEWICZ Jacobus, OSBM 39.
KOBLANSKYJ Silvester, Secret. gen. Pr-lis 88. 90. 92. 94. 99. 100. 106. 110. 118. 120. 123. 131. 150. 150n. 223. 232. 248. 248n.
KOBRYNEN. monasterium abbatiale vocale 103.
KOCIELOVIEN. Parochia 72.
KOKAYLOWICZ, OSBM 304.
KOLANOSKYJ Theodorus, sac. 71.
KOLBIECZYNSKYJ Theophanes, OSBM 39.
KOLENDA Gab., Metrop. Kiovien. 53n.
KOLODCZYNENSIS Residentia 109.
KOLODECENSIS Residentia 110. 143.
KONCEWICZ Lauren., sac. 72.
KONIACZEVSKYJ Theodosius, Cons. gen., Pr-lis Prov. Lithuan. 92. 86. 99. 105. 132. 134. 213. 214. 220. 226. 240. 247. 258.
KONSTANTYNOWICZ Petrus, sac. 69. 280.
KOPYSTENSKYJ Mich., ep. Peremyslien. 48n.
KORCZYNSKYJ Hierotheus, OSBM, Procur. gen. 284. 284n.
KOROLOVIENSIS Residentia 110.
KOROWCZYNENSIS Parochia 68.
KORYCIANY-KORYCINSKI M., Notarius 322.
KORZOVIENSIS Residentia 109. 144.
KOSOVIENSIS Residentia 110.
KOSACCHI, milites, populus 40.
KOSTORZYCKI villa 180.
KOSSUTEN. monasterium 169.

KOWALKOWSKI, Decanus 183.
KOZACZENKO Mattheus, Cons., Secret. gen. 11. 12.
KOZIOL Joannes, cives 80.
KOZLOVIENSIS Decanus 178.
KOZLOVIENSIS Parochia 177.
KOZLOVSKYJ Leo, sac. 69.
KOZUBSKI Gedeon, OSBM, Delegatus 35. 75. 175.
KOZUCKI, sac. 173.
KRAUS Nicol., Vicereg. 126.
KRASNOHORENSIS Residentia 109. 143.
KRASNOPOLSKI, sac. 174.
KRASNOPUSTYNENSE monasterium 74. 142. 178. 185.
KRASNOSIELEN. Parochia 69.
KRECHOVIENSE monasterium, vocale 102. 108. 116. 121. 141. 180. 285. 286.
KREMIANEC oppidum 201.
KROTKI Sym., civis 80.
KRUPICENSIS Residentia 110.
KRYLOSENSE monasterium ad cathedram 102. 109. 108. 116. 121. 144. 189. 248.
KUDZINENSIS Parochia 69.
KULCZYNSKYJ Ign., Procurator gener. 4n. 5n. 8n. 15. 17. 18. 19. 20. 21.
KULIKOVIENSIS Parochia 68.
KUPIECZOVIENSE praedium 335. 343.
KURCEWICZ Ezechiel Jos., episcopus non unitus 279. 279n.
KURESZ Stephanus, fidelis 130.
KUZNICENSIS Residentia 102. 247n.
KUZMICZ Hieron. OSBM, Delegatus 35.
KUZMIENICZE, rus, villa 69.

LACROIX, script. 174.
LADENSE monasterium 169.
LADOVIENSE monasterium 110; – Superior 175.
LAICI 310.
LANCKORONSKI. princeps 314. 313.
LANIEWSKI S., OSBM 103. 105. Vicar. Zydyczyn.
LANINEN. Parochia 72.
LAPINKIEWICZ Petrus, Cons. prov. 245.
LASCARIS Georgius, Theatinus, episcopus 79n. 95. 95n. 96. 101. 112. 114. 118. 122. 123. 138. 200n. 232. 230. 321n. 323n. 335.
LASCZEWSKI, OSBM, Alumnus 342. 342n.
LASEK Residentia ad Zolocziv. 109. 142. 181.
LATINAE litterae 281.
LATINI 262.
LATINUS Ritus 35. 36. 42. 76. 126. 127. 128. 129. 137. 130. 279n. 314. 344.
LAWRYSZOW, op., monasterium 15. 92. 101. 119. 133. 297.
LAURA, monasterium 335.
LAVROV villa, monasterium 101. 108. 109. 116. 121. 140. 239. 335.
LAZOWSKI Dominus 175. 177.
LEBECKYJ Cornelius, Protoarchimandrita 3. 3n. 5. 6. 7. 9. 10.
LEBEDYNENSIS Residentia 110. 208.
LECHOWICZ Jos. Sup. Buczynen. 92.
LECTORATUS, Lector in Dobromil 345; – in Leopol. 345; – Philosophiae 205. 344; – Poeseos 277; – Rhetorices 277; – Theologiae 200. 312. 344.
LEGATI Basilianorum 32. 97. 101. 119.
LEGATUS Moscoviticus 335.
LEGIEZIEWICZ Ant., Sup. Lublinen. 342.
LENCZYCKI-LENCZYCKA, Nobilis, Notarius 92. 127.
LEOPOLIS, civ., monasterium, etc. 22. 53n. 101. 108. 109. 116. 125. 136. 137. 141. 170. 179. 180. 185. 186. 205. 239. 247. 248. 249. 312. 313. 314. 317. 345.
LEOPOLIENSIS eparchiae monasteria nr. 50 – 159-160.
LEOPOLIENSIS eparchia, archieparchia etc. 30. 34. 59. 148. 148n. 174. 179. 206. 255. 268. 332.
LEOPOLIENSE Capitulum (1739) 170. 170n. 330. 330n.
LEPKOVSKYJ Josephus, OSBM, ep. Smolenscen. 4n.
LERCARI Nicolaus, Secr. de Prop. F., 136n. 207n. 233n. 234n.
LESKOWICZ Josephus, Sup. Buczynen. 89.

LESKOVIENSIS Residentia 110.
LESZCZYNENSIS archimandria vocalis 102.
LETNIANENSIS Residentia 109. 110.
LEWICKI Hilarion, Sup. Krylosen. 342.
LEWICKI Josephus, ep. Chelmen. 330n; – Joannes, Sup. Borunen. 342.
LEVINSKYJ Antonius, Notarius Con. Metrop. 37; – dominus, Vic. gen. Luceor. 174.
LEVKOVIENSE monasterium 209.
LICENTIA itinerandi 236.
LIPNICKI Innocent., archimandrita Ovrucen. 75. 128. 172. 176. 176n; – Josephus, Decanus Brzezan. 177. 178. 185.
LIPSKI Joannes, Cardinalis 76.
LISANSKYJ Hypatius, Secret., Provinc., Protoarchiman. 4. 4n. 5. 10. 13. 13n. 22. 66. 66n. 73. 75. 77. 80. 81. 99. 120. 132. 134. 135. 170. 171n. 196. 207. 210n. 211. 214. 216. 221. 223. 224. 226. 230. 234. 236. 238. 240. 247. 248n. 250. 251. 251n. 258. 265. 270. 271. 272. 276. 283. 286. 290. 291. 292. 293. 297. 299. 303. 306. 308. 310. 311. 312. 321. 324n. 327. 336. 336n. 340.
LISCOVIENSIS Residentia vocalis 97. 101. 119.
LISIANENSIS Residentia 208.
LISIANENSE monasterium 141.
LISZNIANENSE monasterium vocale 102. 109. 116. 121.
LITEK, praedium 176.
LITHUANIA, Ducatus Magnus 37. 71. 78. 138. 149. 219. 225. 230. 232. 235. 277. 305. 328. 329.
LITHUANIA, Provincia religiosa (SS. Trinitatis) 4n. 55. 90. 91. 94. 101. 103. 105. 111. 116. 117. 121. 124. 125. 126. 133. 133n. 134. 138. 148. 149. 151. 186. 206. 210. 225. 239. 249. 249n. 296. 297. 312. 315. 316. 321. 326. 328. 330. 332. 333. 334. 335. 338; – terra 37. 41. 49. 63. 65. 96. 224; – populus 45.
LITHUANIA, monasteriorum numerus cfr. pp. 97, 152.
LITHUANI monachi 38. 55. 59. 328. 329; – Patres 330. 331. 332. 333.
LITWINOVIENSIS Parochia 72; – Residentia 144. 185.
LITYNSKA Domina 172.
LIVONIA, ducatus 67; – eparchia 130; – terra 156.
LOMICZEWSKI, Dominus 181.
LOMZA, oppidum, Collegium 165.
LOTTAVICA superstitio 68.
LOZOVIENSIS Parochia 69.
LUBARENSE monasterium vocale 102. 108. 109. 116. 121. 143. 144.
LUBIENIECKI-RUDNICKYJ Silv., ep. Luceorien. 259. 259n.
LUBLINENSE monasterium vocale, 102. 108. 116. 121. 144. 165. 166. 279.
LUBOMIRSKI Dominus 184.
LUCEORIENSE monasterium, eparchia 32. 38. 59. 148. 148n. 170. 266. 266n. 324. 332; – Consist. latinum 222. 227.
LUCEORIENSE monasterium vocale 102. 108. 109. 116. 121; – S. Crucis 102. 108. 109. 116. 121. 142; – suffrag. 174.
LUCEORIENSIS eparchiae monasteria nr. 4 – 159. – nr. 16 – 160.
LUCK-OSTROG, oppidum 41. 88. 253. 253n. 279.
LUKASZEWICZ, Pocillator Husiatynen. 184.
LUKIANOWICZ Gregorius, Praef. mens. Poloc. 67.
LUKIANOWICZ Joannes, Cons. gen., Pr-is 245n. 337. 338n. 340. 340n.
LUKIENSIS Residentia 149.
LUKVIANESIS Residentia 109. 183.
LUTHERANI, secta 26. 38. 46. 50. 63.
LYSKOVIENSIS Residentia 168.

MACKOVIENSIS parochia 70.
MAESTA sua, Realis, caesarea 48. 83. 84.
MAGISTER novitiorum 97. 101. 116. 119. 121. 257. 296. 338.
MAGNATES 335; – Poloni 208; – Regni 58; – Russiae 38.
MAIUS, mensis (2. V.) 112.
MAKAT, peristroma turcicum 174.
MAKAREWICZ Dominus 283.

MAKARZEWICZ Demetrius, sac. 71.
MAKOWSKYJ Justinus, Sup. Zulkievien. 89. 92.
MALACHOWSKI Joannes, Canc. magn. Poloniae 226n.
MALATICENSIS Parochia 71.
MALEJOVIENSIS Residentia 109.
MALIOVIENSE monasterium, Residentia 143. 184.
MALSKI Silvester, Cons. gen., Pr-lis 201. 203. 204n. 205. 207. 209. 218n. 223. 224n. 231. 232. 252. 322. 327n. 338. 338n. 342.
MANIFESTATIO Provinciae Ruthenae Luceoriensis 151. 320n. 324. 230. 231. 322. 323. 326.
MANKOVIENSIS Residentia 110.
MANKOWSKI Paphnutius, Secret. prov. Cons. gen. 75. 89. 91. 100. 110. 118. 120. 123. 133. 133n. 201. 205. 220. 232. 252.
MARCIA monasterium in Croatia 24. 31. 83. 84. 86.
MAREFOSCHI Marius, Secr. Prop. F. 316n. 318n.
MARIA Theresa, Regina H. 84n.
MARKOV, monast. non Unit. 42.
MARTYRUM festa 14.
MARTYSZKIEWICZ-Businski Steph., Protoarchim. 213n.
MARYVILENSIS Residentia 169.
MATKOWSKYJ S., Officialis 184.
MATKOWSKYJ Joannes, Alumnus, OSBM 233n. 237. 237n. 343. 344n. 345.
MAZANOWSKYJ Metrophan. Alumnus, OSBM 133. 133n. 201. 202. 202n. 221. 222. 245. 246.
MERLINO Con. Nuntiaturae Vars. 6n.
MESSORES (kosari) 249.
METROPOLITA Kiovien. 4. 9. 10. 24. 28. 60. 104. 198. 202. 210. 229. 243. 248. 253. 259. 261. 268. 270. 271. 273. 274. 275. 287. 288. 294. 298. 301. 306. 337.
METROPOLITA RUSSIAE 104. 169. 174. 196. 204. 207. 272.
MIELECENSIS archimandria vocalis 74. 102. 108. 116. 121. 143. 170. 176. 178. 179. 256. 296.
MIENDZYBOZENSE monasterium 185.
MICHALKIEWICZ Zacharias, fidelis 67.
MICHALOWSKI Jos., OSBM 308. 308n. 309.
MIALYN, rus, villa 252. 281.
MICHAEL, Rex Poloniae (1669-1673) 217; – Ep. Vilnensis 129.
MIHUNIEWICZ Polycarpus, Cons., Protoarchim., Sup. Novogr. 11. 54. 54n. 56n. 81. 88. 89. 90. 90n. 91. 94. 102. 103. 104. 105. 106. 110. 118. 120. 131. 135.
MIKITOWICZ Bas., civis 80.
MILAŃSKI Michaël, archid. Luceor. 107.
MILCZENSE monasterium 142. 102. 108. 109. 116. 121.
MINISTRI Aulae 56; – Curiae Metrop. 298; – Regni 248. 322. 335; – S. Sedis 231. 232. 327.
MINORES de Observ. Patres 249.
MINSCENSE oppidum, monasterium, archimandria 5n. 42. 169. 165.
MINSCENSIS Palatinatus monasteria nr. 12: 189-191.
MINSCENSE Anticapitulum (1683) 53n.
MIRENSE monasterium 169.
MISSA Sancta, sollemnia 43. 71.
MISSA de Spiritu S. 96.
MISSALE ruthenum 39.
MISSIONARII Ritus Latini 43; – Missionarii 45. 47. 50. 51. 52. 64. 150. 319.
MISSIONES 49. 53. 54. 57. 58. 59. 62. 80. 108. 127. 130. 138. 221. 235. 302. 303. 307. 308.
MISSIONUM Praefectus 271; – Praeses 97; – Rector 128.
MITRA, paramentum sacrum 173.
MIZGIERI, Dominus 22.
MLODOVSKYJ Antoninus, archimandrita Polocensis 337. 337n. 342.
MLYNOVCE, villa 181.
MOCZARSKI Dominus 283.
MODZELEWSKI Christ., parochus 128.
MOHILOVIEN. oppidum, monasterium 42. 43. 63. 76. 167. 314.
MOLDAVIA terra 42. 47. 259. 314.

MOLERZYCKI Secr. Nun. Ap. 343.
MOLOCHOWICZ Gregorius, fidelis 67.
MONACHI Religiosi 31. 52. 53. 58. 59. 60. 79. 241. 255. 314; – Religiosi 229. 235; – Alumni 260; – girovagi 281; – iuvenes 229; – uniti 83. 85; – rutheni 328. 329. 330; – scismatici 83.
MONASTERIA 138; – Abbatialia 199. 249. 297. (Prov. Lit.) 297. (Prov. Ruthenae); – controversa 148. 165; – schismatica 41.
MONASTERIA ad cathedr. 147; – in Pr. Lit. – 4: 163; – cum cura an. 12, Res. 5; – distantiae 161-162; – varia 151; – a Scism. in Lit. pratensa 166-167; – Prov. Ruthenae 139. 140; – reditus Pr. Lit. 154-158; – numerus in monaster. 153-154.
MONASTERIA et Residentiae in eparchiis: Chelmen. m. 5, r. 4; Halicien. m. 3, r. 14; Kamenecen. m. 4, r. 4; Kiov. metr. m. 2, r. 4; Leopolien. m. 10, r. 10; Luceorien. m. 15, r. 8; Praemisl. m. 5, r. 6; Pinscen. m. 4; Volodim. m. 3, r. 2, in pp. 145. 146.
MONALIDINI Philipp., advoc. 212.
MORAVIA, provincia 165.
MOROHOVIENSIS Parochia 78.
MOSZNENSE monasterium 110. 208.
MOSZONACENSIS Parochia 74.
MOSCHI, Moscovitae, populus 30. 38. 39. 40. 44. 45. 47. 49. 51. 63. 67. 80. 192. 214. 260.
MOSCOVITICUM bellum 26; – Imperium 68. 333; – miles 70. 71. 152; – monachi 125; – monarchia 167; – terra 26. 37. 38. 45. 46. 47. 48. 50. 57. 61. 65. 66. 66n. 67. 71. 80. cfr. etiam Moscovia.
MOSCOVIA terra 137. 148n. 163. 279n. 314; – Ablegatus 125.
MSZAŃSKI Decanus Złoczovien. 181.
MSCISLAVIA, civ., monasterium, Palatinatus 42. 67. 68. 78. 97. 101. 119.
MOZOLOWSZCZYZNA rus 69.
MOZIR districtus, Missio vocalis 44. 97. 101. 119. 169.
MUSINKOWSZCZYZNA villa 182.
MYSLAVSKYJ J.A., Regens 326.
NAROLSKI Max., Secr. gen. 283. 290. 291. 292. 293. 297. 303. 306. 308. 338. 337. 339.
NATIVITAS B.V. Mariae Leopol. (imago) 175. 182.
NATIVITAS Domini, festum 14. 175.
NEREZIUSZ Hieronym., Sup. Novhorod. 342.
NESTERSKI Hyacinthus, OSBM, Alumnus 269. 270. 277. 300. 318. 343. 343n.
NEYMAN Michaël, scholast. 126.
NEXUS inter Ordinem Bas. et Metrop. 106. 197.
NICOLAUS S., 70. 180. (festum).
NIEMIEROVIENSIS Residentia 109. 143.
NISKIENICE oppid., monasterium vocale 81. 102. 108. 109. 116. 121. 143.
NOBILES Poloni 260.
NOTARIUS Cons. Janov. 126.
NOVOBYCHOVIENSIS Parochia 69.
NOVOGRODEK oppidum, monasterium 204; – Castellanus 49.
NOVOGRODECENSIS Palatinatus monasteria nr. 4: 191.
NOVOGRODECENSE monaster. vocale 97. 101. 119. 165. (Col. PP. Dom.) Cap. gen.; (1684) 213; – Anticapit. (1684) 53n; – Cap. an. 1730 5n.
NOVOGRODOVICENSE Cap. gen. (1617) 47. 329n.
NOVOSIELSKI Augustinus, Secr. gen. 201. 205. 245. 290. 291. 292. 293. 297. 301. 306. 308. 337. 338.
NOTARIUS Apost. 112. 227. 324. (Luceor.) 325.
NOVITIATUS Vilnensis 164. 235. 304.
NUMIZMA aureum 174. 177. 178. (Regium).
NUNTIATURA Apost. 125. 253. 258. 262.
NUNTIUS Ap. Varsavien. 4. 6. 51. 75. 76. 76n. 79. 202. 207. 216. 220. 221. 224. 224n. 235. 277. 288; – Viennensis 24. 83.

OBEDIENTIA religiosa 215.
OBKOVECENSIS silva 282.
OBLATUS OSBM 267.

OBUCHOVIENSIS Capitaneus 177.
ODMUCZ FAYBISZ, iudaeus 172. 178.
OECONOMUS monasterii 281; – Coll. Ovrucen. S.J. 310. 311.
OFFICIUM Castri Luceor. 279; – Ordinis 335; – Protoarchim. 272. 315.
OFFICIALES inferiores 200; – Rutheni 36.
OGINSKI, comes 78.
OHILEVYCZ Pachomius, Protoarchim. 52n.
OHLADOVIENSIS Residentia 141.
OHURCEWICZ Joa., archim. 6n. 6.
OLAYKOVIENSIS Resid. 185.
OLOWICZKO Theoph., fidelis 67.
OLYCA oppid. 96. 114. 123. (Colegiata) 138 (infulatus).
ONUPHRII S. festum 184.
ONUPHRII S. Residentia Leopol. 109. 141.
ONUPHRII S. monasterium vocale, archimandria 14. 102. 110; – Legatus 97. 119; – Archimandr. 252. 261. 265. 266n. 296. 340.
ONYSZKIEWICZ Ambros., Con. prov. 337.
ONYSZKIEWICZ Hilarion, Procurator prov. 15.
OPAVA oppidum 35.
ORANSKYJ Gedeon, ep. Chelmen. 7. 7n.
ORBIS catholicus 258; – christianus 270; – terrarum 224. 270. 278.
ORDEUM 178.
ORDINATIONES S. Sedis 337.
ORDINES monastici 244.
ORDO S. Basilii M. 7. 17. 22. 28. 33. 56n. 71. 96. 105n. 106. 112. 118. 135. 167n. 179. 196. 203. 204. 207. 211. 212. 217. 222. 231. 234. 235. 242. 251. 265. 268. 288. 293. 294. 311. 320n. 328. 329.
ORECH Procopius, civis 80.
ORIENS, pars orbis terrarum 314.
ORIENTALIS Ecclesia 147; – Imperator 192.
ORIENTALIS Ritus 345.
ORSANENSIS districtus 67. 68. 74. 78.
OSKIRKO Dominus 49.
OSOVIECENSIS Parochia 70.
OSTROGIENSIS Constantin., princeps 47. 47n. 48. 280. 282.
OSVIEIENSIS Decanatus 68.
OVILE Christi 71. 121.
OVRUCZ oppidum, archimandria vocalis 102. 109. 116. 121. 124. 143. 176. 248. 266n. 310. 311.
OWSIANKA Tim., fidelis 69.
OZIEMKIEWICZ Hieron., Sup. Niskinicen., Luceor., Proc. gen. 82. 88. 89. 91. 100. 111. 118. 121. 123. 230. 232. 237. 264. 264n. 275n. 276n. 303. 306n. 307. 307n. 314. 322. 323. 325.

PACIKOVIENSIS Residentia, vocalis 102. 108. 116. 121. 144. 182.
PACIOMKOWICZ Petrus, sac. 71.
PACTA conventa 167.
PACZYCENSIS Parochia 68.
PAKOWSKI Georgius, archim. Zydyczynen. 105n. 106. 132n. 164. 164n.
PALCZYKIEWICZ Istucarius, Alumnus, OSBM 270. 270n. 284. 284n.
PALLAVICINI Opitius, Nuntius Varsav., Cardinalis 53. 53n. 56.
PALMARUM Dominica 301n.
PANASOWICZ Jos., civis 81.
PARFIANOWICZ Petrus, civ. Poloc. 81.
PARFIONOW Cyr. 80.
PASCUA Christi 69.
PASICH Theophilus, croata, Basilianus, ep. Piazze in Croatia 24. 25. 25n. 31. 83. 285.
PASLAWSKI Germanus, Cons. prov., gen. 88. 89. 91. (Sup. Dobr.) 92. 100. 111. 118. 121. 252.
PASSIONEI Cardinalis, Nunt. Viennen. 81. 83n.
PASZKOVIEN. Parochia 71.
PASZKOWICZ Gen., Cons. prov.
PATRACEN. Archiep. 93.
PATER Beatiss. 215.
PATRONATUS jus 227.
PAULUTIUS, Nuntius Vien. 21. 52n. 83. 83n.
PENTECOSTES festum 15.
PEREHINSKO Residentia 110.
PEREJASLAVIEN. Ep.-us 76n.
PEREKALENSIS Residentia 109. 142.

PEREMYSLIENSIS civ., eparchia, monasterium 33. 38. 41. 53. 59. 148. 148n. 170. 206n. 253n. 332.
PEREMYSLEN. eparchiae monasteria 147. 160-161. (nr. 13); - Officialis 174.
PERISTROMA turcicum 173.
PETERSBURG, urbs capit. Moscoviae 26. 40. 50.
PETRA Cardinalis, Protector 29. 31. 31n. 32.
PETRUS Sanctus apost. 293; - ovile 67; - Sedes 69.
PETRUS et PAULUS apostoli, festum 180.
PETRUS I, czar Moscoviae 39. 40n.
PHILOSOPHIA doctrina 151.
PHOTIUS, patriarcha Constantinop. 38.
PIAZZE delle, eparchia tit. 83. 84.
PIEHOWICZ In., archim. 34. 34n.
PIETUCHOVIENSIS Parochia 69.
PIGAS Meletius, patriarcha Alexandr. 286n.
PILEUS 174.
PINSCENSIS eparchia, oppidum, monasterium 4. 5n. 9. 41. 53.
PIOTROWSKI Anastasius, Lector philosophiae 343. 343n.
PITRYCENSIS Residentia 109. 144. 183.
PIXIS ad usum tobbacci 173.
PLASKIEWICZ Leo, Protonotarius, Oec. Janovien. 107.
PLASZNICKI Petrus, commend. 128.
PLISKI, Officialis 184.
PLOCENSIS, oppidum, Colleg. 165. 166.
PNEUMA Divinum 68.
POBEREZENSIS Parochia 182.
POCZAJOVIEN. monasterium vocale, sedes Generalis 101. 108. 109. 116. 121. 142. 207. 209. 223. 233. 234. 248. 248n. 249. 286. 304. 316. 317. 320. 324. 326.
POCIEJ Hypatius ep. Volodim, metrop. Kiov. 48.
PODDUBECEN. Residentia 109.
PODGRODZIECEN. Residentia 109.
PODGRODECENSIS Residentia 142. 185.
PODGURSKI, sacer. 173.
PODHORECENSE monasterium 181 142. 102. 108. 109. 116. 121.
PODHORODISCENSIS Residentia 144. 109.
PODKAMIEN. villa 247.
PODOLIA regio 277. 329.
PODLACHIA, Palatinatus 92. 126.
PODWIESZCZYNSKYJ Valerianus, Sec. gen. 214. 216. 226. 230. 240. 247. 259. 290. 291. 292. 293. 297. 303. 306. 308.
POHONENSIS Residentia 102. 108. 116. 121. 144.
POLATYLO Basilius, Protoarchimandrita 23. 23n. 24. 27. 29. 30. 35. 54. 54n. 64. 66. 70. 197. 197n.
POLCHOVSKYJ Serapion, ep. Mohilovien. 76n.
POLIKARPOWICZ Jac., sac. 72.
POLOCK, civitas, monasterium, eparchia, ep-us 7. 76n. 39. 41. 62. 62n. 66. 67. 72. 74. 78. 80. 97. 101. 119. 149. 203. 239. 262.
POLOCENSIS legatus 97. 119; - archim. Borysohleben. 102. 337. 338. 338n.
POLOCENSIS archieparchiae monasteria 22 - 158-159; - Palatinatus monast. 6 - 187-188.
POLONENSE monasterium 183.
POLONA Provincia seu Ruthena Prot. B.V. Mariae 124. 125. 126. 152. 170. 209. 219. 239. 240. 247. 270. 312. 316. 317. 318. 320. 321. 323. 324. 325. 328. 331. 333. 334. 335. 344.
POLONI Patres 327. 331.
POLONIA terra 25n. 40. 45. 67. 208. 316. 318. 330. 334.
POMARANSKI Gerv., parochus Rozanen. 130.
POMARANENSIS Parochia 185.
PONTIFICIAE Constitutiones 198.
PONTIFEX Maximus, Oecumenicus, Romanus 70. 76. 234. 269.
POPIELOVICENSIS Parochia 78.
POPIELEWICZ Donatus, Sec. prov. 252. 342. 342n.
PORZECENSIS Parochia 69.
POSNANIEN. episcopus, Collegium 46. 165. 166.

POTIJ Hypatius, ep. Volodim., Metrop. Kiov. 328n. v. Pociej
POTOCKI, Castellanus Bracl. 184.
POZNACZEWSKYJ G., Cons. 75.
PRAEDICATOR ordinarius 246. 259. 271.
PRAEFECTUS scholarum 234. 259; – Prop. Fidei 8. 23. 292. 319.
PRAEFECTUS Volodimir. 279n. 280.
PRAESBITERI saeculares 147. 180. 184. 218. 251. 299.
PRAESES Capituli gen. 337. 339; – monasterii 345.
PRAESCRIPTIO 323.
PRIMAS Regni 226.
PRIMOWICZ, dominus 173.
PRIPETJ, flumen 48.
PRIVILEGIA regia 258.
PROCURATOR in Urbe, generalis, romanus 4. 5. 6. 7. 8. 9. 12. 14. 16. 17. 19. 28. 64. 65. 65n. 66. 74. 76. 77. 78. 79. 93. 111. 112. 135. 144. 166. 186n. 209. 212. 247. 247n. 254. 261. 275. 276. 284. 286. 302. 305. 306. 307. 313. 317. 318. 319. 334.
PROCURATOR tribunalitius 119. 304; – Varsavien. 144.
PROFESSIO fidei 302; – religiosa 235. 341.
PROFESSORES OSBM 211; – Poëseos 344; – Iuris Can. 254; – Philosophiae 97. 119. 214; – Rethorices 234; – Theologiae 102. 116. 121. 214. 228. 301. 313; – Vocales 97. 119.
PROKOPOWICZ Dominus 172.
PROTECTIO B.V. Mariae 180. 182.
PROTOARCHIMANDRITA, Superior generalis etc. 4. 5. 6. 7. 8. 8n. 10. 12. 13. 16. 23. 27. 36. 52n. 64. 67. 70. 105. 112. 116. 121. 125. 134. 150. 196. 197. 198. 199. 206. 208. 212. 214. 220. 223. 224. 226. 234. 244. 245. 247. 254. 256. 257. 263. 267. 269. 270. 271. 273. 276. 283. 285. 288. 294. 296. 304. 306. 316. 318. 319. 322. 324. 337. 341.
PROTESTATIO Luceoriensis 331. 331n.
PROVINCIA 62. 98. (Protect.); – SS. Trinitatis 97. 98. 99.
PROVINCIALIS Superior 61. 96. 97. 112. 236. 237. 239. 249. 257. 258. 259. 296. 304. 307. 336. 337.
PROVINCIALIS Lithuaniae 244. 235. 298. 320. 341; – Poloniae 209. 219. 220. 221. 224. 237. 284. 284n. 285. 285n. 323.
PROVINCIALIS Prov. Ruthenae 96. 137. 144. 233n. 251. 259n. 260; – Russiae 98. 115; – SS. Trinitatis 96. 98. 100.
PROVINCIALIA Capitula 61. 237.
PRUNICKYJ Jos., Cons. prov. 88. 100. 110. 123. 118. 121. 123. 223. 232.
PRUSSIA Aula 31. 49. 97.
PULTUSK, opp., Coll. 165.
PUSTINENS. Residentia vocalis 17. 97. 101. 119.
PUZYNA Josephus, ep. Livonien. 127. 127n.

RADANASCHI Caesar, Theatinus, Praef. Coll. Leopol. 34. 34n.
RADOMLENSIS Parochia 70.
RADZIWILL, princeps 46; – Carolus, Canc. Lithuaniae 157; – Michaël, dux exercitus 305n.
RADUTA Cyrillus, sac. 69.
RAHOZA Michaël, Metrop. Kiov., 47. 47n.
RATKIEWICZ Casimirus, fidelis 130.
RECTOR Coll. Graecorum 32; – Vilnensis 268.
RECURSUS Capitularis 339. 340.
REFORMATIO monasticae disciplinae 336.
REGIMEN Ordinis 336.
REGULARES Ritus Latini 42. 43. 228. 329.
REGENS Canc. Cracovien. 326.
REGESTA 9. 174. 250.
REGNUM catholicum 76.
REGNUM Poloniae 49. 66n. 93. 166. 167. 221. 222. 230. 231. 232. 235. 238. 277. 311. 313. 315. 328. 329. 330. 331. 334.

REGULAE S. Basilii M. 11. 72. 129. 269. 280. 289. 345.
RELIGIO, Ordo religiosus 3. 4. 6. 10. 15. 16. 17. 26.
RELIGIO, Ordo Basilian. 27. 28. 30. 33. 58. 59. 67. 70. 73. 79. 86. 91. 104. 228. 241. 252. 266. 267. 270. 337. 341.
RELIGIOSI Basiliani 28. 299; – Iuvenes 269. 313.
REPNIN, generalis, princeps moscov. 39. 40.
RESERVATA peccata 300.
RESIDENS moscoviticus Varsaviae 167.
RESIDENTIAE monachales 138. 275.
RESOLUTIONES Congregationis, S. Sedis 230. 244. 246. 275. 290. 337.
RESURRECTIO Domini 183.
REX Poloniae, Serenissimus, regia Maiestas, reges etc. 24. 45. 51. 75. 75n. 76. 132. 136. 139. 149. 166. 174. 177. 192. 212. 213. 215. 217. 218. 228. 229. 267. 279.
RHEDAE, currus 173.
RHETORICES magister 259; – Professor 344.
RHODIENSIS ar-pus, Secr. P.F. 234.
RIANCOUR, Gnesnen., Luceor. Vicar. 92.
RIGENSE emporium 156.
ROCCA Hugonottorum 45.
ROHATYNUM oppidum 185.
ROMA (Urbs), civitas 15. 17. 20. 23n. 24. 28. 31. 34. 47. 48. 52. 65. 66. 68. 83. 111. 209. 210. 211. 245. 246. 266. 301. 313.
ROMANA Ecclesia 26. 29. 37. 39. 44. 50. 61. 63. 67. 68. 71. 74. 95. 136. 148. 148n. 213. 214. 225. 313. 328.
ROMANI Pontifices 37. 69. cfr. citationes: Documenta Pontif. Romanorum...
ROMANUM Kalendarium 114.
ROVIENSKI Firmianus, Conc. Rozanen. 130.
ROWINSKI Decanus Sololobr. 184.
ROZANENSE monasterium vocale 97. 101. 119. 126; – Decanus 128.
ROZANA monasterium, Residentia 129. 297.
RUDNICENSIS Residentia 103. 144. 181.
RUDNICKYJ Silvester, OSBM, ep. Luceoriensis 104. 266n; – Theodos. 131. 132. 132n. 137. v. Lubienieckyj.
RUSSIA, terra 3. 22. 28. 30. 34. 37. 38. 40. 41. 42. 47. 52. 61. 65. 147. 163. 179. 213. 227. 243. 247. 259. 269. 270. 294. 300. 313. 318. 326. 329. 333. 345.
RUSSIA Alba (Bielarussia) 37. 45. 67. 75. 76. 78. 80; – Aula 192; – Magna 147; – Unita 37. 42. 65.
RUSSIAE duces 192; – episcopi 33; – magnates 158; – Provincia 111. 112; – Principes 158.
RUTA villa, praedium 167. 168.
RUTHENA natio 196.
RUTHENUS Ritus 14. 46. 73. 278. 298. 299.
RUTHENI catholici 70; – ep.pi 332; – ecclesiastici 67.
RUTHENA Congregatio 214; – Provincia 87. 88. 89. 90. 93. 94. 103. 104. 107. 110. 112. 116. 117. 121. 130. 133. 135. 137. 138. 145. 148. 149. 150. 151. 159. 207. 212. 222. 234. 239. 240n.
RUTHENA Ecclesia 276. 302. 329n.
RUTHENI, populus 28. 32. 36. 39; – Monachi uniti 42. 44. 51. 52. 56.
RUTSKYJ Josephus Velamin, Metrop. Kiovien. 47. 47n. 52. 52n. 105. 105n. 167. 167n. 247n. 304n. 329n.
RYLLO Maximilian., Secret. gen., Super. Chelmensis 203. 203n. 252.
RYMASZEWSKI Theod., Cons., Sup. Bitenen. 66.
RYMASEWSKYJ K., OSBM, Alumnus Vilnen. 279.
RZEWUSKI, dux exercit. 184; – Venceslaus, Palat. Pod. 181.

SALINSKI Joan., civis 81.
SALVATOR SS. ecclesia 69.
SALVATOR SS. Residentia 109. 149.
SANCTIMONIALES, Religiosae 69.
SANCTIONES ecclesiasticae 270. 272. 287.

SANCTITAS Sua, SS.mus, Summus Pontifex etc. 25. 25n. 29. 33. 36. 57. 67. 79. 83. 87. 96. 127. 130. 202. 206. 208. 213. 216. 220. 223. 227. 231. 232. 234. 235. 236. 237. 240. 241. 243. 246. 252. 262. 264. 323.
SANOCEN. Capitaneatus 144.
SAPIEHA Comes, Cancell. Lithuan. 62; – Joannes ep. Vilnensis 191; – princeps, Vicecanc. Lithuan. 74.
SATANOVIENSE monasterium vocale 102. 108. 144. 184. 116. 121.
SAWICKI Dominus 281.
SAWICKA de Szapenko Ag., fidelis 67.
SAWINICZ Theod., sac. 69.
SAWOSIEWICZ Petrus, fidelis 67.
SCLOVIA monast. non unitorum 42; – oppidum 43.
SCHISMATICI 63. 64. 55.
SCHEDAE Vocalium 200. 290. 291. 292. 293. 295. 296. 305.
SCHIRÒ J., archiep. Ordinans Romae 137n. 206n. 233n. 270n. 284n. 301n.
SCHOLAE publicae 51.
SECRETARIUS gen. 37. 112. 231. 340; – Ordinis 5n. 36. 57. 61; – Prop. Fide 8. 221. 306. 309. 316; – Protoarch. 97. 101. 119; – provincialis 97. 112. 144. 257. 263. 268n. 304. 338.
SEDES Apostolica Sancta 11. 18. 34. 36. 37. 38. 46. 52. 60. 69. 79. 87. 89. 94. 95. 96. 98. 110. 115. 117. 121. 124. 125. 132. 133. 150. 164. 166. 197. 198. 200. 201. 208. 209. 210. 215. 218. 221. 222. 223. 227. 230. 233. 238. 239. 240. 244. 252. 268. 269. 272. 274. 275n. 287. 293. 294. 303. 308. 313. 315. 319. 321. 322. 326. 327. 332. 335. 339. 340.
SEMENKI oppidum 184.
SEMINARIUM 49. 50. 51. 73. 151; – Seminaristae 151.
SENIORES Fratres 281.
SENIUTOWICZ, OSBM 181.
SENATUS Sacer (Congr. Prop. F.) 20. 270.
SEPTUAGESIMA Dominica 113.
SEREDOWICZ Ambrosius, Cons. gen. 88. 90. 94. 104. 110. 118. 120. 123. 131.
SERBELLONI Fabritius, Nunt. Ap. Varsavien. 76. 79n. 93. 93n. 208.
SERGIUS et Bacchus SS., martyres 307.
SERRA Nicolaus, Nunt. Ap. Varsavien. 235. 268n. 272n. 277n. 285n. 291n. 322n.
SICIENKO Stephanus, sac. 71.
SIEDLECKYJ Pach., sac. 70.
SIEDLECKYJ Josaphat, Secret. gen., Consul. gen., Arch. Ovruc. 150. 150n. 310. 316. 319.
SIELAWA Ant., Metrop. Kiov. 53n.
SIDOROVICE oppidum 74.
SIGARCIUM, congium 178.
SIGISMUNDUS III, Rex Pol. 192. 192n. 217. 217n.
SILIGO 178.
SINCOVIENSIS Residentia 110. 184; – Parochia 184.
SINIEVICZOVA Melania domina 78.
SKORUPSKYJ Joan., Decanus 177.
SKWARCZYNSKI Stephanus, Notarius, Vicecanc. 15.
SLANOVSKYJ Romanus, sac. 71.
SLAUNOVIEN. Parochia 71.
SLAVONICAE litterae 281.
SLONECKI Joan., 183.
SLUCENSE oppidum, monasterium non unit. 42. 43. 314.
SMOGORZEWSKYJ Jason, Nomin., Metrop. Kiovien. 306. 306n.
SMOLANENSIS Residentia 109.
SMOLENSCEN. civ., monaster., arch-ia 14. 41. 90n. 105n. 255. 265. 265n.
SOBIESKI Joannes III, Rex Polon. 148. 217.
SOCHONENSIS Parochia 78.
SOCIETAS (Ordo) 267.
SOCIETATIS Jesu Patres 42. 63n. 165. 310. 314. 328n.
SOCZAVA Joannes S. 180.
SOKOLECENSIS Residentia 109. 144. (ad Krylos).
SOKOLECENSE monasterium 183.
SOLOMIERECENSIS Parochia 224.
SPENDOWSKI J., Secret.
SPIRITUS S. Missa 112.

STAJEWSKI Gedeon, Alumnus OSBM 278.
STAUROPEGIUM Leopoliense ecclesia 210. 216. 217. 221. 251. 251n. 252. 257.
STEBELSKYJ Ignatius, Proc. gen., Archim. Grodnen. 279n.
STEBNOVSKYJ Caesarius, Mission., Proc. gen., Cons. Arch. On., archiep. Smolenscen. 18. 18n. 22. 25. 26. 36. 37. 65. 65n. 77. 77n. 79. 252. 253. 265. 265n.
STEFANOWICZ Gregorius; fidelis 67.
STOJANOVIENSIS Residentia 141.
STOPAKOWSKI Nicephorus, Al. Vilnen., OSBM 279.
STOZECENSIS Residentia 142. 109.
STRACLOVIENSIS Residentia 109. 141. 142.
STRASZEVICE Residentia 147.
STRATONOWICZ Josaphat 71.
STRZELECKI Gervasius, Sup. Czernielav. 89. 92.
STRYKAJLOVIENSIS Parochia 70.
STUDIUM Leopolit. 186; – monasticum 333; – Philosophicum 138. 148. (Polocense) 164. (Zyrovicen.) 164. 259. (Leopol.) 165. (Laurov.); – Theologicum 138. 148. 164. (Vilnen.).
SUBCAMERARIUS Kiovien. 144.
SUCZKOVIENSE monasterium vocale 97. 101. 297. 119.
« SUPER FAMILIAM », litt. apost. 246n. 252. 253. 254. 254n. 255. 257. 258. 261. 261n. 263. 263n. 264. 264n. 270. 270n. 272. 273. 274. 274n. 275. 275n. 286. 287. 288. 289n. 289. 289n. 290. 291. 293. 294. 295. 301. 302.
SUPERIORES Religiosi, monasteriorum, Ordinis 196. 238. 257. 296. 301. 307. 341. 344.
SUPERIORES monasteriorum, Ordinis, religiosi, Vocales, officium 201. 211. 213. 214. 228. 237. 245. 287. 316. 323. 336.
SUPRASLIEN. loc., monasterium, archimandria 3. 5. 10. 102. 159. 246. 247.
SUPREMUS Dux Lithuaniae 305.
SUSZA Jacobus, ep. Chelmensis 163.
SVARYCZOVIENSIS Residentia 109. 144. 182.
SVATOSZYNENSIS Parochia 70.
SWIATOWSKI Jos., Sup. Krechov. 89. 92.
SWIRZNENSE monasterium, Seminarium 46n. 119. 167. 169.
SYNAXIS Sacra 71. 129.
SYNODUS ecclesiastica 64. 198. 280.
SZADURSKI Vigilius, OSBM, Alumnus, Mission. 233. 234. 259. 260. 300. 301n. 312. 313. 343. 343n. 345. 346. 346n.
SZAROGRODENSE monasterium vocale, Coll. 102. 108. 109. 116. 121. 143. 184. 233. 234. 259. 277.
SZCZEPLOTENSE monasterium vocale 102. 108. 109. 116. 121. 141. 219.
SZEPELIC Praedium 176.
SZEPTYCKYJ Andreas, Metrop. 304; – Athanasius, Metrop. Kiov., 30n. 106. 107. 110. 111. 111n. 134. 137n. 139. 139n. 164n. 173. 174. 179. 181. 206. 206n. 207. 209. 210. 211. 253. 253n. 317. 317n. 318. 318n. 321. 322. 330n. 342; – Barlaam, ep. Leop. 30n. 56n; – Leo, ep. Leopol. 104. 178. 179. 255n.
SZKRED Joannes, fidelis 67.
SZLUBKA Bonifatius, Rector Rozanen. 130.
SZRUL Herszko, iudaeus 178.
SZUMLANSKYJ Josephus, ep. Leopolien. 55. 55n. 180. 182. 183. 217.
SZYLO Paulus, sac. 71.

TALERI Imperiales 82. 175.
TAMOGRODZKI Leuco, iudaeus 172. 178.
TAPES 174.
TARASYCKYJ Theophilus, OSBM, Alumnus 54. 54n.
TARNAWSKYJ, comitissa 286.
TARNOGRODZKYJ Aug., Cons. prov. 88. 89. 91. 100. 111. 120. 123. 118.
TARTARI, pop. 149; – terra 259.
TAYMANOVIENSIS Parochia 69.
TEODORSKI Theophil., Sup. Zloczov. 89. 92.

TERLECKYJ Cyrillus, ep. Luceorien. 47. 328n.
THADULINUM oppidum, monasterium 78. 170.
THECA 173. 175.
THEOLOGIAE Professores 97. 119; – disciplina 200.
THEOPHANES, patriarcha Hierosolym. 279n.
THEODOSIEN. episcopus tit. 323. 323n.
THORUN civit. 39.
TIERLIKOWSKI Hieron., Sup. Luc. 89. 92.
TLUMACENSIS Residentia 110.
TOLOCZYNENSIS, archimandria ficta 277.
TOMASZOVIENSIS Parochia 114.
TOMILLOWICZ Antoninus, Protoarchimandrita, Sup. Polocen. 4n. 5n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 105. 105n.
TOMSINEN. Parochia 71.
TOPOLNICENSIS Residentia 109.
TOROKANEN. praedium, monasterium, resid. Protoarchimandritalis 35. 97. 101. 102. 119. 130. 134. 207. 214. 219. 219n. 221. 223. 224. 230. 236. 238. 240. 246. 250. 251. 252. 258. 260n. 265. 270. 272. 273. 275. 276. 285. 286. 289. 290. 292. 302. 307. 309. 311. 312. 340.
TRANSFIGURATIO Domini, festum 180. 182.
TREBUCHOVIEN. Parochia 70.
TREMBOVLENSIS Residentia 101. 108. 109. 116. 121. 144. 185.
TROCENSIS archimandria 258. 289n. 296. 297.
TRIBUNAL M.D. Lithuaniae 63. 167; – Metropoliae 36; – Nuntiaturae 231. 249. 332; – Poloniae 49.
TRIDENTINA Synodus 170. 236.
TRIAS SS., ecclesia 69.
TRINITATIS SS. festum 187.
TRIHURENSIS Residentia 143. 109.
TRULEWYCZ Benedictus, Procurator gen., Cons. gen. 6. 9. 11. 12. 12n. 13. 17.
TUMINENSIS Residentia 109. 142.
TURCAE populus 42. 149. 313. 333.
TURKOVICENSE monasterium 170.
TURCZYNSKA Domina 181.
TUROPINENSIS Residentia 109. 143.
TURGARISKI Ambrosius, OSBM, Nominatus 103. 104.
TYPOGRAPHIA Unioviensis 181.
TYSZYCENSIS Residentia 110. 208.

UHERNICENSIS Residentia 109. 183. 144.
UKRAINA polona 33; – terra 163. 208. 259. 314.
ULANOVIENSIS Residentia 109. 143. 184.
ULASZKOVIENSIS Residentia 109. 144. 184.
ULINSKYJ Nicanor, Cons. gen., Sup. Volodimirien. 66. 94. 99. 104. 107. 110. 118. 120. 123. 131; – Ignatius, archim. Dorohobuscen. 342. 342n.
ULUCENSIS Residentia 110.
UNITI Rutheni 38. 40. 41. 42. 44. 55. 61. 63. 64.
UNIOVIENSIS archimandria 30. 30n. 56n. 102. 108. 116. 117. 142. 170. 172. 175. 210; – Capitulum 56n; – Congressus 56; – Typographia 173. 174. 177.
UNIO Berestensis (1596) 47n; – ecclesiastica 41; – fidei 225; – Russiae 243. 215.
UNIO Sancta 21. 26. 29. 31. 33. 38. 44. 49. 53. 54. 56. 64. 70. 130. 131. 149. 192. 213. 226. 341. 344; – Unitorum Ecclesiae 68.
UNITUS Ritus 31.
URBANUS VIII, Papa 28. 36. 52. 52n. 53. 54. 56. 61. 81. 129. 196. 196n. 273. 276.
URBS (Roma) Alma 17. 21. 71. 268. 305.
URBANUM Collegium de Prop. Fide 18. 21. 22. 25. 26. 27. 35. 68. 73. 79. 80. 86. 111. 133. 202. 209. 233. 244. 249. 250n. 259. 269. 270. 271. 284. 284n. 308. 309. 313. 344.

USTRYCKYJ Hieronymus, ep. Peremyslien. 330n.
USZACENSIS Residentia 169.

VADIUM, poena 128.
VALACHIA, terra 130. 149. 208. 279n. 314. 314. 319.
VARADINENSIS Vicariatus 84.
VARSAVIA civitas 14. 75. 77. 102. 172. 247n.
VERBUM Domini 218. 221.
VERCHOVIENSE monasterium vocale 97. 101. 119. 297.
VERCHRATENSIS Residentia 102. 108. 109. 116. 121. 141. 297.
VICARIAE, residentiae, parva monasteria 138.
VICARIUS Christi 27; – generalis 125; – archimandriae 97.
VICINENSE monasterium vocale 102. 108. 116. 121. 142. 177. 185. 248. 249. 326.
VIENNENSIS Nuntius Apost. 31.
VILNEN. Alumni 144; – Collegium 29; – Episcopi 126; – Legatus 97. 119; – monasterium 45. 147. 167. 168. 239. 264; – Vocale 97. 101. 119.
VILNA civitas 49. 65. 129. 277. 278; – Palatinatus 187.
VINEA Christi 66. 68. 72. 73. 79. 86. 227.
VINNICENSIS Residentia 109.
VISCONTI Ant. Eugen., Nunt. Ap. Varsav. 320. 322.
VISIBILIS Caput Ecclesiae 28.
VISITATORES canonici 78. 160. 256. 319; – Scrutinia 248.
VITEBSK oppidum, monasterium vocale 9. 41; – Legatus 97. 119; – Palatinatus 67. 188. (3 mon.) 97. 101. 119.
VLADISLAUS IV, Rex Poloniae 217.
VODVIANEN. Parochia 68.
VOCALES Catalogus 304. 307; – Superiores 304.
VOCALES Patres 94. 96. 112. 200. 297. 304. 335. 338.
VOLCZANEN. Parochia 72.
VOLHINIENSES Monachi 59. 65; – monasteria 168. 249n. 312n. 320; – Palatinatus 283. 195-196. (monas. 18, res. 9).
VOLHINIA regio, provincia, terra 56. 280. 311. 329.
VOLNENSE monast. vocale 97. 101. 119. 297.
VOLODIMIRIA oppidum, terra 105. 115. 165. 271. 272. 273.
VOLODIMIRIENSE Collegium 106. 107. 112. 118. 121; – Consultatio 121. 200n.
VOLODIMIRIENSIS eparchia 6. 9. 33. 41. 59. 81. 159. (monast. 7) 169. 170. 332. 337n.
VOLODIMIRIENSE monasterium 97. 101. 102. 119. 124. 169; – Scholae 61. 165.
VOLSVINENSIS Residentia 109. 143.

WASIUTYNSKI Januarius, Sup. Camenecen. 89. 92.
WERESZCZAKA Basilius, Sup. Bialostocen. 342.
WIENCKOWSKI, Soc. Jesu Ovrucen. 310.
WIEWIORKA Sym., sac. 71.
WISNIOWSKI Dominus 281.
WOJNAR Meletius, OSBM, scr. 3n. 4n. 5n. 23n. 86n. 204n. 237n. 238n. 244n. 265n. 273n. 284n. 289n. 298n. 317n. 322n. 328n. 336n. 338n.
WOLANSKI Pol., Sup. Trembov. 342.
WOLCANSKYJ, Josephus, ep. non unitus Mohilov. 41. 62n. 64. 76. 76n.
WOLFENBUTTEL, princ. 50.
WOLKONOWICZ, Decanus Solotvin. 183.
WOLLOWICZ, ep. Luceorien. lat. 168.
WOLODKOWICZ Philippus, ep. Chelmen., Coadiutor Metrop. Kiov. 87. 103. 106. 106n. 254n. 261. 337n.
WOLODZKO Ignatius, Procurator gen. 316n. 319n.
WYHOWSKYJ Josephus, ep. Luceorien. 329n.
WYNNYCKYJ Antonius, Metrop. non unitus Kiovien. 217n.
WYSOCKI Josephus, Cons. prov. 223. 232. 342. 342n.

WYZYCKI Nicol., archiep. Leopol. lat. 344.

ZABLOCKYJ Felicianus, Cons. gen. 35. 35n. 86. 87. 87n. 92. 94. 99.
ZACHOZA Helena, civis 80.
ZADAROVIENSIS Residentia 144. 183.
ZADNOSTAJENSIS Parochia 63.
ZAGABRIA, civitas 83. 85.
ZAGWOYSCENSIS Residentia 144.
ZAHAYCENSE monasterium vocale 101. 108. 109. 116. 121. 142.
ZAHOROVIENSE monasterium 101. 108. 109. 116. 121. 143. 343. 344. 345.
ZAHORSCENSE monasterium 281. 282.
ZAJACZKOWSKYJ Constant., OSBM 39.
ZAMCZYNENSIS Residentia 110.
ZAMOSTIANA Synodus 15. 16. 18. 21. 30. 33. 90n. 109. 139. 141. 145. 148. 150. 150n. 169. 218. 273n. 329n. 332n.
ZAMOYSKA Domina 168.
ZAPOLCZE de M., civ. 80.
ZARUBA Gabriel, sac. 72.
ZARUBESCENSIS Parochia 50.
ZAWADSKYJ Antonius, Protoarch., Cons. gen. 3. 3n. 5. 6. 9. 11. 12. 13. 17. 18. 54.
ZAWADSKYJ Maximilianus, Procurator gen. 18. 18n. 19. 19n. 21. 100. 121. 132. 134.
ZAVALOVIENSE monasterium 144. 185. 297.
ZAVALOVIENSE monasterium vocale 102. 108.
ZBARAZENSIS Residentia 109. 144.
ZBYSZYNENSIS Parochia 71.
ZECKERTH Stanislaus, Cons. provincialis 245.
ZENOPOLITANUS ep. (G. Lascaris) 102. 112. 124. 125. 137. 151. 200. 323. 323n. 334.
ZIELINSKI Decanus Bolechovien. 182.
ZIENKOWICZ Michael, ep. Vilnensis 129n.
ZIMNENSIS Parochia 68; – Residentia 109. 143.
ZLOCZOVIENSE oppidum, monasterium 87. 88. 89. 181. 249.
ZOCHOWSKYJ Cyprianus, Metrop. Kiovien. 13n.
ZUBAKOWICZ Mat., sac. 71.
ZUBREVICENSIS Parochia 48.
ZULKIEVIENSIS Residentia 14. 109. 180. 305; – Decanus 172.
ZURAKOWSKI Dominus, trib. Kolodensis 182.
ZURAVNENSIS parochus 182.
ZURAWSKI Stephanus, sac. 69.
ZWINIACENSE monasterium 208.
ZWANIEC oppidum (ad Kamenec) 313. 313n. 314.
ZYDYCZYNENSIS archimandria, monasterium 102. 106. 132. 169. 170. 320. 321. 327; – Legatus 97. 119.
ZYRAWSKYJ Patritius, Secr. gen., Cons. gen., Sup. Vilnen. 11. 13. 15. 16. 18. 54. 54n. 75.
ZYROVICENSE monasterium, vocale, archimandr. imago 6. 11. 17. 44. 97. 101. 119. 149. 169. 239.

## II.

# ELENCHI PONTIFICUM, NUNTIORUM, METROPOLITARUM, EPISCOPORUM, REGUM ETC. (1731-1760)

**1. Pontifices Romani**

| | |
|---|---|
| Clemens XII | 1730-1740 |
| Benedictus XIV | 1740-1758 |
| Clemens XIII | 1758-1769 |

**2. Patriarchae Constantinopolitani**

| | |
|---|---|
| Paisius II (1 v.) | 1726-1732 |
| Ieremias III (2 v.) | 1732-1733 |
| Serafinus I (1 v.) | 1733-1734 |
| Neophitus VI (1 v.) | 1734-1740 |
| Paisius II (2 v.) | 1740-1743 |
| Neophitus VI (2 v.) | 1743-1744 |
| Paisius II (3 v.) | 1744-1748 |
| Cyrillus V (1 v.) | 1748-1751 |
| Paisius II (4 v.) | 1751-1752 |
| Cyrillus V (2 v.) | |
| Callinicus IV | 1757 |
| Seraphinus II | 1757-1761 |

**3. Nuntii Apost. Varsavienses**

| | |
|---|---|
| Camillus Merlino | 1728-1738 |
| Fabritius Serbelloni | 1738-1746 |
| Albericus Archinto | 1746-1754 |
| Nicolaus Serra | 1754-1760 |
| Antonius Eug. Visconti | 1760-1766 |

**4. Praefecti S.C. de Prop. Fide**

| | |
|---|---|
| Vincentius Petra | 1727-1747 |
| Silvius Valenti Gonzaga | 1747-1756 |
| Josephus Spinelli | 1756-1763 |

**5. Secretarii S.C. de Prop. Fide**

| | |
|---|---|
| Nicolaus Fortiguerra | 1730-1735 |
| Philippus Maria Monti | 1735-1743 |
| Nicolaus Lercari | 1744-1757 |
| Nicolaus Antonelli | 1757-1759 |
| Marius Marefoschi | 1759-1770 |

**6. Metropolitae Kiovienses catholici**

| | |
|---|---|
| Athanasius Szeptyckyj | 1729-1746 |
| Florianus Hrebnyckyj | 1748-1762 |

**7. Metropolitae Kiovien. non uniti**

| | |
|---|---|
| Raphaël Zaborovskyj | 1731-1747 |
| Thimotheus Sčerbackyj | 1747-1757 |
| Arsenius Mohylanskyj | 1757-1770 |

**8. Archiepiscopi Polocenses**

| | |
|---|---|
| Florianus Hrebnyckyj | 1720-1762 |

**9. Archiepiscopi Smolenscenses**

| | |
|---|---|
| Antoninus Tomillovycz | 1736-1745 |
| Polycarpus Mihunievicz | 1747 |
| Caesarius Stebnovskyj | 1756-1762 |

**10. Protothron. Volodimir.-Berest.**

| | |
|---|---|
| Theophil. Godebskyj | 1730-1756 |
| Philippus Wolodkovycz | 1758-1778 |

**11. Episcopi Luceor.-Ostrogien.**

| | |
|---|---|
| Theodosius Rudnyckyj | 1731-1751 |
| Silvester Rudnyckyj | 1752-1777 |

**12. Episcopi Pinscen.-Turovienses**

| | |
|---|---|
| Georgius Bulhak | 1730-1769 |

**13. Episcopi Chelmen.-Belzenses**

| | |
|---|---|
| Philippus Wolodkovicz | 1730-1758 |
| Maximilianus Ryllo | 1759-1785 |

**14. Episcopi Peremyslien.-Samborienses**

| | |
|---|---|
| Hieronymus Ustryckyj | 1715-1746 |
| Onuphrius Szumlanskyj | 1746-1762 |

**15. Episcopi Leopolien.-Camenecenses**

| | |
|---|---|
| Athanasius Szeptyckyj | 1715-1746 |
| Leo Szeptyckyj | 1749-1779 |

**16. Episcopi Mukačovienses**

| | |
|---|---|
| Georgius Bizanczy | 1716-1733 |
| Simeon Olšavskyj | 1734-1737 |
| Gabriel Blažovskyj | 1737-1742 |
| Emmanuel Olšavskyj | 1743-1767 |

**17. Protoarchimandritae Basiliani**

| | |
|---|---|
| Antoninus Tomillovycz | 1730-1736 |
| Basilius Polatylo | 1736-1742 |
| Polycarpus Mihunievicz | 1743-1747 |
| Hypatius Bilinskyj | 1747-1751 |
| Heraclius Lisanskyj | 1751-1759 |
| Hypatius Bilinskyj | 1759-1772 |

**18. Procuratores gen. in Urbe**

| | |
|---|---|
| Ignatius Kulczynskyj | 1729-1736 |
| Maximilianus Zawadskyj | 1736-1740 |
| Caesarius Stebnovskyj | 1740-1744 |
| Athanasius Czarkovskyj | 1744-1747 |
| Januarius Znojovskyj | 1747-1751 |
| Basilius Boskovicz | 1752-1757 |
| Hieronymus Oziemkevycz | 1757-1760 |

**19. Capitula gen. Basilianorum**

| | |
|---|---|
| Novogrodecense VII | 1730 |
| Bytenense IV | 1736 |
| Leopoliense | 1739 |
| Dubnense I | 1743 |
| Berestense I | 1747 |
| Berestense II | 1751 |
| Berestense III | 1759 |

**20. Archiep.pi Gnesnen.-Primates Polon.**

| | |
|---|---|
| Theodorus Potocki | 1721-1738 |
| Christophorus Szembek | 1738-1748 |
| Adamus Komorowski | 1748-1759 |
| Vladislaus Lubienski | 1759-1767 |

**21. Archiepiscopi Leopolienses latini**

| | |
|---|---|
| Joannes Skarbek | 1711-1733 |
| Nicolaus Wyżycki | 1733-1757 |
| Nicolaus Dembowski | 1757 |
| Vladislaus Lubienski | 1757-1759 |
| Venceslaus Sierakowski | 1760-1780 |

**22. Episcopi Cracovienses**

| | |
|---|---|
| Felicianus Szaniawski | 1721-1732 |
| Joannes Lipski, Card. | 1732-1747 |
| Andreas Zaluski | 1747-1757 |
| Caietanus Soltyk | 1757-1782 |

**23. Episcopi Peremyslen. latini**

| | |
|---|---|
| Alexander Fredro | 1724-1734 |
| Valentinus Czapski | 1735-1741 |
| Venceslaus Sierakowski | 1741-1759 |
| Michaël Wodzicki | 1759-1763 |

**24. Episcopi Vilnenses latini**

| | |
|---|---|
| Michaël Zienkowicz | 1730-1762 |

**25. Episcopi Chelmen. latini**

| | |
|---|---|
| Stanislaus Hozyjusz | 1724-1732 |
| Felix Szaniawski | 1732-1733 |
| Josephus Szembek | 1733-1752 |
| Valentinus Węży k | 1752-1764 |

**26. Episcopi Luceorien. latini**

| | |
|---|---|
| Joannes Lipski | 1731-1732 |
| Andreas Zaluski | 1732-1739 |
| Franciscus Kobielski | 1739-1755 |
| Antonius Wołłowicz | 1755-1769 |

**27. Imperatores S. Romani imperii**

| | |
|---|---|
| Carolus VI | 1711-1740 |

| | |
|---|---|
| Carolus VII Albertus | 1742-1745 |
| Franciscus I | 1745-1765 |

**28. Czar Moscoviae**

| | |
|---|---|
| Anna Ivanovna | 1730-1740 |
| Joannes VI | 1740-1741 |
| Elisabeth Petrovna | 1741-1762 |

**29. Reges Polon.-Magni Duces Lithuan.**

| | |
|---|---|
| Federicus Augustus II (2 v.) | 1709-1733 |
| Stanislaus Leszczynski (2 v.) | 1733-1734 |
| Federicus Augustus III | 1733-1763 |

**30. Duces (Hetman) Cosacorum**

| | |
|---|---|
| Daniel Apostol | 1727-1734 |
| Collegium gubernativum | 1734-1750 |
| Cyrillus Rozumovskyj | 1750-1764 |

**31. Cancellarii Regni Poloniae**

| | |
|---|---|
| Joannes Szembek | 1711-1731 |
| Andreas Zaluski | 1735-1746 |
| Joannes Malachowski | 1746-1762 |

**32. Magni Cancellarii Lithuaniae**

| | |
|---|---|
| Michaël Wiśniowiecki | 1720-1730 |
| Joannes Sapieha | 1735-1751 |
| Federicus Czartoriski | 1751-1775 |

## INDEX GENERALIS

*Dedicatio in honorem S. Basilii Magni* .... V
*Praefatio* .... VII
*Introductio* .... IX

LITTERAE BASILIANORUM TEMPORE

Clementis PP. XII .... 3
Benedicti PP. XIV .... 75
Clementis PP. XIII .... 284

INDICES

Index nominum et rerum .... 349
Elenchi Pontificum, Nuntiorum, Metropolitarum etc. (1731-1760) .. 370

TABULAE

S. Basilius Magnus, ex basilica Grottaferratensi .... V
S. Gregorius Nyss. – S. Basilius Magnus – S. Macrina, soror .... 213
Liturgia S. Basilii Magni, ex basilica S. Petri, Romae .... 229

## Sectio tertia « DOCUMENTA ...ex ARCHIVIS ROMANIS »

### Monumenta Bio-Hagiographica

*S. Josaphat - Hieromartyr. Documenta Romana Beatificationis et Canonizationis*:

*vol. I*: 1623-1628; *vol. II*: 1628-1637; *vol. III*: 1637-1867; Romae 1952-1967.

*Documenta Unionis Berestensis eiusque auctorum* (1590-1600), Romae 1970.

### Documenta Pontificum Romanorum

*Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia*:
*vol. I*: 1075-1700, Romae 1953; *vol. II*: 1700-1953, Romae 1954;

*Audientiae SS.mi de rebus Ucrainae*:
*vol. I*: 1658-1779, Romae 1963; *vol. II*: 1780-1862, Romae 1965;

### Acta S. Congregationum

*Acta S.C. de Prop. Fide Ecclesiam Catholicam Ucrainae et Bielarusjae spectantia*:
*vol. I*: 1622-1667; *vol. II*: 1667-1710; *vol. III*: 1710-1740;
*vol. IV*: 1740-1769; *vol. V*: 1769-1862: *Romae* 1953-1955.

*Litterae S.C. de Prop. Fide Eccl. Cath. Ucrainae et Bielarusjae spectantes*:
*vol. I*: 1622-1670; *vol. II*: 1670-1710; *vol. III*: 1710-1730; *vol. IV*: 1730-1758;
*vol. V*: 1758-1777; *vol. VI*: 1777-1790; *vol. VII*: 1790-1862: Romae 1954-1957.

*Congregationes Particulares Eccl. Cath. Ucrainae et Bielarusjae spectantes*:
*vol. I*: 1622-1728, Romae 1956; *vol. II*: 1729-1862, Romae 1957;

### Litterae Nuntiorum Apostolicorum

*Litterae Nuntiorum Apostolicorum historiam Ucrainae illustrantes* (*1550-1850*):
*vol. I*: 1550-1593; *vol. II*: 1594-1608; *vol. III*: 1608-1620; *vol. IV*: 1621-1628;
*vol. V*: 1629-1638; *vol. VI*: 1639-1648; *vol. VII*: 1649-1651;
*vol. VIII*: 1652-1656; *vol. IX*: 1657-1659; *vol. X*: 1659-1663;
*vol. XI*: 1664-1669; *vol. XII*: 1670-1674; *vol. XIII*: 1675-1683; *vol. XIV*: 1684-1693; Romae 1959-1969-1977.

*Supplicationes Ecclesiae Unitae Ucrainae et Bielarusjae*:
*vol. I*: 1600-1699; *vol. II*: 1700-1740; *vol. III*: 1741-1769: Romae 1960-1965.

**Epistolae Metropolitarum**

*Epistolae Metropolitarum Kioviensium Catholicorum:*

*vol. I.* *Josephi Velamin Rutskyj* (1613-1637), Romae 1956.
*vol. II.* *R. Korsak, A. Sielava, G. Kolenda* (1637-1674), Romae 1956.
*vol. III.* *C. Zochovskyj, L. Zalenskyj, G. Vynnyckyj* (1674-1713), Romae 1958.
*vol. IV.* *L. Kiszka, A. Szeptyckyj, F. Hrebnyckyj* (1714-1762), Romae 1959.
*vol. V-VI.* *F. Wolodkovycz,* pars I (1762-1773), pars II (1773-1778), R. 1967-69.
*vol. VII.* *L. Szeptyckyj* (1778-1779), Romae 1970.
*vol. VIII.* *J. Smogorzevskyj* (1780-1788), Romae 1965.
*vol. IX.* *Th. Rostočkyj, H. Lisovškyj, G. Kochanovyč, J. Bulhak* (par.)

*Litterae Episcoporum historiam Ucrainae illustrantes:*

vol. I: Ann. 1600-1640, Romae 1972.
vol. II: Ann. 1641-1665, Romae 1973.
vol. III: Ann. 1665-1690, Romae 1974.
vol. IV: Ann. 1691-1710, Romae 1976.
vol. V: Ann. 1711-1740 (paratur).

**Diplomata Principum**

*Litterae Imperatorum, Regum, Principum, Magistratuum ann. 1600-1650* (parantur) etc.

**Acta Basilianorum**

*Capitula Basilianorum Generalia saec. XVII-XVIII* (parantur)
*Litterae Basilianorum in terris Ucrainae et Bielarusjae,* vol. I: 1601-1730, Romae 1979; vol. II: 1731-1760, Romae 1979.

**Miscellanea - Anonyma** etc. (parantur)

p. Joanikij osbm
30.11.2020, Roma